Mr T. J. Woollgar

THIS BOOK MUST NOT BE TAKEN
FROM THE LIBRARY BUILDING.

20M/9-74

CAROLI A LINNÉ

SPECIES PLANTARUM

EXHIBENTES

PLANTAS RITE COGNITAS

AD

GENERA RELATAS

CUM

DIFFERENTIIS SPECIFICIS, NOMINIBUS TRIVIALIBUS, SYNONYMIS SELECTIS, LOCIS NATALIBUS

SECUNDUM

SYSTEMA SEXUALE

DIGESTAS.

EDITIO QUARTA, POST REICHARDIANAM QUINTA

ADJECTIS VEGETABILIBUS HUCUSQUE COGNITIS

CURANTE

CAROLO LUDOVICO WILLDENOW.

Tomus V.

BEROLINI.
IMPENSIS G. C. NAUK.
1810.

Reich seyd ihr an Pflanzen von mannigfaltigen Kräften,
Quellentrunkene Thäler und sonnige Höhen der Alpen!
Neben dem Akonit entfalten die Gentianen,
Töchter desselben Hügels, die heilenden Saffranglocken.
Siehe, den Teneriff und den Flammengipfel des Aetna,
Kaukasus Felsenhaupt, und dich, höheren Chimborafs,
Decket ewiges Eis, seit euch die Sündfluth umstürmte:
Euere beschneite Scheitel, der hundert Quellen entstürzen,
Welche das hohe Gewölbe des Himmels zu tragen uns scheinet,
Kleidet sich über den Wolken in reine ätherische Bläue.
Flora's Reich beginnt am Rande des ewigen Schneereichs:
Grönlands kurzen Sommern entblühen hier Grönlands Gewächse,
Mallaga's Reben umranken den Fufs der Gebirge, die Höhen
Der Saxifragen und Diapensia Mooswuchs
Kurz ist die Lebensdauer der weifsen Pygmäen-Geschlechter,
Welche das Rennthiermoos umkriecht und die Alpenbirke.

Baron von der Lühe.

SPECIES PLANTARUM.

Tomus V. Pars I.

1 2

101179

LECTURIS.

S.

In praefatione Tomi primi, me integrum opus in quatuor tomos et quemlibet tomum in duas partes dividere posse, credidi. Nimietas vero rerum detectarum, de die in diem crescens, propositum meum plane mutavit. Tomum tertium jam in tres partes deduxi, et nunc Cryptogamiam in novum quintum Tomum comprehendere, inque tres partes sejungere, coactus sum. Prima haec pars Filices Linnaei vel sex ordines methodi meae complectitur, sequens Muscos, Algas et Homallophyllas, ultima denique reliquos ordines enucleabit, quam ultimam partem propediem index triplex sequitur. Ad initium

cujuslibet partis clavem generum in hac descriptorum adjungam. Ordines hujus classis amplificavi, Terminologiam contraxi, novis definitionibus, in quantum potui, illustravi, quae omnia introductio mea in studium cryptogamicum, hic annexa, enarrat, reliqua opus docebit.

Dabam Berolini die 21mo Novembris 1809.

C. L. Willdenow.

INTRODUCTIO.

Vegetabilia, quae dicuntur cryptogama, floribus nudo oculo visibilibus carent et forma externa a reliquis recedunt, licet non omnibus eadem sit facies. Character alius hujus classis, cunctis solemnis, deest, nisi ad vasorum configurationem recurramus. Asexuales a nonnullis dicuntur, quum putent iis esse neque flores neque frnctus veros, statuunt enim haec se solummodo gemmis nec veris seminibus propagare. Attamen indefesso scrutinio magni *Hedwigii* muscorum hepaticarumque flores et semina sunt detecta, reliquarum vero classis cryptogamicae familiarum flores latent, qui forte, ob formam eorum nobis alienam, oculorum aciem observatorum effugiebant. Filices semina vera possidere nemo sanus negabit. *Lindsay* in Jamaica Filices disseminavit, at jam ante experimenta hujus *Ehrhart* semina Aspidii Filicis maris germinare, novaque individua dare, observationibus confirmavit. Ego pulverem seminalem Filicum exoticarum, jam ultra spatium 17 an-

norum in herbario asservatarum, felici succ cessu serui et easdem species obtinui. In Lycopodiis, quorum flores adhuc ignoti, vulgo semina pro pulvere antherarum, et propagines in axillis propullulantes, pro seminibus habentur; tamen Lycopodii clavati pulvis seminalis numerosa individua satione dedit, ut ipse expertus sum. Pulvis itaque capsularum Lycopodii est verum semen nec antherarum pollen, et semina sic dicta in axillis globulorum forma sita, sunt propagines ut bulbi in Alliorum umbellis. Muscorum semina iteratis experimentis *Hedwigius* confirmavit, mihique disseminationis methodum eorum monstravit; Fungos et Byssos seminibus *Michelius* propagavit; germinationem mucosorum seminum Fucorum *Luce* probavit; Gastromycorum seminatio spontanea extra omnem dubitationis aleam est posita; denique Lichenum semina microscopio pluribus Botanicis sunt visa. Restant solummodo Confervae complures et Byssorum cohors, in quibus nec flores nec semina vidit ullus. Dubium vix superesse videtur natura hisce vegetabilibus haud semina recusavisse, licet nullus mortalium ea viderit.

Fundamentum cognitionis cryptogamicorum vegetabilium est Terminologia et Systema. Absque his specificum discrimen cessat, atque certitudo recognitionis plane deest.

TERMINOLOGIA. *)

Haec omnes partes vegetabilium, eorumque formas diversas fixis nominibus denotat

*) Partes cryptogamicorum vegetabilium iis conformes, quae in plantis phaenogamis inveniuntur, nomine jam usitato salutavi, etsi ab aliis aliter sint denominatae; atta-

ut eo facilius vegetabilia ad amussim describerentur. Partes sequentes distinguendae sunt: RADIX, CORMUS, FOLIA, FRONS, TALLUS, FULCRA et FRUCTIFICATIO.

I. RADIX inferior vegetabilis pars, quae plerumque infra terram absconditur, in cryptogamis plantis nonnullis supra terram observatur et parasiticis bene multis deficit. Species sunt: 1) *simplex*, 2) *ramosa*, 3) *perpendicularis*, 4) *horizontalis*, 5) *repens*, 6) *cicatrisata*, 7) *laevis*, 8) *filiformis*, 9) *fibrosa*, 10) *capillaris*, 11) *velutina* in Muscis, 12) *fissa* in Peltideis, 13) *granulata* in nonnullis Clavariis, 14) *notha* in Fucis, quae saepius divisa, 15) *byssacea* in Fungis et affinibus vegetabilibus, 16) *papillosa* in Parmeliis, 17) *scutiformis* Gyrophoris, Lecideis, Parmeliis, Fucisque peculiaris et ligno, saxis atque conchis arcte adhaeret.

II. CORMUS est generalis denominatio partis supra terram elongatae totius vegetabilis, quae Folia, Frondem, Tallum, Fulcra et Fructificationem profert. In diversis familiis, ut et in diversis partibus, alia illi est facies, hinc sequentibus nominibus salutatur, nempe: Caudex, Caulis, Scapus, Stipes, Rachis, Podetium, Sarmentum, Stolo, Petiolus, Pedunculus, Seta, Hypha.

A. Caudex tantum in Poropteridibus, Schismatopteridibus et Filicibus occurrit. Di-

---

men denominationes varias aliorum Auctorum lineis curvis (parenthesibus vulgo) inclusi. Terminos vero dudum cognitos, et alibi jam definitos, non amplius explicavi.

stinguitur a caule, quod semper frondes nunquam folia proferat. Species sunt: 1) *arboreus* in tropicis benemultis Filicibus, 2) *scandens*, 3) *horizontalis*, 4) *obliquus*, 5) *repens*, 6) *radicans*, 7) *paleaceus*, 8) *pilosus*, 9) *hirtus*, 10) *setosus*, 11) *aculeatus*.

B. Caulis est elongatio vegetabilis plerumque herbacea raro lignescens foliis instructa. Observatur in Lycopodiis, Tmesipteride, Bernhardiis, Equisetis, Hydropteridibus, Muscis Jungermanniis nonnullis, nec in aliis cryptogamicae classis civibus. Haec pars in Muscis caulis est nominanda, nec surculus ut Linnaeus putat, nec truncus ut Hedwigius autumat. Surculus est terminus plane abdicandus, quum nulla differentia inter hunc et caulem inveniatur. Truncus arborescentibus et fruticosis tantum plantis est, et muscorum caulis nunquam frutescit, nec a caule plantarum differt. Si partes vegetabilium conformes in diversis classibus occurrunt, eodem nomine, nec alio sunt solutandae, ne detrimentum inde caperet scientia. Species hujus sunt:

1) *vaginatus*, qui foliis caret, et loco eorum vaginis instruitur, ut in Equisetis.

2) *foliosus*, foliis vario modo obsitus.

3) *simplicissimus*, qui nunquam ramos emittit.

4) *simplex*, qui post flerescentiam in quibusdam Muscis quandoque ramulum habet.

5) *innovans*, qui simplicissimus manet,

in quo tamen incrementa annua observantur e. g. Polytrichum.

6) *ramosus*, ramis absque ordine distincto instructus.

7) *ramosissimus*, qui ramosus et cujus rami iterum ramosi sunt, ita ut regularis divisio totius caulis non observetur.

8) *vagus*, cujus rami absque ordine laxe diffusi sunt et inter se distant.

9) *imtricatus*, qui ramos numerosos approximatos breves implexos habet, ita ut caulis, a quo originem trahunt, statim ob ramos, in quos divisus, evanescat.

10) *fasciculatus*, cujus rami breves coarctati fasciculos formant.

11) *fastigiatus*, si rami inferiores in caule erecto fere longitudine apicis sunt e. g. Climacium dendroides, Hypnum alopecurum etc.

12) *pinnatus*, qui ramos simplices distichos profert.

13) *bipinnatus*, cujus rami pinnati in formam pinnatam sunt dispositi.

14) *triplicato-pinnatus s. tripinnatus*, cujus rami bipinnati pinnato modo crescunt.

15) *prolifer*, si in duabus speciebus praecedentibus ex dorso rami primarii innovatio ejusdem formae oritur, ut in Hypno prolifero, parietino.

16) *dichotomus*, si caulis bifidus apicibus bifidis iterum atque iterum eodem modo dividitur; in pluribus Lycopodiis.

17) *bis bifidus*, si caulis bifidus apices bifidos profert. Lycopodia nonnulla.

18) *trichotomus*, si caulis trifidus iterum atque iterum trifidus, ut in nonnullis Muscis.

19) *verticillatus*, cujus rami per intervalla regulariter circum caulem sunt positi. Equiseta.

20) *erectus*, qui fere perpendiculariter stat.

21) *procumbens s. prostratus*, qui terrae adpressus jacet.

22) *adscendens*, qui basi procumbens et superiore parte erectus est.

23) *repens*, qui procumbit et hinc inde radices emittit.

24) *radicans*, qui procumbit et tantum in apicibus ramorum radices agit.

25) *pendulus*, qui in ramis arborum crescit et perpendiculariter dependit e. g. Lycopodium linifolium.

26) *fluitans*, qui radicibus aliquo loco affixus supra aquam natare videtur.

27) *ramis deflexis*, qui ramos recurvatos simplices profert e. g. Sphagnum.

28) *teres*, cujus diameter horizontalis circularis.

29) *trigonus*, cujus diameter horizontalis tribus lineis inclusus, itaque tres angulos prominentes habet.

30) *tetragonus*, qui quatuor angulos prominentes habet.

31) *sulcatus*, qui sulcis longitudinalibus excavatus.

32) *striatus*, qui lineis longitudinalibus donatus.

33) *compressus*, qui utroque latere opposito planus vel planiusculus.

34) *canaliculatus*, qui linea longitudinali excavatus.

Haec sunt species praecipuae, reliquas absque explicatione hic breviter indicabo, sunt: *firmus*, *rigidus*, *tenax*, *laxus*, *debilis*.

Musci acaules sunt, qui vel caule ex toto carent, vel rudimentum ejusdem habent, quod lentis compositae ope in conspectum venit.

C. Scapus est cormi species quae fructificationem tantum nec folia profert, reperitur modo in paucis Equisetis.

D. Stipes cormi species frondem Palmarum atque Filicum ferens; etiam in Fungis ea pars, quae reliquum corpus sufulcit stipes audit. Hic modo de Filicum et Fungorum stipite tractatur et quidem ut distinctio specierum ejusdem facilior evaderet, seorsim de eo Filicum et de illo Fungorum loquar.

Stipes Filicum est: 1) *teres*, 2) *canaliculatus*, 3) *trigonus*, 4) *tetragonus*, 5) *paleaceus*, 6) *squamosus*, 7) *nudus*, 8) *aculeatus*, 9) *muricatus*, qui tuberculis admodum brevibus aculeiformibus est instructus, 10) *inermis*. Fucis est etiam stipes, qui eodem modo distinguitur.

Stipes Fungorum est: 1) *carnosus*, 2) *coriaceus*, 3) *solidus*, 4) *fistulosus*, 5) *lacunosus*, 6) *squamosus*, 7) *squarrosus*, 8) *peronatus*, 9) *ventricosus*, 10) *bulbosus*, 11) *centralis*, qui centro pilei fungorum affixus, 12) *ecentralis*, qui extra centrum situs, 13) *lateralis*, qui ad latus pilei stat, 14) *cylindricus*, 15) *subulatus*, 16) *setaceus*.

E. Rachis stipitis continuatio in fronde fi-

licum, per substantiam frondis currens vel cui partes hujus adhaerent. Species hujus eodem modo denominantur ac in stipite filicum. Si vero frons composita, rachis ex qua divisiones hujus oriuntur *universalis* vel *primaria*, et ejusdem rami *partiales* seu *secundariae* dicuntur. In quibusdam filicibus rachis in apice frondis nuda et radicans observatur.

F. Podetium recens tendinosum, siccum fragile, in thallo nascens, forma varium, fructigeras partes ferens. Species sunt:

1) *simplex*, quod indivisum.
2) *cornutum*, simplex apice attenuatum et acutum.
3) *cylindricum*, quod cylindricae formae proximum.
4) *subulatum*, quod tenue et a basi ad apicem attenuatum.
5) *obtusum*, quod apice rotundatum.
6) *ventricosum*, medio dilatatum.
7) *scyphiforme*, simplex breve apicem versus apertum dilatatum in cyathi formam.
8) *fibulaeforme*, tenue teres summo apice tuberculoso-dilatatum.
9) *verticillatum*, quod scyphiforme et e centro scyphi, absque divisione in ramos, iterum atque iterum alium scyphum profert.
10) *proliferum*, quod scyphiforme et margine scyphi novos scyphos gignit.
11) *ramosum*, in ramos divisum.
12) *ramosissimum*, quod valde ramosum.
13) *perforatum*, quod ramosum vel ra-

mosissimum, et in axillis ramorum foramine instructum.

14) *scyphiferum*, ramosum cujus rami in scyphos abeunt.

15) *erectum*, quod directionem fere perpendicularem habet.

16) *decumbens*, quod e basi erecta procumbit.

17) *fistulosum*, quod interne tubulosum e. g. in Baeomycidibus Acharii.

18) *solidum*, interne farctum e. g. Stereocaulon Acharii.

G. Sarmentum occurrit in quibusdam Filicibus, est cormi species e radice vel caudice orta procumbens filiformis apice radicans et novum vegetabile proferens.

H. Stolo facies illi est praecedentis sed foliis obsita et undique radices absque determinato ordine agens. In nonnullis Muscis.

I. Petiolus in plantis cryptogamis raro obvius, forte tantum in Marsileis et Salviniis, est enim cormi species, quae folium apice fert.

K. Pedunculus cormi species in phaenogamis plantis florem et postea fructum suffulciens, in cryptogamis observatur tantum in Hydropteridibus, Marchantiis et Staurophora. In Hydropteridibus fructum sic dictum, in Marchantia et Staurophora receptaculum sustentat.

L. Seta Muscis et nonnullis Hepaticis propria a pedunculo satis evolutione diversa. Oritur enim post florescentiam et est elongatio inter fructum et basin. Species sunt: 1) *terminalis*, 2) *axilla-*

ris, 3) *solitaria*, 4) *aggregata*, 5) *exasperata*, 6) *laevis*, 7) *ventricosa*, quae aliquo loco subinflata.

M. Hypha est corpus vario modo inflexum subfiliforme et vera cormi species, subcarnosum aquosum vel lignescens. Forte externe in plurisque seminulis est obsitum. Occurrit in Byssis e. g. Rhizomorpha, Monilia, Dematium, Erinium etc.

III. Folia sunt dilatationes vegetabilis plerumque membranaceae. Occurrunt in Lycopodiis et affinibus vegetabilibus, in Hydropteridibus, Muscis et Jungermannis. In Marsilea et Salvinia tantum petiolata in omnibus reliquis, absque ulla exceptione, semper sessilia. Dividuntur et distinguuntur ut sequitur:

a. *Apice.*

1) *acutum*, angulo terminatum.
2) *acuminatum*, cujus apex elongatus.
3) *obtusum*, quod apice rotundatum
4) *mucronatum*, si apex seta parva terminatur, quod plerumque nervo medio excurrente fit.
5) *piliferum*, quod in apice pilum habet.
6) *pilosum*, quod apice pilo ramoso instructum e. g. Hypnum macrocarpum.
7) *setosum*, quod setam longitudine fere folii apice profert e. g. Gymnostomum setosum.
8) *emarginatum*, quod apice leviter excisum.
9) *bidentatum*, quod dentibus duobus terminatur.
10) *tridentatum*, quod dentes tres in apice habet.

b. *Basi.*

11) *cordatum*, quod basi lobulos duos habet et cujus circumscriptio ovata oblonga vel elliptica.

12) *inaequilaterum*, (pterygoideum Hedwig) quod uno latere abbreviatum e. g. Leskia pennata.

c. *Circumscriptione.*

13) *orbiculatum*, si diameter longitudinalis transversali aequalis.

14) *ovatum*, si diameter longitudinalis transversalem superat, basis latior rotundata et apex plus minusve attenuatus.

15) *obovatum*, (spathulatum Hedwig) quod diametrum praecedentis habet, sed apice attenuatum rotundatum et ab apice ad basin attenuatum.

16) *ellipticum* s. *ovale*, si diameter longitudinalis transversalem superat et apex rotundatus.

17) *oblongum*, cujus diameter transversalis longitudinali duplo brevior.

18) *lanceolatum*, cujus diameter transversalis longitudinali plus quam triplo brevior et quod a basi ad apicem sensim attenuatum.

19) *lingulatum* s. *linguiforme*, cujus diameter transversalis longitudinali plus quam triplo brevior, quod vero latitudinem ubique fere aequalem habet et apice rotundatum est.

20) *lineare*, quod angustum et quasi lineis parallelis inclusum.

21) *subulatum*, quod angustum et a basi mox attenuatum subulae instar.

22) *attenuato-subulatum*, quod basi

lanceolatum et mox subulatum evadit e. g Didymodon homomallum.

23) *capillare*, (trichoideum Hedwig) quod tenuitatem capilli habet.

Folia incisa et lobata in Muscis non occurrunt. In Jungermanniis interdum quasi lobata vel potius profunde dentata observantur.

d. *Margine.*

24) *cartilagineum*, cujus margo absque dentibus atque serraturis cartilagineus.

25) *integerrimum*, quod neque serraturas neque dentes habet. *)

26) *serratum*, serraturis instructum. In descriptione dicitur, an sint margine toto vel apice vel basi tantum serrata.

27) *cartilagineo-serratum*, si margo cartilagineus serratus.

28) *ciliatum*, processibus capillaribus distantibus aequalibus margine instructum.

29) *undulatum*, si margo plicis irregularibus donatus.

30) *involutum*, si margo reflectitur ad superficiem superiorem.

31) *revolutum*, si margo reflectitur ad superficiem inferiorem.

e. *Superficie*

32) *planum*, quod absque ulla curvatura.

33) *concavum*, quod medio depressum.

34 *canaliculatum*, quod linea longitudinali impressa gaudet.

---

*) A Botanicis nostri aevi saepe folium integrum et integerrimum ut et frons integra et integerrima confunditur. *Integrum* dicitur quod indivisum, nullosque lobos vel incisuras habet, et *integerrimum* quod margine non dentatum serratum vel crenatum est.

35) *carinatum*, cujus costa media subtus longitudinaliter prominet.
36) *rugosum* (undulatum Hedwig) quod plicis transversis instructum.
37) *uninervium*, (ductulosum Hedwig), quod costa media instructum, quae ad apicem usque excurrit.
38) *obliterato-uninervium*, si costâ media in basi folii vel ad mediam ejus partem tantum excurrit, tandemque ex toto evanescit.
39) *trinervium*, e basi tribus nervis instructum.
40) *quinquenervium*, e basi quinque nervis instructum e. g. Hypnum striatum.
41) *nervosum*, quod plures nervos e basi habet.
42) *enervium*, (eductulosum Hedwig), quod neque nervos laterales neque costam mediam habet.
43) *reticulatum*, reticulo vasorum donatum
44) *punctatum*, punctis pellucidis obsitum.
45) *papillosum*, papillis obtectum e. g. Gymnostomum Hedwigia.
46) *scabrum*, punctis minutis elevatis tectum.
47) *laeve*, quod nullis punctis elevatis papillisve obsitum.
48) *coloratum*, quod alium colorem quam viridem habet.

f. *Compositione.*

49) *quaterna*, si quatuor foliola in apice petioli e. g. Marsilea. Unicum exemplum de foliis compositis; nam Mus-

ci et Jungermanniae semper simplicia habent.

g. *Loco.*

50) *caulinum*, quod in caule est.

51) *rameum*, in ramis.

52) *calycinum*, (perichaetiale s. perigonii) quod calycem format in Muscis.

53) *superficiale*, occurrit in Lycopodiis inque paucis Muscis e. g. Leskia pennata Observatur saepius ubi folia disticha et in parte superiore caulis a foliis denudata, et formam habet a reliquis diversam.

h. *Substantia.*

54) *membranaceum*, quod tenue.

55) *cartilagineum*, quod crassum.

i. *Situ.*

56) *opposita.*

57) *alterna.*

58) *sparsa*, absque ordine opposita et alterna.

59) *verticillata*, determinantur secundum foliorum numerum.

k. *Directione.*

60) *erecta* (iseuthynta Hedwig), quae angulo acutissimo a caule distant.

61) *patula*, angulo acuto patentia.

62) *patentia*, angulo recto patentia.

63) *squarrosa* (anacampyla Hedwig), omnia in omnibus caulis lateribus recurvata.

64) *secunda* (heteromalla Hedwig; homomalla Weber et Mohr), quae ad unum latus flexa.

65) *uncinata*, si in apice tantum folia ad unum latus curvata; Hypnum aduncum.

66) *stellata*, si folia in apice elongata conferta et patentia vel patula.
67) *reflexa*, si apices extrorsum recurvati.
68) *involuta*, si apices introrsum curvati.
69) *crispabilia*, quae siccitate contrahuntur.
70) *imbricata*. Distinguuntur species adhuc hujus, nempe bi-, tri-, quadri-, quinque- vel sexfariam imbricata.

IV. Frons est dilatatio vegetabilis herbacea quae arcte cum cormi specie, qua sustentatur cohaeret, Palmis, Filicibus Algisque propria.

Species sunt: 1) *linearis*, 2) *lanceolata*, 3) *oblonga*, 4) *ovata*, 5) *cordata*, 6) *reniformis*, 7) *bifida*, 8) *trifida*, 9) *triloba*, 10) *quinqueloba*, 11) *pinnatifida*, 12) *pinnata*, 13) *bipinnata*, 14) *bipinnatifida*, si pinnae frondis pinnatae pinnatifidae, 15) *triplicato-pinnata* s. *tripinnata*, 16) *triplicato-pinnatifida* s. *tripinnatifida*, 17) *quadruplicato-pinnata*, 18) *pedata*, 19) *digitata*. In Fucis atque Confervis sunt adhuc sequentes distinguendae: 20) *filiformis*, 21) *teres*, 22) *compressa*, 23) *ramosa*, 24) *geniculata*, quae articulis forma variis composita, pars constricta qua articuli cohaerent, Geniculum dicitur.

V. Tallus Lichenibus proprius forma valde varius, in quo nulla folia distincta nec caulis quo connectitur totum observabilis; substantia varia, a reliquis cryptogamis diversa, conflatus. Species sunt:
1) *pulverulentus*, qui e pulvere tenuissimo conflatus.

2) *leprosus*, qui pulvere crasso inaequaliter consperso cohaerente constat.
3) *tartareus*, qui e pulvere arcte aequaliter coherente compositus.
4) *rimosus*, ejusdem compositionis sed rimis parvis percussus.
5) *areolatus*, eadem fere massa, sed ramis tessellatim currentibus instructus.
6) *rugosus*, qui rugas habet.
7) *granulosus*, e granulis compositus.
8) *verrucosus*, e granulis majoribus sive verrucis formatus.
9) *crustaceo-foliaceus*, si crusta cohaeret et foliolorum formam habet.
10) *foliaceus*, e massa aequali compositus et foliorum forma indutus.
11) *membranaceus*, qui e membrana foliacea formatus.
12) *umbilicatus* s. *peltatus*, expansus planiusculus in centro adhaerens.
13) *gelatinosus*, qui madefactus gelatinam refert.
14) *coriaceus*, crassus tenax.
15) *lobatus*, in lobos divisus.
16) *pinnatifidus*, foliolis incisis compositus.
17) *filamentosus* (Lorulum Acharius), fili figuram habens et simul ramosus.
18) *corneus*, durus fragilis ramosus. *)

---

*) In Botanicorum scriptis terminus venosus et nervosus perperam contra definitionem Linnaei adhibetur. *Venosum* dicitur, vel in fronde vel in folio, si costa media in ramos transversos vel simplices vel iterum vario modo partitos dividitur; *Nervosum* vero, si e basi folii seu frondis plures fasciculi vasorum ad apicem versus simpliciter excurrunt, quorum numerus speciem indicat.

VI. Fulcra sunt partes vegetabiles plantarum cryptogamicarum, quae aliis fundamento sunt vel vario modo ejusdem partes obtegunt. Distinguntur sequentes: Stipula, Auricula, Vagina, Ampulla, Volva, Annulus, Pileus, Lamella, Porus, Echinus, Papilla, Cyphella, Propagulum, Soredium, Pulvinulus, Peridium, Hymenium, Indusium, Propago, Cyathus, Gongylus, Palea, Pilus, Aculeus.

A. Stipula in Jungermanniis quae folia disticha habent, occurrit, est foliolum inferiori caulis a foliis denudata parti adpressum, apud Ehrhartum Amphigastrium audit.

B. Auricula (Stipula Ehrharti) etiam in Jungermanniis, in quibus folia disticha observatur, est foliolum parvum in foliorum axillis situm, nunquam solitarium; semper duo, quae opposita adsunt.

C. Vaginam possident modo Equiseta, est in his margine dentata.

D. Ampulla est extensio clausa inflata in fronde Fucorum aëre repleta et forma varia.

E. Volva est membrana saepius crassa aut carnosa basin stipitis cingens. Ante fungi explicationem interdum integrum fungum obtegit vel margini pilei tantum adnata est, vel etiam basi stipitis adhaeret. Species sunt: 1) *integra*, 2) *lacera*, 3) *byssacea*, 4) *gelatinosa*.

F. Annulus est membrana qua stipes cum pileo ante fungi evolutionem cohaeret. Haec membrana si prius a stipite secedit, in fungi explicati pileo ad margi-

nem fragmenta vario modo lacerata ostendit, et hoc in statu non annulus, sed cortina nominatur. Si vero membrana durante evolutione a margine pilei separatur, tunc annulus nuncupatur, cujus species sunt: 1) *erectus*, 2) *inversus*, 3) *sessilis*, 4) *mobilis*, 5) *persistens*, 6) *fugax*, 7) *arachnoideus*.

G. Pileus summa pars plus minusve orbiculata fungorum quae partes fructificantes continet. Hujus species sunt: 1) *planus*, 2) *convexus*, 3) *concavus*, 4) *umbonatus*, 5) *campanulatus*, 6) *viscidus*, 7) *squamosus*, 8) *squarrosus*, 9) *dimidiatus*, 10) *stipitatus*, 11) *sessilis s. acaulis*, 12) *ovatus* in Phallo, 13) *clavatus* in Clavariis, 14) *perforatus*, centro foramine precussus in Phallo impudico.

Vertex seu centrum paginae superioris pilei *Umbo* audit, et in descriptionibus indicatur, an umbo sit depressus, conicus etc. Partes fructificantes in inferiori pagina fungorum plerumque latent, tamen in nonnullis etiam in superiore ut in Phallo, Clavaria, Peziza.

H. Lamella est corpus foliaceum paginam inferiorem pilei fungorum occupans, in quo partes fructificantes. Distinguuntur sequentes: 1) *aequales*, 2) *inaequales*, 3) *biseriales*, 4) *triseriales*, 5) *ramosae*, 6) *dedaleae*, 7) *decurrentes*, 8) *venosae*.

I. Porus magna copia nonnullorum fungorum paginam inferiorem occupat et partes fructificantes abscondit. Sunt sequentes noti:

1) *aequales*, qui omnes ejusdem magnitudinis sunt.
2) *inaequales*, si majores minoribus intermixti.
3) *rotundi*, qui formam rotundam habent.
4) *angulati*, qui angulos formant.
5) *confluentes*, si in majora foramina confluunt.
6) *favosi*, qui magni favi instar sunt.
7) *inpalpabiles* minutissimi, vix nudis oculis distinguendi.

K. Echinus s. Aculeus in paucorum fungorum pagina inferiore occurrit est protuberantia quae formam aculei habet et partes fructificantes continet. Est semper aggregatus et magna copia praesens. Species sunt: 1) *subulatus*, 2) *acutus*, 3) *obtusus*, 4) *lanceolatus*, 5) *compressus*, 6) *divisus*.

L. Papilla est protuberantia fructificantes partes nonnullorum fungorum continens, occurrit in Telephoris.

M. Cyphella est fovea orbiculata marginata quae in pagina inferiore thalli Lichenum praesertim in Stictis Acharii occurrit et colore a thallo diversa, cujusque usus nobis ignotus.

N. Propagulum est corpusculum subrotundum quod vel sparsim vel confertim in thallo Lichenum occurrit. Convenit verisimiliter hocce corpusculum pulverulentum, saepe in Lichenibus copiosum, cum propaginibus reliquarum plantarum cryptogamicarum.

O. Soredium est acervus propagulorum quasi receptaculo proprio insidens.

P. Pulvinulus constat ex papillis simplicibus ramosisque aggregatis caespitosis in thallo Lichenum e. g. Lecidaea pustulata.

Q. Peridium est membrana Gastromycorum partes fructificantes includens, varioque modo dehiscens. Hujus species sunt: 1) *simplex*, 2) *duplex*, 3) *non dehiscens*, 4) *dehiscens*, 5) *irregulariter dehiscens*, 6) *circumscissum*, 7) *longitudinaliter fissum*, 8) *dentato-dehiscens*, 9) *reticulatum*, 10) *stellatum*.

R. Hymenium est membrana fructos Fungorum occultans, quae partem pilei obducit, ubi hi latent. Lamellae, Pori, Echini et Papilli habent hanc membranam. In Clavariis, Phallis, Morchellis et Pezizis integrum pileum obtegit. Est:
1) *laeve*, nullas protuberantias vel rugas habens e. g. Peziza, Clavaria.
2) *plicatum*, rugis instructum e. g. Morchella.
3) *reticulatum*, lineis reticulatim elevatis donatum e. g. Phallus.

S. Indusium est membrana soros Filicum obducens. Species sunt: 1) *planum*, 2) *peltatum*, 3) *corniculatum*, 4) *urceolatum*, 5) *bivalve*, 6) *squamiforme*, 7) *continuum*, 8) *superficiarium*, 9) *marginale*, 10) *exterius dehiscens*, 11) *interius dehiscens*, 12) *simplex*, 13) *duplex*, 14) *connatum*, si indusium clauditur, fructumque arcte obtegit, ut in Onoclea.

T. Propago corpus subrotundum vel oblongum, rarissime subfoliaceum, quod decidit a planta, novumque individuum

format. Occurrit in Lycopodiis variis, Muscis, Marchantiis.

U. Cyathus membrana cyathiformis quae prōpagines continet in fronde Marchantiae.

V. Gongylus corpus durum subrotundum in fronde Ulvarum proveniens, durante vegetatione non decidens, post mortem vero frondis in novam plantam excrescens.

X. Palea est foliolum squamaeforme in stipite interdum etiam in fronde Filicum occurrens. Species ut folia ad formam diversam describuntur.

Y. Pilus est elongatio capillaris in variis partibus vegetabilium cryptogamicorum proveniens. Species sunt: 1) *simplex*, 2) *furcatus*, 3) *stellatus*, ubi plures e eodem puncto egrediunt et radiatim expanduntur e. g. in nonnullis Hymenophyllis.

Z. Aculeus est protuberantia pungens in caudice et stipitibus Filicum obvia.

VII. Fructificatio sub hoc nomine intelligimus omnes partes ad florem fructumque cryptogamicarum plantarum spectantes, sunt: Flos, Inflorescentia, Pericarpium, Semen, Basis

A. Flos ut jam supra monuimus tantum in Muscis Hepaticisque est detectus, reliquis cryptogamis plantis floris structura simplicior esse videtur. Est vel masculus vel femineus vel etiam hermaphroditus. Plerumque flores sexu distincti, rarissime hermaphroditi occurrunt. Masculus flos est: 1) *gemmiformis*, 2) *capituliformis*, 3) *disciformis*. In femi-

neis et hermaphroditis semper gemmiformis observatur. Flos utriusque sexus est: 1) *terminalis*, quod in apice caulis, 2) *axillaris* (lateralis s alaris Hedwig), quod in axillis provenit. Ad latera opposita terminalis floris feminei post florescentiam in nonnullis Muscis rami duo excrescunt, inde flos antea terminalis pericarpium in ramorum axillis situm profert et de pericarpio dicitur tantum quod alare sit. Termini enim axillaris et alaris sunt bene distincti: axillaris est quod in axillis foliorum, alaris vero quod in axillis ramorum invenitur.

Flos masculus constat *Perichaetio*, *Paraphysibus* et *Staminibus*.

a) *Perichaetium* (Perigonium Hedwig) sunt folia partes genitales circumvallantia saepius forma reliquorum foliorum, quandoque parum latiora vel longiora.

b) *Paraphyses* (Fila succulenta Hedwig) sunt corpora articulata tenuia fere filiformia staminibus intermista. Species sunt: 1) *filiformes*, 2) *acuminatae*, 3) *obtusae*, 4) *clavatae*, 5) *reticulato-clavatae*, 6) *globuloso-clavatae*, 7) *mucronatae*, 8) *polymorphae* i. e. quarum figura in uno eodemque flore varia.

c) *Stamina* vix visibili Filamento instructa et fere ex Antheris conflata. *Anthera* (Spermatocystidium) apice dehiscit et pollen foecundans affundit, est: 1) *cylindrica*, 2) *ovata* et simul *acuminata* in Sphagno.

Flos femineus constat *Perichaetio*, *Corolla*, *Paraphysibus*, *Prosphysibus* et *Pistillo*.

a) *Perichaetium* non differt ab illo floris masculi, sed in fructu ad basin setae persistit.

b) *Corolla* est membrana tenuissima pistillum arcte includens, in fructu sub duplici forma mutata, de qua infra, remanens.

c) *Paraphyses* sunt ut in flore masculo.

d) *Prosphyses* (Adductores Hedwig) sunt pistilla imperfecta.

e) *Pistillum* corolla inclusum constat germine stylo et stigmate ut in reliquis plantis phaenogamis.

In Equiseto sunt flores hermaphroditi numerosi indusio corniculato inclusi nudi, ex filamentis quatuor, quorum bini semper basi cohaerent, apice spathulatis absque antheris et polline tantum conspersis, atque ex germine stigmate instructo compositi.

B. Inflorescentia. Quum in cryptogamis vegetabilibus flores nudum oculum effugiant et in plerisque haud sint visi, sub hoc titulo dispositio fructuum intelligitur. Species sunt: *Spica*, *Racemus*, *Panicula*, *Sorus*.

a) *Spica* occurrit in Equiseto, Lycopodio, Ophioglosso. In Equiseto e receptaculis peltatis; in Lycopodio e capsulis folio squamaeformi suffultis, denique in Ophioglosso e soris concatenatis est composita. Hujus species sunt:

1) *teres*, in Equiseto, Lycopodiis nonnullis.
2) *tetragona*, in Lycopodiis nonnullis.
3) *articulata*, in Ophioglosso.

b) *Racemus* videre est in Salviniis et Marsileis.

c) *Panicula* observatur in Osmunda, Botrychio, Anemia, Polybotrya.

d) *Sorus* audit acervus capsularum in Filicum fronde situs. Species sunt: 1) *subrotundus*, 2) *lunatus*, 3) *linearis*, 4) *solitarius*, si inter venas transversales frondis semper solitarius sorus invenitur, qui saepe ab apice ad basin frondis vel laciniae aut pinnae ejusdem lineam longitudinalem format, 5) *seriales*, si sori inter venas transversales in lineam transversalem sint dispositi, 6) *biseriales*, si inter venas transversales serie transversali duplici sint siti, 7) *multiseriales*, si plures series hoc modo dispositi adsint, 8) *sparsi*, si duo sori inter venas transversales vel plures absque ordine, 9) *continuus*, 10) *interruptus*, 11) *longitudinalis*, 12) *marginalis*, 13) *transversus*.

Sori, ut nunc observo, in Mertensiis non sunt biseriales sed vel solitarii vel sparsi, quod inposterum emendandum.

C. Pericarpium (Perisporium) est generalis denominatio fructuum in plantis cryptogamis. Species hujus sunt: *Capsula*, *Theca*, *Sporangium*, *Sphaerula*.

a) *Capsula* est pericarpium semina continens varioque modo se aperiens. Sequentes diversitates observantur:

1) *unilocularis*, quae non loculamentis divisa.

2) *di-*, *tetra-* vel *octosperma*, in Fungis, Lichenibus. Memoratu dignum videtur in capsulis oligospermis numerus regularis, quod nempe duo, quatuor et plerumque octo semina contineat.

3) *polysperma*, numerosis seminibus referta e. g. Stachyopterides, Filices, Hepaticae.

4) *apice dehiscens*, quae apice dehiscit e. g. Lichenes, Fungi. Semina minutissima halitus instar elastice exploduntur, rarissime deliquio effunduntur.

5) *poro dehiscens*, apice foramine quasi intruso dehiscens e. g. Poropterides.

6) *rima dehiscens*, apice linea dehiscens e g. Schismatopterides.

7) *irregulariter dehiscens*, trausversim absque regula se elastice aperiens. Filices.

8) *bivalvis*, in valvulas duas secedens. Lycopodium, Anthoceros, Blandowia.

9) *trivalvis*, valvulas tres habens. Dufourea.

10) *quadrivalvis*, in quatuor valvulas dehiscens. Jungermannia, Staurophora.

11) *dentato-dehiscens*, apice in dentes dehiscens. Marchantia.

12) *gyrata*, quae verticaliter corpore articulato elastico cui nomen est *Gyrus*, cingitur e. g. Filices.

13) *pseudo-gyrata*, quae in vertice plicas radiatas gyri instar habet e. g. Schismatopterides.

14) *didyma*, quae bilocularis et quasi ex binis capsulis connatis formata e. g. Tmesipteris.

15) *tricocca*, quae loculos tres separatos habet ac si ex tribus capsulis conflata esset e. g. Bernhardia.

16) *bilocularis*, binis loculamentis divisa e. g. Tmesipteris, Blandowia.

17) *trilocularis*, tribus gaudens loculamentis e. g. Bernhardia.

18) *multilocularis*, plura loculamenta habens. Dividitur in:

α. longitudinaliter dehiscens, quae rima longitudinali dehiscit et interne loculamenta plura monstrat e. g. Marattia.

β. poris dehiscens, cujus loculamenta poro dehiscunt e. g. Danaea.

Partes Capsulae sunt Valvulae, Dissepimentum, Loculamenta, Columella. *Valvulas* habent: Lycopodium, Anthoceros, Blandowia, Dufourea, Jungermannia, Staurophora; *Dissepimentum:* Blandowia; *Loculamenta:* Tmesipteris, Bernhardia, Blandowia, Danaea, Marattia; *Columellam:* Anthoceros.

b) *Theca* Muscorum fructus a Capsula compositione et more dehiscendi toto coelo diversus. Aperitur operculo cujus orificium varios processus habet. Partes hujus sunt: *Vaginula, Calyptra, Operculum, Peristomium, Epiphragma, Apophysis, Fimbria, Columella.*

α. Vaginula ad thecam re vera non

pertinet, invenitur ad basin setae, qua theca suffulcitur, et est inferior corollae mutata et remanens pars. *)

β. *Calyptra* est superior corollae mutata pars, quae in apice thecae haeret, et maturescente theca facile decidit. Species sunt: 1) *integra*, 2) *dimidiata*, 3) *campanulata*, 4) *villosa*, 5) *subpilosa* (paraphysiphora) paucis pilis instructa, 6) *glabra* s. *laevis*, quae nullis pilis instructa, 7) *dentata*.

γ. *Operculum* est corpus subrotundum thecae orificium claudens. Species sunt: 1) *convexum*, 2) *conicum*, 3) *acutum*, 4) *acuminatum*, 5) *rostratum*, quod acumine longo incurvato instructum, 6) *planum*, 7) *mucronatum*, 8) *apiculatum*, quod mucronem longe productum habet, 9) *adnatum*, quod arcte cum orificio cohaeret atque nunquam decidit e. g. Phascum.

In Andreaea operculum admodum parvum est, et ab Ehrharto Conjunctorium nominatur.

δ. *Peristomium* s. *Peristoma* est margo orificii thecae. Species sunt:

1) *nudum*, quod absque dentibus.

2) *figuratum*, quod dentibus instructum. Hujus species sunt:

a) ordine simplici dentatum, si

*) Vaginula occurrit etiam ad basin setae in Jungermanniis et plerumque calyx nuncupatur, sed a calyce origine est diversa.

ordo dentium simplex. Hoc differt:

1) *quadri-, octo-, sedecim-, 32 vel 64-dentatum*, ad numerum dentium.
2) *dentibus geminatis*, si dentes in ordine simplici geminatim positi.
3) *dentibus bifidis*, si dentes apice divisi.
4) *dentibus contortis*, si dentes spiraliter contorti.

b) ordine duplici dentatum, si ordo dentium duplex. Exterior ordo *Peristonium externum*, interius *internum* audit. Peristomium externum ex sedecim dentibus simplicibus componitur, internum vero varie est formatum. Distinguuntur sequentes formae:

1) *dentibus non cohaerentibus*, quod dentes liberos habet.
2) *dentibus apice cohaerentibus*, cujus dentes apice conjuncti.
3) *reticulatum*, cujus dentes ramis transversis retis instar connexi.
4) *ciliato-dentatum*, quod ex dentibus et setis alternantibus compositum.
5) *membranaceo-dentatum*, quod membranam margine dentatam format.

ε. *Epiphragma* est membrana plana pe-

ristomium simpliciter dentatum in apicibus dentium obtegens e. g. Polytrichum, Catharinea.

ξ. *Apophysis* est basis dilatata thecarum in nonnullis Muscis. Species sunt:

1) *scrophulosa*, quae continuatio thecae seminibusque repleta basi vero uno latere protuberans e. g. Dicranum strumiferum.

2) *cerviculata*, quae continuatio thecae et seminibus repleta vel in cylindrum brevem vel in figuram subglobosam contracta e. g. Dicranum cerviculatum, Hypnum tomentosum.

3) *cylindrica*, a theca distincta, seminibusque destituta cylindri fere formam habens.

4) *conica*, a theca distincta, seminibus carens, cylindracea basi attenuata.

5) *obovata*, a theca distincta, seminibus destituta, superne subglobosa, basin versus attenuata.

6) *globosa*, a theca distincta, seminibus destituta, globuli formam habens e. g. Splachnum sphaericum.

7) *pyriformis*, a theca distincta, seminibus destituta, superne valde dilatata globosa basi versus attenuata e. g. Splachnum ampullaceum.

8) *depressa*, a theca distincta, seminibus destituta basi et apice compressa e. g. Polytrichum commune.

9) *umbraculiformis*, a theca distinc-

ta, seminibus expers, membranacea orbiculata horizontaliter expansa e. g. Splachnum luteum.

10) *campanulata*, a theca distincta, seminibus expers, membranacea orbiculata campanulata e. g. Splachnum rubrum.

n. Fimbria (Annulus Hedwig) est membrana elastica dentata sub operculo sita. Est vel *simplex* ordine dentium simplici e. g. Hypnum velutinum, vel *composita* ordine dentium duplici aut triplici e. g. Hypnum intricatum.

o. Columella (Sporangidium) est corpus filiforme in centro thecae, cui semina adhaerent.

Theca (Sporangium Hedwig, Pyxidium Ehrh., Capsula Briedel, Anthera Linn.) adhuc sequentes species offert: 1) *globosa*, 2) *ovata*, 3) *obovata*, 4) *oblonga*, 5) *elliptica*, 6) *cylindrica*, 7) *turbinata*, 8) *tetraëdra*, cujus circumferentia quadrangularis, 9) *hexaëdra*, quae sexangularis, 10) *erecta*, 11) *declinata*, quae a perpenciculari directione deflectitur, 12) *nutans*, cujus situs horizontalis, 13) *pendula*, quae perpendiculariter dependit, 14) *subcernuum*, si theca ipsa parum curvata, 15) *erecto-cernua*, quae apice curvatur, 16) *cernua*, quae basi curvatur, e. g. Hypnum Rutabulum.

c) *Sporangium* est pericarpium seminibus refertum vel semper clausum vel ab initio apertura instructum, nunquam dehiscens et semina tantum destructa

membrana emittens e. g. Homallophyllae. Species sunt:

1) *clausum*, quod semper clausum, vel mucrone instructum e. g. Riccia.

2) *apertum*, apice semper apertum e. g. Blasia.

d) *Sphaerula* est pericarpium subglobosum in centro apertura instructum seminaque gelatinosa, quibus ex toto repletum emittens e. g. Sphaeria.

D. Semen (Spora Hedwig) est ea pars cryptogamicorum vegetabilium, quae deliniationem novi individui membranis inclusi, continet, quod faventibus circumstantiis novam plantam dat. In cryptogamis plantis semina perquam minuta sunt, ut solum semen nudo oculo plane invisibile. Forma eorum sub microscopio observata varia est, et curiositatis gratia quoad formam et superficiem terminis usitatis describitur. Semina Lycopodii, Schismatopteridium, Filicum et Muscorum flammae candelae inspersa fulgurant ut pollen antherarum plantarum phaenogamarum, et ex hac qualitate antiquiores Botanici, pollen nec semen esse, perperam concluserunt. Partes quibus semina adhaerent sunt: Arillus, Elater, Capillitium, Trichidium.

a) *Arillus* nominatur membrana tenuissima semen involvens e. g. in Hydropteridibus

b) *Elater* est membrana linearis torta elastica semen cum receptaculo connectens in capsulis Hepaticarum, illudque elasticitate sua ejiciens. Saepe linearis et tortus, quandoque vero fora-

minulis percussus observatur. Ille foraminibus instructus faciem catenae minoris habet et inde a nonnullis *Catenula* nominatur. Species itaque sunt: 1) *integer*, 2) *cateniformis*.

c) *Capillitium* sunt pili in retis formam connati, quibus semina adhaerent in Gasteromycis e. g. Trichia, Stemonitis.

d) *Trichidium* est pilus simplex vel ramosus seminibus obsitus in Lycoperdo et Geastro.

E. Basis ea est pars cryptogamicorum vegetabilium in qua fructus vario modo sedent, est vel Receptaculum vel Thalamus.

a) *Receptaculum* corpus plus minusve extensum fructus, vel in inferiore, vel in superiore superficie insertos habens. Distinguitur in cryptogamis tantum Receptaculum commune, id est quod plures fructus fert, nec proprium quod unum suffulcit. Species sunt:

1) *convexum*, in Cyatheis bene multis.
2) *clavatum*, in Hymenophyllis nonnullis.
3) *filiforme*, in Trichomane. Perperam hoc saepe columnella vel columnula dicitur, sed columnella modo in pericarpii centro, nec extra hoc invenitur.
4) *glabrum*, absque pilis vel paleis.
5) *villosum*, pilis tectum.
6) *paleaceum*, paleis obsitum.
7) *peltatum*, quod orbiculatam formam habet, et in centro pedunculo suffulcitur e. g. Marchantia. Equisetum.

8) *partitum*, quod a peripheria ad centrum incisum e. g. Marchantia.
9) *lobatum*, quod lobis excisum e. g. Marchantia chenopoda.
10) *cruciatum*, quod in formam crucis partitum e. g. Staurophora.
11) *angulatum*, quod circumscriptione angulatum e. g. Equisetum.

b) *Thalamus* (Apothecium Acharius) corpus forma indeterminata gaudens, cui capsulae vel semina immersa. Species sunt:

α. *Pelta* est thalamus subcoriaceus margini thalli adhaerens, immarginatus vel margine acessorio tenuissimo cinctus, ante perfectam explicationem membrana tenuissima gelatinosa, demum evanescente, obductus, e. g. Peltidea.

β. *Scutella* est thalamus orbicularis sessilis margineque a thallo formato circumdatus e. g. Parmelia. In Usneis Acharii est eadem thalami species cujus margo a thallo filamentoso est formatus, ab Achario sub Orbillae nomine distinguitur, sed ego differentiam nullam invenio.

γ. *Patellula* est thalamus orbicularis sessilis margine a thallo non formato, sed e substantia ipsius Patellulae orto, cinctus, e. g. Lecidea. *Cephalodium* Acharii a Patellula non differre videtur, nisi quod saepius marginis expers sit, et figuram plerumque irregularem habeat.

δ. *Tuberculum* est thalamus sphaericus vel subconoideus subclausus in quo non capsulae ut in reliquis

Lichenibus, sed Sphaerulae seminibus concatenatis, et in nuclei formam conglobatis, repletae, latent, e. g. Verrucaria.

ε. *Trica* s. *Gyroma* est thalamus orbicularis sessilis, plicis elevatis vario modo saepe spiraliter contortis, longitudinaliter linea tenui rumpentibus et capsulas octospermas continentibus, obsitus, e. g. Gyrophora.

ξ. *Lirella* est thalamus sessilis linearis incurvatus et flexuosis, linea longitudinali tenui rumpens, capsulasque octospermas, ut in reliquis Lichenibus, continens, e. g. Opegrapha.

η. *Globulus* est thalamus a thallo formatus globosus deciduus et post lapsum in thallo foveam relinquens, e. g. Isidium.

ϑ. *Pilidium* est thalamus orbicularis haemisphaericus cujus crusta externa in pulverem seminalem dissolvitur e. g. Calycium.

ι. *Cistula* est thalamus primum clausus subglobosus a pedetiis ortus, interne seminibus filis hinc inde cohaerentibus in nuclei formam conglobatis, repletus, demum inaequaliter fatiscens e. g. Sphaerophoron.

κ. *Orbiculus* est thalamus orbicularis utrinque planus in perideo cyathiformi Nidulariae proveniens.

λ. *Stroma* est thalamus irregularis stuposus quo sphaerulae immersae sunt e. g. Sphaeria.

Hi termini hactenus distincti sufficiunt, nec aliis opus est. Sequitur nunc alterum fundamentum cognitionis plantarum cryptogamicarum, nempe:

SYSTEMA.

Est dispositio vegetabilium ad characteres ex observationibus desumtos, facta, quibus facili negotio incognita deprehenduntur. Per hoc vegetabilia in Classes, Ordines, Genera, Species et Varietates distinguuntur. Plantae cryptogamicae sunt vegetabilia ultimae classis Systematis Linnaei et characterem hujus classis in capite introductionis jam indicavimus, hinc de classibus plantarum haud verba faciemus. Ordines vero Cryptogamicae classis a Linnaeo stabiliti non amplius ob immensam specierum copiam, quam sagacitas et industria recentiorum observatorum detexit sufficiunt; hac de re novos introducere et ad tempus nostrum accommodare coactus eram, sunt sequentes:

I. GONOPTERIDES vegetabilia caule aphyllo articulato vaginato ramis verticillatis instructo, quorum fructus indusio corniculato inclusi, receptaculis peltatis inserti, et in formam spicae dispositi.

II. STACHYOPTERIDES vegetabilia caule vel folioso vel nudo, capsulisque in valvulas dehiscentibus, sessilibus, axillaribus vel spicatis, instructa.

III. POROPTERIDES sunt vegetabilia fronde donata, quae in vernatione circinata,

et capsulis multilocularibus, loculis poro dehiscentibus, in pagina inferiore frondis sessilibus, instructa.

IV. Schismatopterides vegetabilia fronde instructa, quae in vernatione circinata, atque capsulis pseudo-gyratis rima dehiscentibus, raro in pagina inferiore frondis sessilibus, plerumque in spicas vel paniculas digestis donata.

V. Filices vegetabilia fronde instructa, quae in vernatione circinata, atque capsulis gyratis irregulariter dehiscentibus plerumque in pagina frondis inferiore sessilibus, donata.

VI. Hydopterides vegetabilia foliis vix ac ne vix circinatis, ut et fructibus ex indusiis connatis formatis ad radicem sessilibus instructa.

VII. Musci vegetabilia foliosa thecis donata, quae calyptra et operculo instructa setaque suffulta.

VIII. Hepaticae vegetabilia caule folioso vel fronde instructa, capsulas seta suffultas in valvulas divisas proferentia.

IX. Homallophyllae vegetabilia frondosa depressa plana sporangiis obsita.

X. Algae vegetabilia frondosa aquatica, fructificationibus sub superficie sitis, seminibusque mucosis instructa.

XI. Lichenes vegetabilia thallo praedita, fructificationes thalamo immersas procreantia.

XII. Xylomyci vegetabilia foliis frondibus thallo cauleque destituta, stromate cum sphaerulis composita.

XIII. Fungi vegetabilia polymorpha, caule foliis frondibus thalloque destituta, capsulas plerumque octospermas substantia immersas et hymenio obductas procreantia.

XIV. Gasteromyci vegetabilia, caule foliis frondibus thalloque destituta, interne ex toto seminibus, vel thalamis repleta, et solo peridio obducta.

XV. Byssi vegetabilia e sola hypha conflata, quorum fructificatio adhuc incerta, forte semina in superficie procreantia.

Genera secundum regulas botanicas formantur, quae in quolibet ordine diversae. Ad ordinem primum Equisetum tantum pertinet, hinc regula deest; in ordine 2 usque ad 5 exstruuntur secundum capsulam, inflorescentiam, hujusque situm et figuram, denique secundum indusii numerum et modum dehiscendi; in ordine 6 discernit fructus structura interna; in ordine 7 peristomium et calyptra; in ordine 8 capsulae dehiscentia et situs seminum adhibentur; in ordine 9 fructus structura characteres praebet: in ordine 10 respicitur ad situm fructificationis; in ordine 11 thalami structura fundamento est; in ordine 12 sphaerulae observantur; in ordine 13 hymenii configuratio pro norma eligitur; in ordine 14 characteres optimos dat peridium; in ordine 15 desunt characteres genuini et hypha sola genera indicat.

Species secundum numerum, situm, figuram atque proportionem partium determinantur, in Fungis tantum color observatur.

Varietates iteratis observationibus, comparatis pluribus individuis, quum cultura pau-

cissima vegetabilia hujus classis sint subjicienda, difficillime determinantur. Varietas nobis est vegetabile ex eodem semine sub diversa forma enatum et satione in pristinam formam rediens. In Lichenibus aetas diversa aliam faciem habet, ut fugitivus observator facile juvenilem, adultum, vel decrepitum statum, pro varietate vel specie nova, et vice versa agnoscat.

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

GONOPTERIDES.

1935. EQUISETUM. *Recept.* peltata pentagona spicata. *Indusium* corniculatum. *Stam.* 4. *Styl.* 0. *Semen* 1.

STACHYOPTERIDES.

1936. LYCOPODIUM. *Capsulae* reniformes uniloculares bivalves polyspermae. *Semina* minutissima pulveriformia.

1937. DUFOUREA *Capsulae* subrotundae uniloculares trivalves polyspermae.

1938. TMESIPTERIS. *Capsulae* didymae biloculares, loculis semibivalvibus

1939. BERNHARDIA *Capsulae* tricoccae triloculares, loculis superne dehiscentibus semibivalvibus.

1940. OPHIOGLOSSUM. *Capsulae* nudae uniloculares in spicam articulatam disticham connatae bivalves transverse dehiscentes.

1941. BOTRYCHIUM. *Capsulae* subglobosae rachi adunatae in racemum compositum dispositae, uniloculares, valvulis

binis postice connexis transverse dehiscentibus.

POROPTERIDES

1942. MARATTIA. *Capsulae* longitudinaliter dehiscentes, in utraque parte serie loculamentorum hiantium instructae. *Indusium* nullum.

1943. DANAEA. *Capsulae* lineares duplici serie loculamentorum poro hiantium instructae. *Indusium* superficiarium.

SCHISMATOPTERIDES.

1944. ANGIOPTERIS. *Sorus* marginalis continuus e seriebus geminatis transversis capsularum compositus. *Capsulae* rima dehiscentes. *Indusium* nullum.

1945. GLEICHENIA. *Sori* subrotundi e capsulis 3 s. 4 stellatim positis immersis compositi. *Capsulae* longitudinaliter hiantes. *Indusium* nullum.

1946. MERTENSIA. *Sori* subrotundi. *Capsulae* semibivalves vertice transversim striatae. *Indusium* nullum.

1947. TODEA. *Capsulae* subglobosae semibivalves in venis transversalibus frondis. *Indusium* nullum.

1948. MOHRIA. *Capsulae* subrotundae poro hiantes, vertice striatae, ad marginem frondis sparsae. *Indusium* crenae frondis inflexae.

1949. HYDROGLOSSUM. *Spicae* unilaterales. *Capsulae* biseriales, latere interiore a basi ad verticem dehiscentes. *Indusium*

squamiforme quamlibet capsulam obtegens.

1950. SCHIZAEA. *Spicae* unilaterales flabellatae aggregatae. *Capsulae* vertice radiatim striatae subturbinatae poro oblongo latere hiantes. *Indusium* continuum e margine inflexo spicae formatum.

1951. ANEMIA. *Capsulae* subturbinatae sessiles vertice radiatim striatae, altero latere hiantes, in spicis dispositae. *Indusium* nullum.

1952. OSMUNDA. *Capsulae* subglobosae pedicellatae striatae semibivalves paniculatae. *Indusium* nullum.

FILICES.

1953. POLYBOTRYA. *Capsulae* sessiles globosae in spicis nudis paniculatis aggregatae. *Indusium* nullum.

1954. ACROSTICHUM *Capsulae* sparsae discum totum inferiorem frondis vel ejus partem occupantes. *Indusium* nullum.

1955. HEMIONITIS *Capsulae* venis reticulatis frondis insertae. *Indusium* nullum.

1956. MENISCIUM *Sori* lunati subparalleli venis frondis transverse interjecti. *Indusia* nulla.

1957. TAENITIS. *Sorus* linearis continuus quandoque interruptus longitudinalis inter costam et marginem exteriorem. *Indusium* nullum.

1958. CETERACH. *Sori* lineares transversales. *Indusia* nulla.

1959. GRAMMITIS. *Sori* oblongi lineares recti sparsi. *Indusia* nulla.

1960. POLYPODIUM. *Sori* subrotundi sparsi. *Indusia* nulla.

1961. PLEOPELTIS. *Sori* subrotundi sparsi. *Indusia* subrotunda peltata numerosa in quolibet soro.

1962. ASPIDIUM. *Sori* subrotundi sparsi. *Indusium* umbilicatum vel uno latere dehiscens.

1963. ONOCLEA. *Capsulae* partem frondis inferiorem dense tegentes. *Indusia* squamiformia in formam baccae connata non dehiscentia.

1964. STRUTHIOPTERIS. *Capsulae* partem frondis inferiorem dense tegentes. *Indusia* squamiformia marginalia interius dehiscentia.

1965. LOMARIA. *Capsulae* partem frondis inferiorem dense tegentes. *Indusium* continuum marginale interius dehiscens.

1966. DAREA. *Sori* lineares submarginales. *Indusia* e vena lateraliter orta exterius dehiscentia.

1967. ASPLENIUM. *Sori* lineares transversales sparsi. *Indusia* e venis lateralibus orta costam versus dehiscentia.

1968. SCOLOPENDRIUM. *Sori* lineares transversales sparsi. *Indusium* duplex ad utrumque latus sori situm.

1969. DIPLAZIUM. *Sori* lineares sparsi gemini. *Indusia* geminata e venis orta, utrumque exterius dehiscens.

1970. PTERIS. *Sori* continui lineares marginales. *Indusium* e margine frondis, inflexum, interius dehiscens.

1971. VITTARIA. *Sori* lineares longitudinales continui vel in margine vel in disco

frondis. *Indusium* duplex ad utrumque latus sori.

1972. BLECHNUM. *Sori* lineares longitudinales continui ad utrumque latus costae frondis. *Indusium* superficiarium interius dehiscens.

1973. WOODWARDIA. *Sori* oblongi distincti recti ad utrumque latus costae frondis. *Indusia* superficiaria fornicata interius dehiscentia.

1974. LINDSAEA. *Sori* lineares continui submarginales. *Indusium* superficiarium continuum exterius dehiscens.

1975. ADIANTUM. *Sori* oblongi vel subrotundi, *Indusiis* membranaceis e margine ortis, interius dehiscentibus inserti.

1976. CHEILANTHES. *Sori* punctiformes discreti marginales, tecti *Indusio* squamiformi marginali interius dehiscente.

1977. LONCHITIS. *Sori* lunati sinubus frondis subjecti. *Indusium* e margine frondis inflexo, interius dehiscens.

1978. DAVALLIA. *Sori* punctiformes subterminali-marginales distincti. *Indusium* superficiarium subcucullatum exterius dehiscens.

1979. DICKSONIA *Sori* punctiformes marginales subrotundi distincti. *Indusium* duplex, alterum superficiarium exterius dehiscens, alterum marginale interius dehiscens.

1980. CYATHEA. *Sori* subrotundi receptaculo hemisphaerico vel clavato inserti. *Indusium* calyciforme sorum cingens, superne dehiscens.

1981. TRICHOMANES. *Sorus* marginalis receptaculo columnari, saepe filiformi in-

sertus. *Indusium* urceolato-campanulatum monophyllum erectum sorum includens.

1982. HYMENOPHYLLUM. *Sorus* marginalis receptaculo cylindraceo insertus. *Indusium* bivalve sorum includens.

HYDROPTERIDES.

1983. ISOËTES. *Capsula* membranacea non dehiscens frondis basi immersa, unilocularis. *Semina* angulata receptaculis pluribus filiformibus inserta.

1984. PILULARIA. *Indusia* imbricata connata capsulam quadrilocularem quadrivalvem mentientia. *Semina* numerosa.

1985. SALVINIA. *Indusia* imbricata connata capsulam unilocularem mentientia. *Semina* receptaculo centrali inserta.

1986. MARSILEA. *Indusia* imbricata connata pericarpium biloculare dissepimentis transversis numerosis interstinctum mentientia. *Semina* numerosa.

1987. AZOLLA. *Capsula* unilocularis radicalis globosa polysperma?

GONOPTERIDES.

1935. EQUISETUM.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1614.

Receptacula peltata plana polygona spicata, subtus *Indusiis* 4-7 corniculatis clausis tandem longitudinaliter rumpentibus, et fructificationes occultantibus, obsita. *Stam.* 4. *Germ.* ovatum. *Styl.* O. *Sem.* unicum.

1. EQUISETUM *arvense.*

E. caulibus sterilibus simpliciter ramosis, ramis scabriusculis tetragonis; fructificantibus simplicibus, vaginis cylindraceis inciso-dentatis, dentibus acutis. *Willd. enum.* 1065.

E. scapo fructificante nudo; sterili frondoso. *Sp. pl.* 1516. *Mat. med.* 224. *Scop. carn. n.* 1253. *Pollich. pal. n.* 949. *Hoffm. germ. II. p.* 3.

E. caulibus sterilibus undique ramosis, ramis scabiusculis, fructificantibus simplicibus, vaginis distantibus late incisis. *Smith. brit.* 3. *p.* 1103.

E. scapo fructificante nudo, fronde sterili sulcata angulata, verticillato-ramosa, vaginarum dentibus lanceolatis. *Roth. germ. I.* 440. *III.* 5.

E. scapo fructificante nudo, caule sterili ramis compositis. *Fl. suec.* 833; 928. *Dalib. paris.* 308.

E. caule florigero nudo, sterili verticillato, radiorum duodecim. *Hall. helv. n.* 1676.

E. setis quadrangularibus internodio longioribus, caulibus reptantibus. *Gött. stamp. I. p.* 201.

E. setis simplicibus internodio multoties longioribus. *Roy. lugdb.* 496.

E. arvense. *Fl. lapp.* 390. *Hort. cliff.* 471. *Gron. virg.* 123.

D. H. HILL LIBRARY
North Carolina State College

E. arvense longioribus setis. *Bauh. pin.* 16.
E. minus. *Fuchs. hist.* 323.
Hippuris minor. *Dod. pempt.* 73.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. 1. *p.* 29.
Acker-Schachtelhalm. W.
Habitat in Europae *locis depressis inter segetes*, *in* America *et* Asia boreali *inque* Oriente. 24. *(v. v.)*
Variat caulibus sterilibus erectis et depressis. W.

2. EQUISETUM *fluviatile.*

E. caulibus sterilibus simpliciter ramosis, ramis scabriusculis octogonis, fructificantibus simplicibus, vaginis infundibuliformibus lacero-dentatis, dentibus aristatis. *Willd. enum.* 1065.
E. caule striato, frondibus subsimplicibus. *Sp. pl.* 1517. *Fl. lapp.* 393.
E. caulibus sterilibus ramosis, ramis scabriusculis numerosissimis; fructificantibus simplicibus, vaginis approximatis setaceo-multifidis. *Smith brit.* 3. *p.* 1104.
E. (*eburneum*) scapo fructificante nudo demum elongato in frondem verticillato-ramosam, vaginarum dentibus subulato-setaceis. *Roth. catalect. bot. I. p.* 128. *Fl. germ. III. p.* 4.
E. (*Telmateja*) caulibus inaequalibus teretibus laevibus glabris, fructificante simplicissimo albo-rubello marcescente; sterili ramoso fistuloso-poroso albo, ramis subquadragenis octosulcatis, sulcis alternis majoribus, dentibus vaginarum subulato-setaceis scariosis, vaginularum quaternis, dorso sulcatis. *Ehrh. Beitr.* 2. *p.* 159.
E. caule florigero nudo, sterili verticillato, radiorum quadraginta. *Hall. hist. n.* 1675.
E. palustre longioribus setis. *Bauh. theatr.* 241.
E. majus. *Rai synop.* 130. *Ger. emac.* 1113.
E. primum. *Dalech. hist.* 1069.

Hippuris major. *Dod. pempt.* 73. *Lob. ic.* 793. Fluts-Schachtelhalm. W.

Habitat in fluviorum ripis humidis Germaniae, Helvetiae, Angliae, Sueciae. 2. *(v. v.)*

Accedit ad E. arvense sed abunde statura majori, ramis *caulis sterilis octoangulatis*, vaginarum *dentibus caulis fructificantis aristatis diversum.* W.

* 3. EQUISETUM *umbrosum.*

E. caulibus sterilibus simpliciter ramosis, ramis scabriusculis triquetris, fructificantibus demum ramosis. *Willd. enum.* 1065.

Equisetum umbrosum. *Meyer in litt.*

Schatten-Schachtelhalm. W.

Habitat in Pomeraniae *sylvaticis humidis*, *inque* Borussiae *humidis.* 2. *(v. v.)* Meyer *et* Bory de St. Vincent.

Caulis *sterilis pedalis vel sesquipedalis simpliciter ramosus*, *teres striatus.* Rami *verticillati simplices circiter quindecim tripollicares et longiores triquetri.* Vaginae *caulis multidentatae*, *dentibus apice fuscis acutis; ramorum tripartitis*, *dentibus lanceolatis adpressis.* Caulis *fructificans primum nudus simplex apparet ut in E. arvensi*, *demum rami ut in caule sterili nascuntur*, *cui decidente spica similis. Accedit ad E. sylvaticum*, *sed differt:* caule *simpliciter ramoso*, ramis *triquetris* dentibus*que vaginae ramorum adpressis nec acuminatis patentibus.* W.

4. EQUISETUM *sylvaticum.*

E. caulibus sterilibus fructificantibusque duplicato-ramosis, ramis scabriusculis deflexis tetragonis, ramulis subtriquetris. *Willd. enum.* 1065.

E. caule spicato frondibus compositis. *Sp. pl.* 1516. *Fl. suec.* 834; 927. *Pollich. pal.* 948. *Hoffm. germ. II.* 3. *Roth. germ. I.* 440. *III.* 3. *Scop. carn. n.* 1252. *Fl. dan. t.* 1182.

E. ramis compositis arcuato-deflexis scabris. *Smith brit.* 3. *p.* 1102.

E. foliis repetito-ramosis, vaginis laxissimis. *Hall. helv. n.* 1680.

E. setis ramosis internodio multoties longioribus. *Roy. lugdb.* 496.

E. sylvaticum. *Fl. lapp.* 391. *Tabern. hist.* 562.

E. sylvaticum tenuissimis setis. *Bauh. pin.* 16. *theatr.* 245.

E. sive Hippuris tenuissima non aspera. *Bauh. hist.* 3. *p.* 723.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 27.

Wald-Schachtelhalm. W.

Habitat in Europae *et* Americae *borealis sylvis umbrosis udis.* 4. *(v. v.)*

* 5. EQUISETUM *uliginosum.*

E. caulibus subramosis, ramis subquaternis tetragonis glabris, spica terminali. W.

Equisetum uliginosum. *Mühlenberg in lit.*

Schlamm-Schachtelhalm. W.

Habitat in paludibus Pensylvaniae. 4. *(v. s.)*

Caulis *semipedalis pedalisve erectus glaber striatus, vaginis multidentatis, dentibus adpressis nigris obsitus, vel simplex apice spiciferus vel ramosus, apice spica instructus, ramis quatuor fere tripollicaribus tenuibus tetragonis, vaginis quadridentatis, dentibus lanceolatis. Simile E. limoso, tamen primo intuitu, ob* ramos *quaternos tenuiores, tetragonos, et* spicam *cylindraceam diversum.* W.

6. EQUISETUM *limosum.*

E. caulibus subramosis, ramis subduodenis pentagonis, laevibus glabris, spica terminali. *Willd. enum.* 1065.

E. caule subnudo laevi. *Sp. pl.* 1517. *Fl. suec.* 837.; 931. *Dalib. paris.* 308. *Goua. illust.* 80. *Roth. germ. I.* 441. *III.* 9. *Hoffm. germ. II.* 2.

E. caule nudiusculo ramisque laevibus, amento terminali. *Smith brit.* 3. *p.* 1105.

E. fluviatile. *Pollich. pal. n.* 951. *Hoffm. germ. II.* 2. *Scop. carn. n.* 1255. *Fl. dan. I.* 1184.

E. scapo nudo simplicissimo. *Roy. lugdb.* 496.

E. nudum laevius nostras. *Raj. synop.* 131. *t.* 5. *f.* 2.

E. foliis nudum non ramosum sive junceum. *Bauh. theatr.* 248.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 34. 36.

Wasser-Schachtelhalm. W.

Habitat in Europae *paludibus turfosis profundis et ad ripas lacuum fluviorumque.* 24. *(v. v.)*

Variat caule simplici et ramoso. W.

7. EQUISETUM *palustre.*

E. caulibus simpliciter ramosis glabris sulcatis, ramis pentagonis apice spiciferis. *Willd. enum.* 1065.

E. caule angulato, frondibus simplicibus. *Sp. pl.* 1516. *Pollich. pal. n.* 950. *Scop. carn. n.* 1254. *Fl. dan. t.* 1183. *Hoffm. germ. II.* 3. *Roth. germ. I.* 441. *III.* 7.

E. caulibus fructificantibus angulatis ramosis, ramis simplicibus erectis scabriusculis. *Smith brit.* 3. *p.* 1103.

E. caule sulcato, ramis multifloris, foliis indivisis. *Hall. helv. n.* 1677.

E. setis simplicibus internodia vix superantibus. *Roy. lugdb.* 496. *Fl. suec.* 835; 929. *Daib. paris.* 307.

E. palustre. *Fl. lapp.* 392.

E. palustre brevioribus setis. *Bauh. pin.* 16. *theatr.* 242.

β. E. palustre minus polystachyon. *Bauh. pin.* 16. *prod.* 24. *Raj. synop.* 131. *t.* 5. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 31.

Sumpf-Schachtelhalm. W.

Habitat in pratis paludosis Europae. 24. *(v. v.)*

* 8. EQUISETUM *pratense.* †

E. caulibus simplicibus ramosis scaberrimis, ramis tetragonis, spica terminali. W.

E. caula subaequali ramoso sulcato scaberrimo, ramis patentissimis simplicibus sterilibus quadrisulcatis, *Roth. germ. III.* 6. *Ehrh. Beitr.* 3. *p.* 77.

Wiesen-Schachtelhalm. W.

Habitat in pratis Germaniae. 2.

Caules *subaequales ramosi fistulosi sulcati scaberrimi subvirides.* Rami *subsenideni simplices quadrisulcati patensissimi steriles.* Dentes *vaginarum subulati scariosi acutissimi, vaginularum quaterni, dorso minime sulcati. Affine E. arvensi, sed* fructificationem *in fronde ramosa habet. Ab E. palustri et limoso valde diversum.* Ehrh. l. c. *Species mihi ignota, quam auctorite Ehrhartii indicavi et quae a reliquis valde diversa videtur.* W.

* 9. EQUISETUM *pannonicum.*

E. caulibus subsimplicibus glabriusculis, ramis hexagonis solitariis, vaginarum dentibus obtusis, spica terminali.

Equisetum pannonicum. *Waldstein et Kitaib.*

Ungarischer Schachtelhalm.

Habitat in paludibus Hungariae. 2. *(v. s.)*

Caulis *pedalis simplex erectus, quandoque ramo uno alterove simplici praesertim basin versus instructus striatus.* Rami *pollicares vel sesquipollicares hexagoni, interdum heptagoni.* Vaginae *virides apice dentatae, dentibus lanceolatis nigricantibus obtusis.* Spica *in apice caulis. Simile E. palustri sed* caulis *non sulcatus semper fere simplex atque si ramis instructus, parce ramosus,* rami *denique hexagoni,* dentes*que vaginarum obtusi. A sequenti diversum* caule *quandoque ramoso laxiore,* vaginis *viridibus,* dentibus *obtusis non diaphanis.* W.

* 10. EQUISETUM *variegatum.*

E. caulibus simplicibus strictis glabris, apice spiciferis, vaginis sphacelatis, dentibus diaphanis cuspidatis. W.

Equisetum variegatum. *Schleicher cat. pl. helv. p.* 21.

Equisetum tenue. *Hoppe.*

Equisetum limosum. *Allion ped. n.* 2384.

E. caule sulcato subnudo, vaginis aristatis. *Hall. helv. n.* 1678.

E. minus nudum variegatum Basileense. *Bauh. prod.* 24. *theatr.* 250.

Hippuris nuda, Equisetum nudum. *Tabern. hist.* 251.

Bunter Schachtelhalm. W.

Habitat in humidis arenosis Helvetiae, Italiae, Salisburgi. 24. *(v. s.)*

Caulis *semipedalis simplicissimus erectus teres strictus striatus glaber.* Vaginae *atrae dentibus albis diaphanis lanceolatis cuspidatis ornatae.* Spica *terminalis.* W.

* 11. EQUISETUM *scirpoides.*

E. caulibus simplicibus adscendentibus glabris filiformibus apice spiciferis, vaginis tridentatis sphacelatis, dentibus aristatis apice caducis. W.

E. cauliculis simplicibus setaceis, vaginis trisetis, capitulo brevissimo nigricante. *Mich. amer.* 281.

Equisetum reptans. *Swartz. in litt.*

Binsenartiger Schachtelhalm. W.

Habitat in sylvis Canadae *et* Sueciae. 24. *(v. s.)*

Radix *fusca late repens et fasciculatim caules emittens.* Caulis *tri- seu quinquepollicaris filiformis debilis erectiusculus vel adscendens, tactu glaber, sub lente, ut in omnibus reliquis, scabriusculus, leviter parce striatus.* Vaginae *breves sphacelatae tridentatae remotae, dentibus margine diaphanis aristatis, aristis valde caducis.* Spicae *magnitudine spicarum Scirpi palustris et minores, atrae.* W.

12. EQUISETUM *hyemale.*

E. caulibus simplicibus erectis scaberrimis apice spiciferis, vaginis discoloribus basi apiceque sphacelatis, dentibus aristatis omnino caducis. W.

E. caule nudo scabro, basi subramoso. *Sp. pl.* 1517. *Fl. suec.* 838; 931. *Dalib. paris.* 308. *Pollich. pal. n.* 952. *Hoffm. germ. II.* 2. *Roth. germ. I.* 441. *III.* 10.

E. caule nudo scaberrimo basi subramoso, vaginis albidis basi apiceque nigris, amento terminali. *Smith brit.* 3. *p.* 1105.

E. caule subnudo asperrimo, vaginis caulinis indivisis, ramis foliatis. *Hall. helv. n.* 1679.

E. scapo nudo simplicissimo. *Roy. lugdb.* 496. *Gron. virg.* 196.

E. hyemale. *Fl. lapp.* 394.

E. foliis nudum ramosum. *Bauh. pin,* 16.

Equisetum. *Camer. epit.* 70. *f. A.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 37.

Polier-Schachtelhalm. W.

Habitat in sylvis asperis uliginosis Europae *et* Americae *borealis.* 24. *(v. v.)*

Vaginae *albidae basi nigrae apice dentibus lanceolatis aristatis nigris coronatae.* Dentes *hi valde caduci sunt, et basis nigra remanens in inferioribus vaginis vestigium eorum tantum denotat.* W.

* 13. EQUISETUM *elongatum.* W.

E. caulibus subduplicato-ramosis, ramis subternis scabriusculis sexsulcatis, dentibus vaginarum membranaceis. W.

E. (*ramosissimum*) caule striato ramosissimo, ramis virgatis striatis erectis verticillatis, apice floriferis. *Desf. atl.* 2. *p.* 398?

Equisetum hyemale. *Bory itin.* 2. *p.* 100.

Verlängerter Schachtelhalm. W.

Habitat Venetiis, *inque* Barbaria, *in maritimis* Bordigalae *atque in Insula* Borboniae. 24. *(v. s.)*

Caulis *tripedalis et altior, quasi scandens, subduplicato-ramosus, profunde striatus scabriusculus.* Rami *terni, superiores simplices semipedales usque fere pedales, inferiores iterum ramosi, ramulis suboppositis sexsulcatis.* Vaginae *concolores dentatae, dentibus albis diaphanis aristatis, aristis caducis. Ab omnibus mihi cognitis abunde diversum. Equisetum ramosissimum Clariss.* Desfontaines *non differre videtur. Legi hanc speciem absque fructificatione Venetiis in locis humidis ad sepes e culmis Arundinis Donacis plexas. Specimina fructificantia ex arenosis Bordigalae et ex insula Borboniae mecum communicavit* Clariss. Bory de St. Vincent. W.

* 14. EQUISETUM *ramosissimum.*

E. caulibus subsimpliciter ramosis, ramis glabriusculis hexagonis confertis numerosissimis, dentibus vaginarum membranaceis. W.

Equisetum ramosissimum. *Humboldt et Bonpland.*

Vielästiger Schachtelhalm. W.

Habitat ad Caracas. 4. (*v. s. s. fructif.*)

Caulis *quinquepedalis erectus inferne fere crassitie digiti minoris teres striatus glabriusculus subsimpliciter ramosus.* Rami *inferiores pedales crassitie fili emporetici tenuioris, ramulo uno alterove instructi, profunde hexagoni, 6 a 10 in quolibet verticillo.* Vaginae *concolores dentatae, dentibus albis diaphanis acutis.* W.

15. EQUISETUM *giganteum.*

E. caule simpliciter ramoso, ramis subduodenis patentibus octogonis spiciferis, dentibus vaginarum menbranaceis caducis. W.

E. caule striato arborescente, frondibus simplicibus strictis spiciferis. *Sp. pl.* 1517.

E. altissimum ramosum. *Plum. spec.* 11. *ic.* 125. *f.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 39.
Habitat in Jamaica, Martinica. 4. *(v. s. s. fructif.)*
Equisetum giganteum Thunb. prod. 171. *est sine dubio alia species.* W.

STACHYOPTERIDES.

1936. LYCOPODIUM.

Gen. pl. ed. Sckreb. n. 1615.

Capsulae reniformes uniloculares bivalves polyspermae. *Semina* minutissima pulveriformia. *)

† Plegmariae *spicis dichotomis.*

1. LYCOPODIUM *Plegmaria.*

L. caule dichotomo pendulo, foliis ovatis acutis patentibus caulinis quaterno-, rameis terno-verticillatis, spicis sessilibus dichotomis. W.

L. *(Phlegmaria)* foliis verticillato-quaternis, spicis terminalibus dichotomis. *Sp. pl.* 1564. *Swartz. synop. filic.* 176. *Lam. encycl.* 3. *p.* 618.

L. erectum dichotomum, foliis cruciatis, spicis gracilioribus. *Dill. musc.* 450. *t.* 61. *f. A. B. C. Fl. zeyl.* 386.

---

*) Flos latet adhuc, et fructus tantum est notus. Pulverem vero capsularum supra descriptarum verum esse semen, jam in praefatione indicavi. At corpora carpomorpha involucro triphyllo globulisque, ut plurimum tribus composita, ad basin spicae atque in axillis propullulantia, sunt, ut in loco citato indicatum est, propagines, quae ad generis characterem non pertinent, sed ad physiologiam plantarum spectant, ut bulbi Poae bulbosae, alpinae, Dentariae bulbiferae, Aspidii bulbiferi, aliorumque viviparorum vegetabilium. W.

Tana-povel-paatsja-maravara. *Rheed. mal.* 12. *p.* 27. *t.* 14.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 112.
Schnurährige Bärlappe. W.
Habitat in Malabaria, *insulis* Borboniae *et* Philippinis *ex arboribus pendulum.* 24. *(v. s.)*

Folia *caulina quaterna, ramea terna ovata acuta basi leviter cordata subpetiolata patentia.* Spicae *dichotomae.* Squamae *ovatae obtusae, capsula parum longiores.* W.

* 2. LYCOPODIUM *mirabile.* W.

L. caule dichotomo erecto, foliis ovato-lanceolatis acutis adpressis quaterno-verticillatis, spicis sessilibus fasciculato-dichotomis elongatis. W.
Lycopodium Phlegmaria β. *Lam. encycl.* 3. *p.* 618. *Loureiro cochin.* 2. *p.* 837.
Selago indica orientalis sive Plegmaria admirabilis zeylanica. *Breyn. cent.* 180. *t.* 92. *Raj. hist.* 1582. *suppl.* 655. *Dill. musc. t.* 61. *f. D. E. F.*
Büschelährige Bärlappe. W.
Habitat in Zeylona, Cochinchina. 24. *(v. s.)*

Foliis *adpressis rigidis,* spicis*que fasciculato-dichotomis longissimis abunde diversum.* W.

* 3. LYCOPODIUM *australe.* W. ♃

L. caule dichotomo, foliis ovatis acutis patentibus sparsis, spicis sessilibus dichotomis. W.
Lycopodium Phlegmaria. *Forst. prod. n.* 478.
Südliche Bärlappe. W.
Habitat in Societatis *insulis.* 24. *(v. s.)*

Videtur a L. Plegmaria diversum licet simillimum sit. Differt enim: foliis *duplo brevioribus rigidioribus alternis nec verticillatis, denique* squamis *capsula brevioribus. An species diversa? distinguent autoptae. Unicum vidi tantum specimen.* W.

* 4. LYCOPODIUM *longifolium.*

L. caule dichotomo, foliis lanceolatis rigidis patentibus decurrentibus quaterno-verticillatis, spicis sessilibus dichotomis divaricatis.

L. foliis decurrentibus sparsis lanceolatis patentibus, spicis sessilibus elongatis divisis radicantibus. *Swartz. filic.* 177.

Langblättrige Bärlappe. W.

Habitat in insulae Borboniae *sylvis montosis ad arbores vetustas.* 2. *(v. s.)*

Caulis *divisus.* Folia *magnitudine praecedentium lanceolata integerrima quaterno-verticillata rigida, supra nitida, basi in costa media et ad margines breve decurrentia.* Spicae *terminales dichotomae divaricatae demum radicantes.* Squamae *ovatae rigidae acutiusculae capsulam subaequantes vel parum majores.* W.

* 5. LYCOPODIUM *obtusifolium.*

L. caule dichotomo erecto, foliis quadrifariis ellipticis obtusis decurrentibus, spicis sessilibus erectis bipartitis elongatis.

L. foliis decurrentibus sparsis ovatis integris, spicis geminis sessilibus, caule dichotomo erecto. *Swartz. filic.* 177.

Stumpfblättrige Bärlappe. W.

Habitat in nemoribus insulae Borboniae. 2. *(v. s.)*

Caulis *dichotomus erectus.* Folia *opposita quadrifariam imbricata rigida elliptica obtusa margine decurrentia.* Spicae *erectae tripollicares vel longiores sessiles bipartitae.* Squamae *ovatae acutiusculae rigidae approximatae capsula parum majores.* W.

* 6. LYCOPODIUM *myrtifolium.*

L. caule erectiusculo, foliis quadrifariis linearioblongis patentibus, spicis dichotomis foliosis. W.

L. foliis quadrifariis lineari-oblongis, spicis fili-

formibus foliosis. *Forst. prod. n.* 485. *Swartz. synop. filic.* 181. *et* 405.
Stachygynandrum myrtifolium. *P. Bauvois prod.* 113.
Myrtenblättrige Bärlappe. W.
Habitat in insulis *oceani pacifici* 4.

Caules *L. Plegmariae similes subdichotomi foliosi erectiusculi.* Folia *approximata sessilia quadrifaria lineari-oblonga apice acutiuscula patentia integerrima glaberrima.* Spicae *terminales dichotomae spithamaeae teretes laxiusculae.* Capsulae *approximatae, squamis ovatis acutis carinatis erecto-patentibus rigidis longioribus interstinctae.* Swartz l. c.

* 7. LYCOPODIUM *volubile.*

L. foliis bifariis patulis subfalcatis, superficialibus solitariis, spicis subpaniculato-dichotomis, caule sarmentoso-volubili hispido. *Swartz. synop. filic.* 180. *et* 404.
L. foliis bifariis distichis falcatis acuminatis, caule volubili ramoso hispido, pedunculis ramosis, spicis aggregatis nudis. *Forst. prod. n.* 482.
Kletternde Bärlappe. W.
Habitat in Societatis *insulis.* 4.

Caulis *sarmentosus filiformis ramosus volubilis teres squamulis subulato-setosis sparsis subverticillatis adpressis remotis obsitus.* Rami *alterni reflexi compressi dichotomi quasi supradecompositi.* Folia *bifaria patula distincta adnata lanceolata subfalcata, apice subulato-setaceo erecto, supra leviter convexa glaberrima rigida.* Superficilia *solitaria adpressa subulata minutissima, inferiora remotiora.* Spicae *pedunculatae subpaniculato-dichotomae teretes laxae pollicares, squamis lato-ovatis apice subulatis,* capsulis *vix longioribus.* Swartz. l. c.

* 8. LYCOPODIUM *ophioglossoides.*

L. foliis sparsis lanceolatis integerrimis, spicis

dichotomis caule longioribus. *Lam. encycl.* 3. *p.* 619. *Swartz synop. filic.* 177.
Natterzungenartige Bärlappe. W.
Habitat in insula Mauritii. 24.

Caulis *tripollicaris simplex vel bifidus foliosus glaber angulosus.* Folia *sparsa fere imbricata, quadri- s. quinque-linearia, lanceolata vel lineari-lanceolata integerrima nitida.* Spica *terminalis tenuis linearis seu filiformis squamosa dichotoma sex- vel septempollicaris, ergo caule multum longior.* Squamae *imbricatae approximatae ovatae concavae acutiusculae quadruplo foliis breviores.* Capsulae *parvae obtusae nitidae sessiles inter squamas.* Lam. l. c.

†† Lycopodia *spicis pedunculatis.*

9. LYCOPODIUM *carolinianum.*

L. caule repente, foliis subdistichis patulis lanceolatis superficialibus adpressis, pedunculo erecto solitario elongato monostachyo. W.

L. foliis bifariis patulis, superficialibus solitariis, scapis longissimis monostachyis. *Sp. pl.* 1567. *Swartz synop. filic.* 180.

L. caule radicato-repente, foliis subfalcato-lanceolatis integerrimis, scapis nudiusculis longissimis monostachyis, spica longa, bracteis sublanceolatis integris. *Mich. amer.* 2. *p.* 283.

L. pinnatum repens, spicis et pediculis singularibus longis. *Dill. musc.* 452. *t.* 62. *f.* 5.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 128.
Carolinische Bärlappe. W.
Habitat in pratis udis Carolinae, Pensylvaniae. 24. *(v. s.)*

Pedunculus *quadri- s. quinquepollicaris, squamis alternis lanceolato-subulatis tectus.* Spica *sesqui- seu tripollicaris.* Squamae *ovatae attenuato-lanceolatae capsula duplo longiores patentes.* W.

* 10. LYCOPODIUM *repens.*

L. caule repente, foliis subdistichis lineari-lanceolatis, superficialibusque secundis adscendentibus, pedunculo erecto solitario elongato monostachyo. W.

L. foliis subbifariis lanceolato-acuminatis subfalcatis superficialibusque secundis adscendentibus, pedunculis elongatis monostachyis, caule repente. *Swartz filic.* 180.

L. *(affine)* caule repente, foliis sparsis, scapis erectis monostachyis. *Bory. itin. 2. p.* 204.

Lepidotis repens. *P. Bauvois prod.* 109.

Kriechende Bärlappe. W.

Habitat in insula Borboniae. 4. *(v. s.)*

Affine Lycopodio caroliniano. W.

* 11. LYCOPODIUM *magellanicum.*

L. caule repente ramis rectiusculis, foliis sparsis imbricatis lineari-lanceolatis, spicis pedunculatis, squamis spicae membranaceo-marginatis undulatis. W.

L. foliis sparsis lineari-lanceolatis imbricatis, spicis pedunculatis, squamis membranaceo-marginatis undulatis, caule repente, surculis erectiusculis. *Swartz synop. filic.* 180.

Lepidotis magellanica. *P. Beauvois prod.* 102.

Magellanische Bärlappe. W.

Habitat ad fretum Magellanicum. 4.

* 12. LYCOPODIUM *inflexum.*

L. caule erecto, foliis sparsis linearibus uninerviis incurvato-setigeris, spicis subquaternis cylindricis pedunculatis, squamis ovato-lanceolatis eroso-denticulatis. W.

L. foliis sparsis linearibus patentibus convoluto-inflexis, pedunculis bipartitis, medio iterum bifidis, spicis elongatis, caule erecto. *Swartz synop. filic.* 179.

L. *(clavatum β borbonicum)* foliis brevioribus

rigidis recurvatis, spicis subquaternis. *Bory. itin. 2. p. 205.*

Lepidotis inflexa. *P. Beauvois prod. p. 109.*

Krummblättrige Bärlappe. W.

Habitat in insula Borboniae. 24. *(v. s.)*

Accedit ad. L. aristatum sed rami *tenuiores,* folia *magis incurvata breviora,* squamae *spicae inferiores tantum acuminatae.* W.

* 13. LYCOPODIUM *trichiatum.*

L. caule repente, ramis adscendentibus, foliis sparsis uninerviis linearibus incurvato-setigeris, spicis subquaternis oblongis pedunculatis, squamis scariosis, apice setigeris. W.

L. foliis sparsis incurvato-filamentosis, spicis oblongis subquaternis pedunculatis, squamis setaceis scariosis. *Swartz synop. filic. 179.*

L. foliis sparsis incurvato-setigeris, spicis oblongis brevioribus, squamis setaceis. *Bory. itin. I. p. 350.*

L. *(ciliatum)* foliis sparsis apice filamentoso-ciliatis subspinosis, pedunculorum longioribus, spicis ovalibus. *Swartz synop. filic. 179.*

Lepidotis ciliata. *P. Beauvois prod. 108.*

Haarige Bärlappe. W.

Habitat in insula Borboniae. 24. *(v. s.)*

Valde simile L. clavato sed minus et tenerius. Folia *pedunculorum scariosa longiora erosa-denticulata.* Spicae *oblongae quadriliniares.* Squamae *ovatae denticulatae pilo longo terminatae.* Capsulae *admodum parvae. Lycopodium ciliatum Swartzii a L. trichiato non est diversum.* W.

14. LYCOPODIUM *clavatum.*

L. caule repente, ramis adscendentibus, foliis sparsis enerviis incurvato-setigeris, spicis geminatis cylindricis pedunculatis, squamis ovatis acuminatis eroso-denticulatis. W.

L. foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculatis geminis. *Sp. pl. 1564. Mat. med.*

227. *Scop. carn. n.* 1278. *Pollich. pal. n.* 967. *Fl. dan. t.* 126. *Blackw. t.* 535. *Hoffm. germ. II.* 15. *Roth. germ. I.* 442. *III.* 12. *Mich. amer.* 2. *p.* 282. *Swartz synop. filic.* 179.

L. foliis sparsis filamentosis, floralibus dilatato-membranaceis, ramis floriferis inferne strigosis, apice bifidis trifidisve. *Smith brit.* 3. *p.* 1108.

L. caule repente, foliis patulis, pedunculis spica gemina terminatis. *Fl. lapp.* 418. *Fl. suec.* 859; 952. *Hort. cliff.* 476. *Roy. lugdb.* 506. *Dalib. paris.* 339.

L. ramis prolixis, spicis petiolatis gemellis, foliis linearibus pilo cristatis. *Hall. helv. n.* 1722.

L. *(officinale)* surculo vago reptante ramoso, terminali erecto imbricato dichotomo capitutifero. *Neck. meth.* 150.

L. vulgare pilosum anfragosum et repens. *Dill. musc.* 441. *t.* 58. *f.* 1.

Muscus terrestris repens binis clavis foliosis se in altum erigentibus. *Pluk. alm. t.* 47. *f.* 8. *Moris. hist.* 3. *p.* 623. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 2.

Muscus terrestris clavatus. *Bauh. pin.* 360. *Pluk. phytog.* 47. *f.* 8.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 112.

Gemeine Bärlappe. W.

Habitat in sylvis muscis Europae *et* Canadae. 24. *(v. v.)*

Canadense specimen quod possideo est monostachyum squamis spicae magis attenuatis, ceterum nullo modo diversum. W.

* 15. LYCOPODIUM *aristatum.*

L. caule adscendente, foliis sparsis uninerviis incurvato-setigeris, spicis subquaternis cylindricis pedunculatis, squamis ovatis cuspidato-acuminatis eroso-denticulatis. W

Lycopodium aristatum. *Humboldt et Bonpland.*
Borstige Bärlappe. W.
Habitat in Scilla de Caracas. 24. *(v. s.)*

Facies *exacte L. clavati sed duplo majus adscendens, foliis uninerviis spicisque subquaternis diversum.* Caulis *adscendens sesquipedalis erectus ramosus.* Folia *sparsa conferta linearia valde attenuata et in pilum desinentia rigidiuscula incurvato-adpressa uninervia, nervo medio crasso, sulco ut videtur exarato.* Spicae *quatuor vel geminae in pedunculo communi terminali, bi- s. tripollicares cylindricae.* Squamae *ovatae cuspidatae margine membranaceae eroso-denticulatae. W.*

* 16. LYCOPODIUM *thyoides.*

L. caule erecto ramis alternis dichotomis, foliis bifariis connatis adpressis, superficialibus solitariis, pedunculis dichotomis tetra- vel hexastachyis, spicis cylindricis subtetragonis. W.
Lycopodium thyoides. *Humboldt et Bonpland.*
L. altissimum spicis bigemellis quadrangulis. *Dill. musc.* 449. *t.* 60. *f.* 4. *non optima.*
Muscus squamosus sive Lycopodium altissimum. *Plum. fil.* 144. *t.* 165. *f. B. bona.*
Lebensbaumartige Bärlappe. W.
Habitat in Scilla de Caracas. 24. *(v. s.)*

Radix *supra terram repens et* Caules *pedales vel sesquipedales erectos emittens.* Rami *alterni tri- s. quadripollicares dichotomi.* Folia *ovata acuminata bifaria connata adpressa, superficilia adpressa oblonga acuta.* Pedunculi *semipedales et longiores quadri- s. sexpartiti tetra- vel hexastachyi, quandoque octo- vel duodecimpartiti et eodem numero spicarum instructi.* Folia *pedunculorum plerumque opposita lanceolata patula dissita.* Spicae *pollicares vel sesquipollicares tereti-tetragonae cylindricae.* Squamae *subrotundo-ovatae acuminatae margine membranaceae. Valde simile L. com-*

planato sed triplo omnibus partibus majus, foliis semper adpressis et numero spicarum distinctissimum. W.

17. LYCOPODIUM *complanatum.*

L. caule erecto, ramis alternis dichotomis, foliis bifariis connatis apice patentibus, superficialibus solitariis adpressis, pedunculis quadrifidis tetrastachyis, spicis teretibus cylindricis. W.

L. foliis bifariis connatis, superficialibus solitariis, spicis geminis pedunculatis. *Sp. pl.* 1567. *Scop. carn.* 1281. *Pall. it. I. p.* 61. *Pollich. pal. n.* 970. *Weber spicil.* 33. *Fl. dan. t.* 78. *Hoff. germ. II.* 15. *Roth. germ. I.* 443. *III.* 17. *Swartz synop. filic.* 180.

L. caule repente, ramis triquetro-planis. *Fl. lapp.* 416. *Fl. suec.* 860; 958.

L. surculis passim dichotome ramulosis, ramulis alato-complanatis, pedunculis longiusculis subnudis, spicis teretibus. *Mich. amer. 2. p.* 283.

L. spicis petiolatis quaternis, caulibus complanatis, foliis adpressis. *Hall. helv. n.* 1723.

L. surculo erecto continuato compresso, terminalibus capituliferis dichotomo-spiciformibus. *Neck. meth.* 145.

L. digitatum, foliis arboris vitae, spicis bigemellis teretibus. *Dill. musc.* 448. *t.* 59. *f.* 3.

Muscus clavatus foliis cupressi. *Bauh. pin.* 360.

Muscus terrestris ramosus pulcher. *Bauh. hist. 3. p.* 759.

Sabina sylvestris. *Trag.* 554.

Chamaecyparissus. *Tabern.* 945.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 126.

Flachästige Bärlappe. W.

Habitat in sylvis acerosis Europae, Sibiriae *et* Americae *borealis.* 24. *(v. v.)*

Planta *canadensis spicis duplo minoribus est diversa, sed praeter spicarum magnitudinem nullam inveni differentiam.* W.

* 18. LYCOPODIUM *sabinaefolium.* W.

L. caule erecto, ramis alternis dichotomis, foliis lanceolatis acutis quadrifariis adpressis convexis, pedunculis solitariis monostachyis, spicis teretibus. W.

L. *(alpinum)* repens, surculis dichotome ramosissimis, fertilibus altioribus, foliis quadrifariis adpressis imbricatisve lanceolatis convexis, spicis dichotomas solitarie terminantibus, bracteis subcordatis acuminatis integris. *Mich. amer. 2. p.* 282.

Sadenbaumblättrige Bärlappe. W.

Habitat in Canada. 2. *(v. s.)*

Radix *repens ut in precedente et* Caules *erectos digitales emittens.* Rami *alterni dichotomi.* Folia *lanceolata acuta convexa arcte adpressa quadrifariam imbricata.* Spicae *pollicares teretes solitariae in quolibet apice ramorum pedunculatae.* Pediculi *longitudine spicae foliis anguste lanceolatis suboppositis remotis patentibus obsiti.* Squamae *ovatae subcordatae acuminatae integerrimae margine membranaceae. Medium tenet inter praecedens et sequens, differt a praecedente:* foliis *quadrifariis*, spicis *solitariis aliisque notis, a sequenti diversum:* foliis *lanceolatis*, caule *altiore* ramis *alternis dichotomis et* spicis *pedunculatis.* W.

††† Lycopodiastra *spicis sessilibus, foliis caulem circum obsidentibus.*

19. LYCOPODIUM *alpinum.*

L. caule erecto dichotomo-fasciculato, foliis quadrifariis oblongis convexis acutis adpressis, spicis terminalibus solitariis sessilibus teretibus. W.

L. foliis quadrifariam imbricatis acutis, caulibus erectis bifidis, spicis sessilibus teretibus. *Sp. pl.* 1567. *Fl. dan. t.* 79. *Hoffm. germ. II.* 15. *Roth. germ. I.* 443. *III.* 17.

L. foliis quadrifariis imbricatis acutis, caule re-

pente, surculis erectis dichotomis, spicis sessilibus teretibus. *Swartz synop. filic.* 178.

L. foliis quadrifariam imbricatis ovatis carinatis, floralibus ovato-lanceolatis planis, ramulis fastigiatis erectis. *Smith. brit.* 3. *p.* 1112.

L. spicis sessilibus, foliis lanceolatis adpressis utrinque ternatis. *Hall. helv. n.* 1719.

L. surculo adulto reptante, caeteris imbricato-fasciculatis, terminalibus capituliferis erectis dichotomis. *Neck. moth.* 147.

L. caule repente ramis tetragonis. *Fl. lapp.* 417. *t.* 11. *f.* 6.* *Fl. suec.* 861; 957.* *Hort. cliff.* 476. *Roy. lugdb.* 506.

Muscus clavatus foliis cupressi. *Raj. hist.* 121. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 125.

Alpen-Bärlappe. W.

Habitat in alpibus Lapponiae, Scotiae, Pyrenaeorum, Helvetiae, Tyrolis, Styriae, Salisburgi, Silesiae, Harcyniae, Sibiriae. 24. *(v. v.)*

Radix *supra terram inter muscos repens* caules*que fasciculato-dichotomos exserens. Icon Dill. musc. t.* 58. *f.* 2. *quidem similis, tamen spicis valde diversa, atque propius ad. L. sabinaefolium accedit, tamen pedunculis divisis differt.* W.

20. LYCOPODIUM *dendroideum.*

L. caule erecto, ramis alternis confertis dichotomis patentibus, foliis sparsis sexfariis lineari-lanceolatis patulis, spicis solitariis terminalibus sessilibus. W.

L. foliis sparsis sexfariis lineari-lanceolatis patulis, caule erecto subdiviso, ramis alternis radiato-dichotomis, spicis subsessilibus simplicibus teretibus. *Swartz synop. filic.* 178.

L. surculis assurgentibus, inferne simplicibus nudiusculisque superne dendroideo-ramosis, ramulis sessiliter monostachyis, foliis linearilanceolatis integerrimis, spica crassa compacte imbricata, bracteis abbreviato-dilatatis mucronatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 282.

L. *(obscurum)* foliis sparsis decurrentibus, sarmentis repentibus, surculis erectis dichotomis. *Sp. pl.* 1566.

Lycopodioides radiatum dichotomum. *Dill. musc.* 274. *t.* 64. *f.* 12.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 120.

Cedernartige Bärlappe. W.

Habitat a Canada *et* Nova Anglia *ad* Carolinam *montosam.* 24. *(v. s.)*

* 21. LYCOPODIUM *densum.*

L. caule erecto, ramis alternis dichotomis confertis, foliis ternis lanceolatis sexfariis adpressis, spicis subsolitariis terminalibus sessilibus.

L. foliis ternis verticillatis imbricatis sexfariis acutis, caule erecto, ramulis densis dichotomis, spicis sessilibus teretiusculis. *Billard. Nov. Holl.* 2. *p.* 104. *t.* 251. *f.* 1.

Dichtästige Bärlappe. W.

Habitat in Nova Hollandia *ad* Caput Van-Diemen. 24. *(v. s)*

Caulis *erectus ramosus, ramis numerosis confertis dichotomis.* Folia *terna verticillata sexfariam imbricata; caulina lanceolata acuminata laxe imbricata; ramea ovato-lanceolata acuta, arcte imbricata.* Spicae *in ramis terminales sessiles fere semper solitariae, in ramis terminalibus quandoque geminatae vel ternae.* W.

* 22. LYCOPODIUM *juniperoideum.*

L. caule erecto, ramis alternis fastigiatis dichotomis strictis, foliis sparsis lineari-subulatis subadpressis, spicis solitariis terminalibus sessilibus. W.

L. foliis sparsis erectis lineari-subulatis integris, caule erecto dichotomo ramoso, ramis erectis, spicis sessilibus teretibus. *Swartz synop. filic.* 178. *et* 401.

Wachholderartige Bärlappe. W.

Habitat in Sibiria. 24.

Caulis *erectus teres, inferne nudus suffru-*

tescens superne foliosus ramosus. Rami *alterni erecti dichotomi, ramulis erectis fastigiatis pollicaribus et ultra.* Folia *approximata sparsa linearia apice acuto-subulata integerrima erecta, subadpressa glaberrima viridia rigida.* Spicae *in apice caulis, ad latera ramulorum terminalium, pollicares teretes, squamis subpeltatis imbricatis spathulatis, margine membranaceo-crenulatis s. undulatis, pallide ferrugineis vel florescentibus.* Capsulae *majusculae reniformes pallide flavae bivalves.* Swartz l. c.

* 23. LYCOPODIUM *diaphanum.* †

L. foliis sparsis imbricatis, filamentis albido-diaphanis subulatis integris terminatis, spicis solitariis sessilibus, squamis longis subulatis serratis. *Swartz synop. filic.* 179.

Lepidotis diaphana. *P. Beauvois prod.* 108.

Durchscheinende Bärlappe. W.

Habitat in insula Tristan d'Acunha *Oceani* Aethiopici. 24.

* 24. LYCOPODIUM *japonicum.*

L. foliis sparsis sexfariis lineari-subulatis imbricato-patulis integris glabris, caule ramoso repente. *Swartz synop. filic.* 179.

L. foliis sexfariis integris, caule radicante. *Thunb. jap.* 341.

Japanische Bärlappe. W.

Habitat in Japonia. 24.

Caulis *repens vel scandens teres glaber ramosus radicans.* Folia *verticillata sena lanceolato-subulata integra glabra imbricato-patula.* Thunb. l. c.

Inflorescentia latet adhuc ergo dubitanter sub hac divisione indicavi. W.

25. LYCOPODIUM *annotinum.*

L. caule repente, ramis adscendentibus basi bis bipartitis, ramulis simplicibus, foliis quinquefariis lineari-lanceolatis mucronatis apice ser-

rulatis patentibus, ad incrementa annua contractis, spicis solitariis sessilibus terminalibus. W.

L. foliis sparsis quinquefariis subserratis, surculis annotino-articulatis, spicis terminalibus glabris erectis. *Sp. pl.* 1566. *Gort. ingr.* 167. *Scop. carn. n.* 1282. *Weifs. crypt.* 272. *Lepech. itin.* 1. *p.* 18. *Doerr. nafs. p.* 303. *Fl. dan. t.* 127. *Hoffm. germ. II.* 15. *Roth. germ. I.* 443. *III.* 16.

L. foliis sparsis quinquefariis patulis subserratis, surculis annotino-articulatis, spicis sessilibus teretibus. *Swartz synop. filic.* 178.

L. foliis sparsis subserratis muticis quinquefariis floralibus dilatatis abbreviatis, ramis floriferis annotino-articulatis. *Smith. brit.* 3. *p.* 1111.

L. caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-linearibus serrulatis patulis, spicis terminalibus solitariis, bracteis brevi cordatis eroso-denticulatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 283.

L. caule erecto, spica glabra terminali. *Fl. lapp.* 419. *Fl. suec.* 858; 956.

L. ramis prolixis, spicis sessilibus, foliis linearibus subserratis. *Hall. helv. n.* 1720.

L. surculo reptante adscendente repetito, terminali tereti solitario, capitulifero sessili, foliis serrulatis patulo deflexis. *Neck. meth.* 146.

L. elatius juniperinum, clavis singularibus sine pediculis. *Dill. musc.* 455. *t.* 63. *f.* 9. *giss. t.* 2.

Muscus clavatus juniperinis foliis reflexis, clavis singularibus sine pediculis. *Moris. hist.* 3. *p.* 624. *f.* 15. *t.* 5. *f.* 3.

Muscus terrestris repens, clavis singularibus erectis. *Pluk. alm.* 248. *t.* 205. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 121.

Sprossende Bärlappe. W.

Habitat in Europae *et* Canadae *nemoribus.* 24. *(v. v.)*

Americana planta differt foliis brevioribus et parum angustioribus. W.

* 26. LYCOPODIUM *funiculosum.*

L. caule ramoso elongato debili, foliis lanceolatis sparsis adpressis, spicis terminalibus sessilibus longissimis. W.

L. foliis sparsis lanceolatis, ramis praelongis funiculiformibus, spicis sessilibus simplicibus longissimis. *Lam. encycl.* 3. *p.* 621.

L. foliis sparsis lanceolatis, ramis elongatis funiculiformibus, spicis sessilibus longissimis. *Swartz synop. filic.* 180.

Schnurförmiger Bärlappe. W.

Habitat ad Cap. b. spei *et in insula* Mauritii. 2.

Radix *tuberosa magnitudinis nucis minoris valde fibrosa.* Caulis *debilis ramosus foliosus tripedalis, ramis filiformibus longissimis funiculum referentibus.* Folia *sparsa numerosa mediocriter conferta lanceolata mutica integerrima glabra erecta sessilia.* Spicae *terminales sessiles simplicissimae solitariae lineares tripollicares et ultra.* Squamae *imbricatae foliis multo minores.* Capsulae *lenticulares bivalves sessiles.* Lam. l. c.

27. LYCOPODIUM *inundatum.*

L. caule subramoso repente, ramis simplicibus solitariis erectis, apice monostachyis, foliis linearibus sparsis acutis integerrimis supra curvis, spica sessili foliosa. W.

L. foliis sparsis integerrimis, spicis terminalibus foliosis. *Sp. pl.* 1565. *Gort. belg.* 298. *Pollich. pal. n.* 968. *Weber spicil.* 32. *Fl. dan. t.* 336. *Hoffm. germ. II.* 16. *Roth. germ. I.* 442. *III.* 14.

L. foliis sparsis integerrimis subincurvatis, spicis foliosis sessilibus. *Swartz synop. filic.* 177.

L. foliis sparsis integerrimis lineari-lanceolatis muticis, floralibus basi dilatatis patentiusculis. *Smith brit.* 3. *p.* 1110.

L. caulibus radicanti-repentibus, scapis radicalibus brevibus foliosis monostachyis, foliis

confertis subulatis integris, spica bracteis foliiformibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 283.

L. caule repente, spicis solitariis sessilibus foliosis, foliolis laevibus. *Fl. suec.* 862; 954. *Dalib. paris.* 340.

L. spicis sessilibus, foliis linearibus confertissimis incurvis. *Hall helv. n.* 1721.

L. surculo reptante sparso, terminali recto solitario spiciformi. *Neck. meth.* 149.

L. palustre repens, clava singulari. *Vaill. paris.* 123. *t.* 16. *f.* 11. *Dill. musc.* 452. *t.* 61. *f.* 7.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 118.

Sumpf-Bärlappe.

Habitat in Europae *inundatis et in* America *boreali ad sinum* Hudsonis. 24. *(v. v.)*

Americanum ab europaeo nullo modo diversum. W.

28. LYCOPODIUM *alopecuroides.*

L. caule repente subramoso, ramis subsimplicibus elongatis adscendentibus apice monostachyis, foliis lineari-subulatis basi ciliato-dentatis patulis, spica sessili foliosa. W.

L. foliis sparsis ciliatis linearibus, spicis terminalibus foliosis. *Sp. pl.* 1565. *Swartz synop. filic.* 177.

L. repens, foliis confertis patulis subulatis ciliosis, scapis radicalibus, altioribus dense foliosis, spica bracteis longissimis dense foliosa. *Mich. amer.* 2. *p.* 283.

L. ramis reflexis, apicibus radicatis, foliosis subulatis basi ciliatis. *Hort. cliff.* 476.

L. terrestre repens, caule rotundo, foliis dense obsito, radices ad summitatem emittens et se late propagans. *Gron. virg.* 126.

L. alopecuroides, flagellorum extremitatibus radicosis. *Dill. musc.* 464. *t.* 62. *f.* 6.

Muscus terrestris repens virginianus humi diffusus, viticulis longioribus, foliolis tenuibus ve-

stitis. *Moris. hist.* 3. *p.* 624. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 12. *Raj. suppl.* 32.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 117.
Fuchsschwanzartige Bärlappe. W.
Habitat in herbidis humentibus Pensylvaniae, Virginiae, Carolinae. 4. *(v. s.)*
Rami *recurvati saepe summitate radicantes.* Mich. l. c.

* 29. LYCOPODIUM *ulicifolium.*

L. foliis sparsis *(octofariis)* patentibus ovato-lanceolatis acuminatis, caule dichotomo, spicis longissimis foliosis sessilibus laxis. *Swartz synop. filic.* 177.
Hecksamenartige Bärlappe. W.
Habitat in India *orientali.* 4.

* 30. LYCOPODIUM *squarrosum.*

L. caule dichotomo, foliis lineari-subulatis sexfariis reflexo-squarrosis, spicis foliosis terminalibus sessilibus. W.
L. foliis sparsis linearibus glabris, spicis terminalibus foliosis. *Forst. prod. n.* 479.
L. foliis sparsis lineari-subulatis reflexo-sqarrosis, caule dichotomo, spicis foliosis. *Swartz synop. filic.* 177. *et* 400.*
Sparrige Bärlappe. W.
Habitat in insula Taheiti, *inque* Java. 4.
Caulis *bipedalis dichotomus teres laxus foliosus.* Folia *approximata, inferiora octofaria, superiora sexfaria lanceolato-linearia subulata deflexa, apice adscendente squarroso-rigida, semipollicaria integerrima glabra.* Fructificationes *terminales ad apices ramorum spicaeformes teretes foliosae.* Capsulae *imbricatae reniformi-subrotundae, squamis seu foliolis linearisetaceis erectis capsulis longioribus, inferioribus brevioribus interstinctae et tectae.* Swartz l. c.

* 31. LYCOPODIUM *confertum.* W.

L. caule ramoso adpresso-radicante, foliis li-

neari-lanceolatis acutis secundis, spicis terminalibus solitariis sessilibus foliosis. W.

Dichtblättrige Bärlappe. W.

Habitat in Chili *ad portum* Egmont. 24. *(v. s.)*

Caulis *sesquipedalis arcte terrae adpressus repens ramosus.* Rami *alterni sesqui- vel bipollicares ramosi.* Ramuli *semipollicares alterni.* Folia *sparsa conferta et dense posita secunda inflexa lineari-lanceolata acuta crassa.* Spicae *semipollicares sessiles in apice ramorum adscendentes.* Squamae *lineari-lanceolatae acuminatae erectiusculae vel subpatentes foliis longiores.* W.

* 32 LYCOPODIUM *spurium.* W. †

L. caule prostrato ramoso, ramis erectis dichotomis, foliis sparsis quinquefariis linearibus acuminatis incurvato-patulis. W.

Bastard-Bärlappe. W.

Habitat in Quito. 24. *(v. s. s. fructif.)*

Caulis *spithamaeus decumbens apice ramosus.* Rami *secundi dichotomi pollicares usque tripollicares erecti.* Folia *quinquefaria lineari-lanceolata acuminata incurvato-patula crassiuscula.* Spicas *non vidi, observavi tantum, ut videtur, rudimentum spicae sessilis.* W.

33. LYCOPODIUM *Selaginoides.*

L. caule repente, ramis adscendentibus simplicibus, foliis sparsis lanceolatis patulis ciliato-denticulatis, spicis terminalibus solitariis foliosis sessilibus. W.

L. foliis sparsis ciliatis lanceolatis, spicis solitariis terminalibus foliosis. *Sp. pl.* 1565. *Scop. carn.* 1279. *Fl. dan. t.* 70. *Swartz synop. filic.* 181. *Hoffm. germ. II.* 16. *Roth. germ. I.* 442. *III.* 13.

L. foliis sparsis ciliatis lanceolatis, floralibus majoribus patentibus. *Smith brit.* 3. *p.* 1109.

L. spicis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis serratis confertis. *Hall. helv. n.* 1717. *t.* 45. *f.* 1.

L. surculo decumbente sparso, terminali erecto, alis capitulifero, foliis lanceolatis ciliatis recurviusculis. *Neck. meth.* 178.

L. spicis solitariis sessilibus, foliis aculeato-ciliatis, capsulis tetraspermis. *Fl. suec.* 863; 953.*

L. caule repente, ramis spica foliis patula instructis. *Fl. lapp.* 421.

Selaginoides foliis spinosis. *Dill. musc.* 460. *t.* 68. *f.* 1.

β. L. parvulum procumbens, surculis fertilibus assurgentibus, foliis patentibus ovali-lanceolatis ciliosis, spicis solitarie terminalibus subalternatim foliosis. *Mich. amer.* 2. *p.* 284.

Houttuyn *Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 116.

Borstenzähnige Bärlappe. W.

Habitat in pascuis muscosis Europae *borealis*, *inque alpibus australioris*, β *in* Canada. 4. *(v. v.)*

Inter squamas spicae inferiores propagines carpomorphae albae globosae subtetracoccae observantur. Varietas β *habitu angustiore et tenuiore differt.* W.

34. LYCOPODIUM *sanguinolentum.*

L. caule depresso ramoso, ramis alternis dichotomis; foliis quadrifariis imbricatis subrotundo-ovatis utrinque acutis, spicis terminalibus solitariis sessilibus tetragonis. W.

L. foliis quadrifariis imbricatis, caulibus repentibus dichotomis, spicis sessilibus tetragonis. *Sp. pl.* 1567. *Amoen. acad.* 2. *p.* 363. *t.* 4. *f.* 26.* *Pall. itin.* 3. *p.* 260.

L. foliis quadrifariis imbricatis, caulibus erectiusculis dichotomis, spicis sessilibus tetragonis. *Swartz synop. filic.* 181.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 124.

Blutfarbige Bärlappe. W.

Habitat in Sibiria *orientali*, *inque* Camschatca. 4. *(v. s.)*

Folia *saturate viridia quandoque rubra.* W.

35. LYCOPODIUM *rupestre.*

L. caule repente ramoso, ramis subdivisis adscendentibus, foliis sparsis imbricatis lineari-lanceolatis ciliatis apice piliferis, spicis solitariis sessilibus terminalibus. W.

L. foliis sparsis filamentosis, spicis terminalibus tetragonis. *Sp. pl.* 1564. *Pall. itin.* 3. *p.* 178.

L. foliis sparsis filamentosis, caule repente, spicis tetragonis sessilibus. *Swartz synop. filic.* 181.

L. pusillum hypniforme repens, foliis confertim incumbentibus subulatis ciliatis, spicis sessiliter terminalibus tetragono-prismaticis. *Mich. amer.* 2. *p.* 284.

L. spica sessili tetragona, squamis carinatis mucronatis. *Amoen. acad.* 2. *p.* 337.

L. rupestre pilosum et incanum, spicis acute quadrangulis. *Dill. musc.* 457. *t.* 63. *f.* 11.

Muscus rupestris repens virginianus, clavis foliolis erectis quadratis. *Pluk. alm.* 248. *t.* 100. *f.* 2. *Moris. hist.* 3. *p.* 624. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 4. *Raj. suppl.* 32.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 115.

Felsen-Bärlappe. W.

Habitat in rupibus Canadae, Virginiae, Carolinae, Sibiriae *et* Indiae *orientalis.* 24. *(v. s.)*

Folia *lineari-lanceolata margine ciliata, apice pilo terminata. Ex omnibus his indicatis regionibus specimina habeo.* W.

36. LYCOPODIUM *cernuum.*

L. foliis sparsis curvatis, caule ramosissimo, spicis cernuis, squamis adpressis membranaceis serrato-ciliatis. *Swartz synop. filic.* 178.

L. foliis sparsis curvatis, caule ramosissimo, spicis nutantibus. *Sp. pl.* 1566.

L. erectum ramosissimum, spicis ovatis sessilibus nutantibus. *Fl. zeyl.* 387.

L. frutescens capillaceum crispum, spicis brevibus nutantibus. *Dill. musc.* 456. *t.* 63. *f.* 10.

L. zeylanicum erectum ramosissimum. *Burm. zeyl.* 144. *t.* 66.
Muscus zeylanicus erectus perpetuo virens in arboris proceritatem excrescens. *Pluk. alm.* 247. *t.* 47. *f.* 9.
Muscus zeylanicus terrestris clavatus erectus. *Moris. hist.* 3. *p.* 624. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 6.
Muscus clavatus erectus crispatis foliis. *Pluk alm.* 149. *t.* 431. *f.* 3.
Muscus maximus coridis folio, viticulis valde ramosis. *Plum. fil.* 144. *t.* 165. *f. A.*
Bellan-patsja. *Rheed. mal.* 12. *p.* 73. *t.* 39.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. p. 123.
Krummährige Bärlappe. W.
Habitat inter tropicos Asiae *et* Americae. 24. *(v. s.)*

* 37. LYCOPODIUM *curvatum.*

L. foliis sparsis curvatis, caule ramosissimo, spicis cernuis, squamis novemfariis serratis patulis. *Swartz synop. filic.* 178. *et* 402.*
Lepidotis convoluta. *P. Beauvois prod.* 108.
Krummblättrige Bärlappe. W.
Habitat in Jamaica *et* India *orientali.* 24. *(v. s.)*
A. L. cernuo diversum: magnitudine *quadruplo omnium partium* foliis*que latioribus et rigidioribus et* squamis *spicarum brevioribus rigidis patulis.* Swartz l. c.

* 38. LYCOPODIUM *marianum.* W. †

L. caule erecto ramoso, foliis quadrifariis quaternis patentibus lineari-subulatis basi decurrentibus. W.
Marianische Bärlappe. W.
Habitat in insulis Marianis. 24. *(v. s. s. fructif.)*
Species *a reliquis habitu diversa praecedentibus parum similis, cujus spicas non vidi.* Caulis *ramosus erectus ramis divisis patentibus.* Folia *quadrifaria quaterna lineari-subulata mucronata patensissima basi decurrentia.* W.

* 39. LYCOPODIUM *uliginosum.*

L. caule erecto ramoso, foliis quadrifariis suboppositis ovatis acutis integerrimis patentibus, spicis terminalibus oligospermis squarrosis. W.

L. foliis quadrifariis suboppositis ovatis acutis, caule erecto, spicarum terminalium foliis basi solutis reflexis. *Billard Nov. Holl. 2. p. 104. I. 251. f. 2.*

Habitat in Nova Hollandia *ad* Caput Van Diemen. 24. *(v. s.)*

†††† Lycopodioidea *spicis sessilibus, foliis distichis.*

40. LYCOPODIUM *circinale.*

L. foliis bifariis imbricatis subsecundis cuspidatis cartilagineo-serratis, superficialibus geminis, ramis distichis oppositis, ramulis convolutis. *Swartz synop. filic.* 182.

L. foliis bifariis, superficialibus geminis, ramis convolutis. *Lin. suppl.* 448. *Syst. veg.* 794.

L. *(Bryopteris)* foliis sparsis imbricatis, ramulis convolutis. *Sp. pl.* 1567.

Lycopodioides squamosum hispidum, extremitatibus convolutis. *Dill. musc.* 472. *t.* 66. *f.* 11.

Muscus erectus indicus polyceros filicem referens. *Moris. hist. 3. p. 628. s. 15. t. 7. f. 11.*

Muscus filcinus elegans s. Bryopteris. *Pluk. 247. t. 100. f. 3. Raj. suppl. 32.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. p. 124.

Gekreuselte Bärlappe. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

* 41. LYCOPODIUM *involvens.*

L. foliis bifariis subsecundis ovato-lanceolatis subfalcatis, superficialibus minoribus apiculatis, subgeminis imbricatis subdenticulatis, ramis distichis, ramulis incurvatis. *Swartz synop. filic.* 182.

Lycopodium circinale. *Thunb. jap.* 341. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 134. *t.* 102. *f.* 1.
Krummästige Bärlappe. W.
Habitat in Japonia. 4.

* 42. LYCOPODIUM *yemense.*

L. foliis bifariis secundis ovatis acutis ciliatis, superficialibus imbricatis cuspidatis, ramorum alternis basi auriculatis, caulibus repentibus bifarie ramosis, axillis stoloniferis, ramulis dichotomis convolutis. *Swartz synop. filic.* 182. *et* 407. *t.* 4. *f.* 4.*
Lycopodium sanguinolentum. *Forsk. cat. fl. arab.* 125.
Arabische Bärlappe. W.
Habitat in Arabia *felici.* 4.

43. LYCOPODIUM *helveticum.*

L. foliis bifariis semicordatis obtusiusculis, superficialibus alternis distichis ovato-oblongis obtusis, caulibus dichotomis repentibus, spicis pedunculatis terminalibus subgeminatis. W.
L. foliis bifariis patulis, superficialibus distichis, spicis geminis pedunculatis. *Sp. pl.* 1568. *Jacq. austr. t.* 196. *Scop. carn.* 1283. *Roth. germ. III.* 19. *Allion ped. n.* 2427.
L. foliis bifariis patulis integerrimis, superficialibus distichis alternis, surculis repentibus dichotomis, spicis bifidis pedunculatis, capsulis inferioribus subtricoccis. *Swartz synop. filic.* 183.
L. *(radicans)* caule ramisque repentibus dichotomis complanatis, foliis tetrastichis, ordinibus duobus patentibus, duobus rachin superne imbricato-tegentibus, spica filiformi dichotoma. *Schrank. bav. n.* 1447. *Ejusd. salisb. n.* 856. *Hoffm. germ. II.* 16.
L. surculo repente ramoso, terminali erecto dichotomo capitulifero. *Neck. meth.* 147.
Lycopodioides denticulatum pulchrum repens,

spicis pediculis insidentibus. *Dill. musc.* 465. *t.* 65. *f.* 2.

L. caule plano, foliis superne quaternis, inferne binis, spicis obscure petiolatis. *Hall. helv. n.* 1718.

Muscus denticulatus major. *Bauh. pin.* 360.

Muscus repens, foliis alternis subrotundis per siccitatem falcatis. *Moris. hist.* 3. *p.* 626. *s.* 15. *t.* 6. *f.* 34.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 128.

Schweizer-Bärlappe. W.

Habitat in alpibus Helvetiae, Sabaudiae Tyrolis, Bavariae, Salisburgi, Carinthiae, Carnioliae, Styriae, Austriae. 24. *(v. v.)*

Folia *sub lente obscure denticulata.* W.

44. LYCOPODIUM *denticulatum.*

L. foliis bifariis ovatis subcordatis acutis denticulatis, superficialibus alternis ovatis acutis, caulibus ramosis repentibus, spicis terminalibus abbreviatis sessilibus. W.

L. foliis bifariis, superficialibus imbricatis, surculis repentibus, floribus sparsis. *Sp. pl.* 1569.

L. foliis bifariis ovatis acutis subdenticulatis patulis, superficialibus imbricatis, surculis radicantibus dichotomis spicis geminatis sessilibus, capsulis inferioribus tricoccis. *Swartz synop. filic.* 183.

Lycopodioides imbricatum repens. *Dill. musc.* 462. *t.* 66. *f.* 1. *A.*

Muscus denticulatus minor. *Bauh. pin.* 360.

Muscus terrestris lusitanicus. *Clus. hist.* 2. *p.* 249.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 129.

Gezähnelte Bärlappe. W.

Habitat in Lusitania, Hispania, Gallia *australi*, Italia, Polonia. 24. *(v. s.)*

Spicae *in meo specimine lusitanico sunt brevissimae nec geminatae. In Polonia hanc speciem detexit Clariss. Bory de St. Vincent, mihique specimina communicavit.* W.

45. LYCOPODIUM *ornithopodioides.*

L. foliis bifariis oblongis acutiusculis integerrimis glabris patentibus, superficialibus ovatis acutis ciliatis distichis alternis, caule ramoso repente, spicis terminalibus solitariis sessilibus. W.

L. foliis bifariis patentibus, superficialibus distichis, surculis repentibus, spicis sessilibus. *Sp. pl.* 1569.

L. foliis bifariis patentibus ovatis acutis, superficialibus distichis ciliatis planis, surculis repentibus, spicis teretiusculis sessilibus. *Swartz synop. filic.* 154.

L. procumbens repens, ramis subspicatis, foliolis distichis alternis ovatis appendiculatis. *Fl. zeyl.* 388.

Lycopodioides repens, pinnulis ornithopodii. *Dill. musc.* 464. *t.* 66. *f.* 1. *B.*

Muscus polypodioides denticulatus scandens repensve in extremitatibus ramulorum polyspermos. *Raj. suppl.* 32.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 133.

Vogelfufsartige Bärlappe. W.

Habitat in India *orientali.* 24.

* 46. LYCOPODIUM *hispidum.*

L. foliis bifariis ovatis acutis ciliatis supra hirtis, superficialibus ovatis acutis ciliatis distichis alternis, caule ramoso repente, spicis terminalibus solitariis sessilbus. W.

Rauhblättrige Bärlappe. W.

Habitat in Jamaica. 24. *(v. s.)*

Caulis *ramosus repens.* Folia *disticha alterna ovata acuta margine pilis brevibus eleganter ciliata, supra pilis obsita; superficialia disticha alterna ovata acuta margine ut folia ciliata.* Spicae *praecedentis. Hoc est Lycopodium ornithopodioides Indiae occidentalis, quod* forma *foliorum*, ciliis *marginalibus*, *et* pilis *in superficie superiore a Lycopodio dicto Indiae orientalis est diversum.* W.

* 47. LYCOPODIUM *denudatum.* W.

L. foliis bifariis ovatis acutiusculis integerrimis glabris, superficialibus alternis adpressis ovatis acutis integerrimis glabris, caule ramoso repente, spicis solitariis sessilibus tetragonis. W.

Haarlose Bärlappe. W.

Habitat in Jamaica. 4. *(v. s.)*

Caules *ramosi repentes.* Folia *ovata alterna disticha acutiuscula integerrima glabra, superficialia adpressa ovata acuta glabra integerrima.* Spicae *breves tetragonae sessiles terminales.* Squamae *ovatae acutae carinatae. Crescit promiscue cum praecedente inter quod inveni in herbario.* W.

* 48. LYCOPODIUM *depressum.*

L. foliis bifariis alternis denticulatis patulis, superficialibus distichis subaequalibus ciliatis, spicis oblongis sessilibus foliosis. *Swartz synop. filic.* 185. *et* 412.*

Niedergedrückte Bärlappe. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 4.

Caules *caespitosi subdivisi breves radicantes sesquipollicares.* Rami *sparsi brevissimi.* Folia *bifaria alterna adpressa patula ovata acuminata denticulata glabra; superficilia dimidio minora disticha aequalia, ovata acuta plana ciliata glabra.* Spicae *terminales sessiles crassiusculae oblongae obtusae; squamis quadrifarie imbricatis carinato-compressis, apice patulis, margine denticulato-ciliatis.* Swartz l. c.

* 49. LYCOPODIUM *umbrosum.*

L. foliis bifariis alternis semicordatis obtusis margine superiore tenuissime denticulatis superficialibus distichis alternis oblongis cuspidatis, spicis sessilibus.

Lycopodium umbrosum. *Bory de St. Vincent.*

Schattige Bärlappe. W.

Habitat in umbrosis humidis insulae Mauritii, Borboniae. 4. *(v. s.)*

Caulis *repens, ramis alternis brevibus alternatim ramosis.* Folia *bifaria alterna adpressa patula ovata semicordata obtusa uninervia, margine superiore tenuissime denticulata, denticulis basin versus parum majoribus; margine inferiore integerrima.* Folia *superficialia oblonga integerrima alterna adpressa apice longe cuspidata.* Spicae *terminales solitariae sessiles teretitetragonae bi- vel trilineares.* Squamae *subrotundo-ovatae cuspidatae.* W.

* 50. LYCOPODIUM *viridulum.*

L. foliis bifariis alternis semicordatis obtusis integerrimis basi subdenticulatis, superficialibus distichis alternis oblongis cuspidatis, spicis sessilibus.

Lycopodium viridulum. *Bory de St. Vincent.*
Grünliche Bärlappe. W.
Habitat in memoribus insulae Mauritii. 24. *(v. s.)*

Caules *repentes ramosi, ramis brevibus alternatim ramosis.* Folia *bifaria alterna adpressa patula ovata semicordata obtusa uninervia integerrima basi quandoque in margine superiore denticulis paucis minutissimis instructa.* Folia *superficialia praecedentis sed brevius cuspidata. Simile L. umbroso, sed folia magis viridia et pellucida integerrima, et spicae breviores.* W.

* 51. LYCOPODIUM *albidulum.*

L. foliis bifariis ovatis acutis denticulatis, superficialibus alternis distichis adpressis, spicis terminalibus elongatis sessilibus tetragonis. W.

L. foliis bifariis ovatis acutis denticulatis superficialibusque alternis, surculis radicantibus, spicis terminalibus linearibus laxis subtetragonis, squamis imbricato-patulis. *Swartz synop. filic.* 183. *et* 409.*

Weifsliche Bärlappe. W.
Habitat in Pensylvania. 24. *(v. s.)*

Caules *sesqui- vel bipollicares subramosi ra-*

dicantes intertexti. Folia *alterna bifaria ovata acuta denticulata; superficialia alterna acutiora disticha adpressa.* Spicae *solitariae ratione plantae longae semipollicares tetragonae terminales sessiles.* Squamae *ovato-lanceolatae acutae denticulatae carinatae.* W.

52. LYCOPODIUM *apodum.*

L. foliis bifariis subrotundo-ovatis acutis planis denticulatis ramosis cum superficialibus alternantibus, caule ramoso basi radicante, spicis terminalibus sessilibus subsolitariis. W.

L. foliis bifariis alternis minoribus, caule repente, spicis sessilibus. *Sp. pl.* 1568.

L. foliis bifariis subrotundo-ovatis acutis planis denticulatis cum superficialibus acuminatis alternantibus, caule repente filiformi, spicis subgeminatis sessilibus. *Swartz synop. filic.* 184.

L. pusillum, foliis remotiusculis subrotundo-ovalibus membranaceis bifariis, summitatibus subspicatim fructificantibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 284.

Lycopodioides denticulatum pulchrum repens, spicis apodibus. *Dill. musc.* 467. *t.* 64. *f.* 3. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 129.

Ungestielte Bärlappe. W.

Habitat in umbrosis sylvaticis Viginiae, Carolinae, Floridae, *inque montosis* Indiae *occidentalis.* 24. *(v. s.)*

Caulis *digitatis ramis alternis brevibus; solitarie proveniens, decumbens basi radicans; in cespite vero crescens, erectus.* Folia *caulina superficialibus opposita, hinc planta facile cognoscitur ob folia opposita alterna majora.* Spicae *brevissimae plerumque solitariae rarius geminatae.* W.

* 53. LYCOPODIUM *ciliatum.* W.

L. foliis bifariis ovatis alternis margine superiore ciliatis, superficialibus ovatis aristato-mucro-

natis adpressis, caule erecto ramoso, spicis abbreviatis terminalibus sessilibus, W.

L. *(Novae Hollandiae)* foliis bifariis alternis ovatis acutis convexo-carinatis ciliatis, superficialibus apiculatis, surculis filiformibus erectiusculis, spicis terminalibus sessilibus. *Swartz synop. filic.* 184. *et* 410.*

Gefranzte Bärlappe. W.

Habitat in Nova Hollandia. 2. *(v. s.)*

Caulis *digitalis erectus ramis alternis brevibus plerumque interum ramulis simplicibus munitus.* Folia *alterna ovata acuta plana disticha patentia, margine superiore ciliato, inferiore nudo, quandoque basi in margine inferiore atrarius ciliata; superficialia oblongo-ovata aristato-mucronata margine ciliata alterna adpressa.* Spicae *terminales sessiles brevissimae.* Squamae *ovatae acuminatae carinatae ciliatae.* Propagines *globuliferae carpomorphae integram fere spicam occupant, et in apice et basi tantum una alterave capsula seminifera observatur.* W.

* 54. LYCOPODIUM *scariosum.*

L. foliis bifariis imbricatis ovatis erectis, caule dichotomo, spicis cylindricis, squamis scariosis reflexis. *Swartz synop. filic.* 181. *et* 406.

L. foliis bifariis imbricatis erectis ovatis glabris, spicis terminalibus squamosis, squamis scariosis reflexis. *Forst. prod. n.* 484.

Spreuartige Bärlappe. W.

Habitat in insulis *maris* pacifici. 2.

Caulis *repens dichotome ramosus, ramis foliosis rigidis.* Folia *bifaria imbricata subpatentia vel erecta ovata acuminata glabra plana rigida parva, superficialia (inferne sita) imbricata subdisticha adpressa lanceolata minuta.* Caulina *subquadrifaria distinctiora.* Spicae *terminales ad apices ramorum cylindricae erectae pollicares,* squamis *ovatis acutis concavis reflexis margine denticulatis vel crenulatis rigidis, imbricatae.* Swartz l. c.

* 55. LYCOPODIUM *Myosurus.*

L. foliis bifariis ovato-lanceolatis subdenticulatis, superficialibus distichis, caule tereti subtus sulcato, spicis elongatis laxis. *Swartz synop. filic.* 181.

Mauseschwanz-Bärlappe. W.

Habitat in Sierra Leona. 4.

* 56. LYCOPODIUM *concinnum.*

L. foliis bifariis distinctis lineari-lanceolatis obtusiusculis basi semicordatis integerrimis, superficialibus oblongis aristato-mucronatis adpressis, caule repente, ramis erectis dichotomis, spicis sessilibus tetragonis acuminatis. W.

L. foliis bifariis distinctis oblongis obtusiusculis integerrimis, superficialibus minutis apiculatis subimbricatis, caule repente, surculis erectis dichotomis, spicis tetragonis acuminatis. *Swartz synop. filic.* 183. *et* 408.*

Schöne Bärlappe. W.

Habitat in insula Mauritii. 4. *(v. s.)*

Caulis *repens decumbens foliis raris obsitus.* Rami *erecti pollicares vel tripollicares dichotomi.* Folia *bifaria lineari-lanceolata apice obtusiuscula basi superiore cordata, inferiore attenuata, margine integerrima, interdum tantum ad basin superiorem denticulata.* Folia *superficialia oblonga alterna adpressa minuta integerrima glabra apice aristato-mucronata, mucrone longitudine folii.* W.

Spicae *pollicares erectae sessiles tereti-tetragonae apice attenuatae.* Squamae *imbricatae lato-subcordatae margine albido-membranaceae carinatae virides.* Swartz l. c.

* 57. LYCOPODIUM *stoloniferum.*

L. foliis bifariis distinctis ovatis denticulatis, superficialibus distichis imbricatis oblongo-falcatis aristato-mucronatis, caule ramoso tetragono repente, spicis brevissimis sessilibus. W.

L. foliis bifariis patentibus obsolete denticulatis, superficialibus oblongis apiculatis, surculis tetraquetris ramosissimis sarmentosis inferne subnudis, axillis stoloniferis, spicis brevissimis, capsulis baseos monospermis. *Swartz synop. filic.* 182, *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1576.

Lycopodioides dentatum dichotomum rigidum minus. *Dill. musc.* 470. *t.* 67. *f.* 10.

Muscus squamosus repens. *Plum. fil. t.* 43. *f. B.*

Sprossende Bärlappe. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola, Brasilia. 24. *(v. s.)*

* 58. LYCOPODIUM *marginatum.*

L. foliis bifariis distinctis oblongis subintegerrimis basi ciliato-dentatis, superficialibus distichis imbricatis ovato-falcatis cuspidatis albo-marginatis ciliatis, caule repente ramis erectiusculis ramosis. W.

Lycopodium marginatum. *Humboldt et Bonpland.*

Gerandete Bärlappe. W.

Habitat in America *meridionali.* 24. *(v. s. s. fruct.)*

Caulis *filiformis teretiusculus late repens.* Rami *duplicato-ramosi erectiusculi alterni.* Folia *bifaria oblonga subcordata obtusiuscula margine vel integerrima vel denticulis obsoletis notata, basi ciliato-dentata.* Folia *superficialia ovato-falcata disticha imbricata cuspidata albo-marginata ciliata arcte adpressa.* Spicas *non vidi. Simile praecedenti sed* caule *non tetraquetro,* ramis *longioribus* foliisque *superficialibus distinctum.* W.

* 59. LYCOPODIUM *fruticulosum.*

L. foliis bifariis semicordatis subfalcatis acutis, basi superiore obsolete denticulatis membranaceis, superficialibus distichis planis imbricatis falcatis acutis, caule erecto teretiusculo apice distiche ramoso, spicis sessilibus terminalibus ramosis.

Lycopodium fruticulosum. *Bory de St. Vincent.*
Strauchartige Bärlappe. W.
Habitat in insula Borboniae *prope* le grand bassin. 24. *(v. s.)*

Caulis *inferne nudus foliis sparsis obsitus, teres, superne distiche ramosus.* Folia *bifaria falcata semicordata acuta integerrima, basi superiore alba diaphana membranacea obsolete denticulata.* Folia *superficialia alterna imbricata adpressa falcata acuta.* Spicae *terminales ramosae.* Squamae *ovatae acutiusculae. Variat basi superiore foliorum margine tantum membranacea et evidentius denticulata.* Spicis *ramosis ab affinibus abunde diversum.* W.

60 LYCOPODIUM *flabellatum.*

L. foliis bifariis oblongis acutis basi denticulatis, superficialibus distichis planis imbricatis ovato-falcatis acutis, caule erecto teretiusculo apice distiche ramoso, spicis sessilibus tetragonis. W.

L. foliis bifariis, superficialibus distichis, caule erecto tereti. *Sp. pl.* 1568.

L. foliis bifariis denticulatis, superficialibus distichis, caule erecto tertiusculo, spicis erectis. *Swartz synop. filic.* 183.

Lycopodioides dentatum erectum filicinum, caule tereti ramosissimo. *Dill. musc.* 468. *t.* 65. *f.* 5.

Muscus squamosus erectus. *Plum. amer.* 35. *t.* 24. *fil. t.* 43. *Raj. suppl.* 31.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 130.

Fächerförmige Bärlappe. W.

Habitat in India *occidentali.* 24. *(v. s.)*

Caulis *inferne nudus foliis sparsis tectus, teres, sed basin versus obtuse tetragonus absque sulco.* Spicae *tetragonae, squamis ovatis acutis carinatis.* W.

* 61. LYCOPODIUM *cupressinum.* W.

L. foliis bifariis oblongis acutiusculis integerrimis, superficialibus distichis carinatis imbrica-

tis oblongis acuminatis, caule erecto teretiusculo unisulcato, apice distiche ramoso, spicis sessilibus tetragonis. W.

Cypressenartige Bärlappe. W.

Habitat in insula Borboniae? 24. *(v. s.)*

Caulis *erectus inferne nudus foliisque sparsis adpressis tectus, teres basi sulco sursum evanescente exaratus, superne distiche ramosissimus.* Folia *oblonga disticha acutiuscula integerrima glabra basi subciliata; superficilia alterna disticha adpressa oblonga breve acuminata carinata glabra.* Spicae *praecedentis. Admodum L. flabellato simile, sed* foliis *integerrimis et* superficialibus *oblongis carinatis rectis nec falcatis diversum.* W.

* 62. LYCOPODIUM *cataphractum.* W.

L. foliis bifariis imbricatis semicordatis margine superiore denticulatis, superficialibus falcatis imbricatis cuspidato-acutis denticulatis planis. W.

Bepanzerte Bärlappe. W.

Habitat in insula Borboniae. 24. *D. Flügge. (v.s.)*

Caulis *obtuse tetragonus inferne foliis sparsis obsitus, superne distiche ramosus.* Folia *semicordata imbricata disticha acuta, margine superiore, praesertim basin versus, denticulata, margine inferiore integerrima; superficialia alterna adpressa imbricata lanceolato-falcata breve cuspidata, denticulis remotis margine instructa.* Spicas *non vidi. Habitu valde simile L. flabellato.* W.

63. LYCOPODIUM *canaliculatum.*

L. foliis bifariis distinctis lineari-oblongis subfalcatis integerrimis, superficialibus oblongis distichis alternis planis subfalcatis cuspidatis, caule erecto distiche ramoso unisulcato, spicis sessilibus tetragonis. W.

L. foliis bifariis, superficialibus distichis, caule erecto canaliculato. *Sp. pl.* 1568.

L. foliis bifariis subfalcatis integerrimis, superficialibus distichis, caule erecto supra canaliculato, spicis laxis. *Swartz synop. filic.* 184.
Lycopodioides erectum filicinum, pinnulis acaciae, caule sulcato. *Dill. musc.* 469. *t.* 65. *f.* 6.
Muscus denticulatus major ex Ceram. *Pluk. amalt. app. t.* 453. *f.* 8.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 131.
Rinnenstengliche Bärlappe. W.
Habitat in Malabaria, Amboina *et insula* Borboniae. 24. *(v. s.)*

* 64. LYCOPODIUM *pectinatum.* W.

L. foliis bifariis distinctis oblongo-falcatis acutis integerrimis, superficialibus lanceolato-falcatis planis alternis, ramis subtus canaliculatis.
Kammförmige Bärlappe. W.
Habitat in America *meridionali?* 24. *Meyer. (v.s.)*

Caulis *videtur erectus, est obsolete tetragonus, subtus canaliculatus ramosus, ramis distichis alternis elongatis remotis subtus canaliculatis.* Folia *oblongo-falcata acuta sessilia disticha distincta integerrima; superficialia plana lanceolato-falcata alterna arcte adpressa basi subdecurrentia.* Spicas *non vidi. Ab affinibus magnitudine foliorum distinctum.* W.

* 65. LYCOPODIUM *chilense.* W.

L. foliis bifariis distinctis oblongis subfalcatis integerrimis, superficialibus oblongis distichis alternis carinatis subfalcatis acutis, caule erecto distiche ramoso unisulcato, spicis sessilibus tetragonis. W.
Chilensische Bärlappe. W.
Habitat in Chili. 24. *(v. s.)*

Caulis *erectus unisulcatus distiche ramosus.* Rami *alterni tripollicares usque semipedales iterum ramosi, ramulis pollicaribus simplicibus bipartitisve.* Folia *bifaria distincta oblonga acutiuscula subfalcata subcordata integerrima glabra; superficialia alterna disticha adpressa carinata oblonga acuta subfalcata.* Spicae *semi-*

pollicares tetragonae, squamis ovatis acuminatis carinatis. A L. canaliculato habitu, foliis superficialibus et spicis strictioribus diversum. W.

* 66. LYCOPODIUM *laevigatum.* W.

L. foliis bifariis distinctis oblongis obtusis integerrimis, superficialibus oblongis distichis alternis carinatis obtusis, caule scandente subtetragono unisulcato distiche ramoso, spicis sessilibus terminalibus. W.

Glatte Bärlappe. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

Caulis *scandens inferne tetragono superne teretiusculus sulco levi exaratus, foliis sparsis patentibus obsitus, distiche ramosus.* Rami *bi- seu quadripollicares iterum ramosi, ramulis pollicaribus sesquipollicaribusve ramosis, bi- seu tripartitis.* Folia *disticha distincta oblonga obtusa subcordata integerrima glabra, superficialia oblonga alterna adpressa disticha leviter carinata obtusa.* Spicae *quadrilineares sessiles subtetragonae, squamis ovatis acutis carinatis capsula parum majoribus. Valde simile L. scandenti, sed notis indicatis satis diversum.* W.

67. LYCOPODIUM *plumosum.*

L. foliis bifariis imbricatis, antrorsum basi gibbis subfalcatis obtusiusculis denticulatis, superficialibus ovatis carinatis cuspidatis ciliatis, surculis erectiusculis bifarie dichotomis, spicis terminalibus sessilibus. *Swartz synop. filic.* 184.

L. foliis bifariis patentibus, superficialibus semiovatis ciliatis, surculis erectiusculis, spicis terminalibus tetragonis sessilibus. *Sp. pl.* 1568.

L. *(penniforme)* foliis bifariis muticis ciliatis patentibus, superficialibus adpressis aristatis, caule suberecto. *Lam. encycl.* 3. *p.* 622.

Lycopodioides Lonchitidis auriculatis foliis. *Dill. musc.* 470. *t.* 66. *f.* 8.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 132.

Federartige Bärlappe. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s. s. fructif.)*

* 68. LYCOPODIUM *patulum.*

L. foliis bifariis alternis antrorsum basi gibbis acutiusculis subintegerrimis, superficialibus ovato-lanceolatis carinatis apiculatis denticulatis, ramis erectiusculis bifarie ramosis, spicis terminalibus sessilibus. *Swartz synop. filic.* 185. *et* 411.*

Ausgebreitete Bärlappe. W.

Habitat in sylvis umbrosis montium Jamaicae. 4.

* 69. LYCOPODIUM *scandens.*

L. foliis bifariis oblongis acutis antrorsum basi gibbis subdenticulatis, superficialibus cuspidatis, caule volubile dichotomo-ramoso, spicis terminalibus sessilibus. *Swartz synop. filic.* 185.

Stachygynandrum *(scandens)* caule tereti volubile ramoso, ramis erectis pinnatis, pinnulis alternis simplicibus, spicis sessilibus et terminalibus, foliolis parvis rotundis stricte imbricatis, foliis distichis alternis oblongis ad apicem serrulatis, costa integra, litteram S efficiente notatis. *Beauvois fl. Ovare et Benin p.* 10. *t.* 7.*

Kletternde Bärlappe. W.

Habitat in Ovaria Africes. ♄.

* 70. LYCOPODIUM *ciliare.* †

L. foliis bifariis ciliatis, superficialibus distichis, caule ramoso, spicis terminalibus solitariis foliosis compressis unilateralibus. *Swartz synop. filic.* 185. *Retz. obs.* 5. *p.* 32.

Gewimperte Bärlappe. W.

Habitat in Zeylona. 4.

Caulis *sesquipollicaris inordinate ramosus ex axillis radiculas capillares demittens.* Folia *majora alterna disticha patula ovata acuta ciliata; minora cum his alternant ab altero caulis latere adpressa acuminata non ciliata.* Spicae *ramos terminant e foliis similibus sed majoribus, compressae distichae et in his folia majora integerrima sinu sterilia, minora vero ciliata sinu capsulifera.* Retz. l. c.

††††† Selagines *capsulis axillaribus.*

71. LYCOPODIUM *linifolium.*

L. foliis alternis remotis subpetiolatis lanceolatis acuminatis, caule subdivo pendulo. W.
L. foliis alternis remotis lanceolatis, floribus axillaribus. *Sp. pl.* 1563. *Swartz synop. filic.* 174.
Selago linariae foliis. *Dill. musc.* 440. *t.* 57. *f.* 5.
Muscus maximus linariae foliis. *Plum. fil.* 144. *t.* 166. *f. C.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 110.
Leinblättrige Bärlappe. W.
Habitat in America *meridionali*, Jamaica, Guadeloupe *ex arboribus pendulum.* 4. *(v. s.)*

* 72. LYCOPODIUM *myrsinites.*

L. foliis sparsis laxis subdistichis ovato-acutis, caulibus ramosis repentibus, capsulis axillaribus. *Lam. encycl.* 3. *p.* 626.
Myrsineblättrige Bärlappe. W.
Habitat in Hispaniola. 4.

Forma *foliorum fere L. Plegmariae sed sunt sessilia.* Caulis *pedalis gracilis fere filiformis ramosus apice dichotomus prostratus repens foliosus.* Folia *ovata acuta plana integerrima glabra viridia sessilia amplexicaulia subdecurrentia, sparsa subpatentia fere disticha, praesertim basin versus.* Folia *ramorum dichotomorum multo minora et minus plana.* Capsulae *axillares sessiles bivalves.* Lam. l. c.

73. LYCOPODIUM *Gnidioides.*

L. foliis oblongis obtusis ternis quadrifariam imbricatis patulis, caule dichotomo. W.
L. foliis ternis imbricatis lanceolatis obtusis glaberrimis, caule dichotomo, ramis elongatis, floribus axillaribus. *Lin. suppl.* 448. *Swartz synop. filic.* 174.
Gnidienblättrige Bärlappe. W.
Habitat in insula Mauritii. 4. *(v. s.)*

Caulis *dichotomus ubique foliis tectus.* Fo-

lia *exacte ut in Gnidiis et Passerinis oblonga obtusa integerrima terna, approximata, quadrifariam imbricata patula glabra.* Capsulae *in axillis solitariae.* W.

* 74. LYCOPODIUM *taxifolium.*

L. foliis sparsis subsexfariis rigidis lineari-lanceolatis acutis integerrimis patulis, caule erecto dichotomo. W.

L. foliis sparsis octofariis lineari-lanceolatis planis integerrimis patulis, caule erecto dichotomo. *Swartz synop. filic.* 175.

L. foliis sparsis sexfariis lineari-lanceolatis patulis, caule erecto dichotomo, fructificationibus sparsis. *Swartz fl. ind. occid. 3. p.* 1573.*

Taxusblättrige Bärlappe. W.

Habitat ad arborum truncos muscosos in montibus summis Jamaicae, Hispaniolae *et in insula* St. Helenae. 4. *(v. s.)*

75. LYCOPODIUM *verticillatum.*

L. foliis senis verticillatis linearibus acuminatis integerrimis glabris, caule dichotomo, capsulis verticillatis. W.

L. foliis quadrifariis approximatis acerosis, ramis dichotomis, floribus axillaribus verticillatis. *Lin. suppl.* 448.

Wirbelförmige Bärlappe. W.

Habitat in insula Borboniae. 4. *(v. s.)*

Caulis *pedalis vel sesquipedalis dichotomus vel potius bis bipartitus.* Folia *saturate viridia linearia acuminata integerrima glabra patentia, infima fere reflexa, inferiora verticillato-sena, superiora sparsa quadrifariam disposita.* Capsula *generis ad basin cujuslibet folii. Planta facie Hippuridis vulgaris et longe diversa a Lycopodio aceroso infra memorato.* W.

* 76. LYCOPODIUM *dichotomum.*

L. foliis sparsis lineari-capillaceis patulis, caule dichotomo declinato-assurgente, ramis patulis frangilibus. W.

L. foliis alternis sparsis lineari-acuminatis patulis, caule declinato-assurgente dichotomo, ramis patulis. *Swartz synop. filic.* 174. *Ejusd. Fl. occid.* 3. *p.* 1574.* *Jacq. hort. vind.* 3. *p.* 26. *t.* 45.

Gabelästige Bärlappe. W.

Habitat ad arborum truncos locis umbrosis montosis Jamaicae, Hispaniolae, Martinicae, Panamae. 4. *(v. s.)*

77. LYCOPODIUM *Selago.*

L. foliis sparsis octofariis lineari-lanceolatis acuminatis integerrimis imbricato-patulis rigidis, caule dichotomo erecto, ramis fastigiatis. W.

L. foliis sparsis octofariis, caule dichotomo erecto fastigiato, floribus sparsis. *Sp. pl.* 1565. *Mat. med.* 227. *Scop. carn.* 1280. *Weifs. crypt.* 273. *Pollich. pal. n.* 969. *Fl. dan. t.* 104. *Hoffm. germ. II.* 16. *Roth. germ. I.* 442. *III.* 14.

L. foliis sparsis octofariis subimbricatis lanceolato-subulatis subconcavis, caule dichotomo erecto fastigiato. *Swartz synop. filic.* 176.

L. foliis sparsis integerrimis lanceolatis muticis uniformibus octofariis, caule dichotomo erecto fastigiato. *Smith brit.* 3. *p.* 1111.

L. caule erecto dichotomo. *Fl. lapp.* 420. *Fl. suec.* 857; 955. *Hort. cliff.* 476. *Amoen. acad.* 2. *p.* 293.

L. spica sessili, foliis linearibus lanceolatis confertis. *Hall. helv. n.* 1716.

L. surculo erecto dichotomo capitulifero, primordialibus decidentibus sparsis. *Neck. meth.* 148.

Selago vulgaris abietis rubrae facie. *Dill. musc.* 435. *t.* 56. *f.* 1.

Muscus erectus ramosus saturate viridis. *Bauh. pin.* 360.

Muscus erectus abietiformis. *Moris. hist.* 3. *p.* 624. *s.* 5. *t.* 5. *f.* 9.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 119.

Tannen-Bärlappe. W.
Habitat ad truncos arborum, in nemoribus Europae *borealis, inque australioris alpibus.* 24. *(v. v.)*

* 78. LYCOPODIUM *recurvum.*

L. foliis sparsis octofariis lineari-lanceolatis acuminatis integerrimis reflexo-patentibus rigidis, caule dichotomo erecto, ramis fastigiatis recurvis. W.
Lycopodium recurvum. *Kitaibel in litt.*
Krummästige Bärlappe. W.
Habitat in alpibus et subalpinis Hungariae. 24. *(v. s.)*
Affine praecedenti, sed folia reflexo-patentia et apices ramorum recurvati. W.

* 79. LYCOPODIUM *Saururus.*

L. foliis sparsis suboctofariis lanceolatis acutis convexiusculis integerrimis arcte imbricatis, caulibus simplicibus bifidisve erectis. W.
L. foliis sparsis suboctofariis lineari-lanceolatis integerrimis dense imbricatis erectis, caule simplici furcatoque. *Swartz synop. filic.* 176.
L. foliis sparsis lineari-lanceolatis erectis dense imbricatis, caulibus simplicibus. *Lam. encycl.* 3. *p.* 625.* *Bory itin.* 1. *p.* 344. *t.* 16. *f.* 1.
Eidechsenschwanz-Bärlappe. W.
Habitat in insulae Borboniae, *altis montibus.* 24. *(v. s.)*
Caules *plures pedales ex una radice plerumque bifidi, interdum simplices.* W.

* 80. LYCOPODIUM *crassum.*

L. foliis sparsis decemfariis lineari-lanceolatis rigidis convexo-carinatis obsolete denticulatis acuminatis arcte adpressis, caule bipartito adscendente. W.
Lycopodium crassum. *Humboldt et Bonpland.*
Dicke Bärlappe. W.
Habitat in Peru. 24. *(v. s.)*

Caulis *semipedalis adscendens ad basin usque bipartitus.* Folia *arcte adpressa rubicundo-viridia.* Capsulae *sub omnibus fere foliis. Valde simile L. Saururo sed caulis dimidio brevior ad basin usque bipartitus, et* folia *sub lente observata obsolete denticulata.* W.

* 81. LYCOPODIUM *elongatum.* †

L. foliis sparsis subdecemfariis imbricatis lanceolatis subfalcatis, caule erecto superne partito. *Swartz synop. filic.* 175.

Verlängerte Bärlappe. W.

Habitat Tarmae Peruviae. 24.

* 82. LYCOPODIUM *serratum.*

L. foliis suboctofariis lanceolatis basi attenuatis inaequaliter sinuato-dentatis cuspidatis patentissimis, caule adscendente bifido. W.

L. foliis suboctofariis lanceolatis sinuato-serratis subreflexis, caule assurgente bipartito. *Swartz synop. filic.* 175.

L. foliis quaternis lanceolatis serratis, floribus sessilibus in axillis foliorum. *Thunb. jap.* 341. *t.* 38.*

Gesägte Bärlappe. W.

Habitat in Japonia. 24.

* 83. LYCOPODIUM *lucidulum.*

L. foliis octofariis lineari-lanceolatis denticulatis acutis patenti-reflexis, caule adscendente bifido. W.

L. foliis sparsis lineari-lanceolatis patentibus serratis lucidis, caule assurgente subramoso. *Swartz synop. filic.* 176.

L. caulibus assurgentibus rariter longiuscule ramosis, foliis patentibus lucidis lineari-lanceolatis serratis, fructificationibus caulino-axillaribus. *Mich. amer.* 2. *p.* 284.

L. *(reflexum)* foliis suboctofariis lanceolatis reflexis obsolete serratis, caule erecto bipartito. *Swartz synop. filic.* 175.

Selago americana, foliis denticulatis reflexis. *Dill. musc.* 438. *t.* 56. *f.* 2.

Glänzende Bärlappe. W.

Habitat in Canada, Pensylvania, Virginia, Carolina. 4. *(v. s.)*

L. reflexum Celeb. Swartzii a L. lucidulo, ut ex specimine Michauxi, quod Clar. Richard mecum communicavit, vidi, nullo modo diversum est. W.

* 84. LYCOPODIUM *javanicum.*

L. foliis suboctofariis patentibus lanceolatis subulatis planis serrulatis basi attenuatis, caule dichotomo erecto. *Swartz synop. filic.* 175. *et* 399.*

Javanische Bärlappe. W.

Habitat in Java. 4.

Radices *filiformes simpliciusculae.* Caulis *spithamaeus assurgens, medio dichotomus, ramis bipartitis rectis fastigiatis.* Swartz l. c.

* 85. LYCOPODIUM *reflexum.* W.

L. foliis octofariis lineari-lanceolatis acuminatis subintegerrimis reflexis, caule erecto stricto dichotomo, ramis fastigiatis. W.

Zurückgebogene Bärlappe. W.

Habitat in America *meridionali.* 4. *(v. s.)*

Caulis *erectus quadripollicaris dichotomus, ramis fastigiatis.* Folia *octofariam disposita, omnia reflexa, lineari-lanceolata, margine revoluta integerrima vel denticulo setaceo uno alterove instructa.* Capsulae *ut in congeneribus axillares. Habitus L. Selaginis sed* folia *duplo fere breviora valde reflexa.* W.

* 86. LYCOPODIUM *rigidum.*

L. foliis octofariis inferioribus reflexis, superioribus patentissimis lineari-lanceolatis acuminatis serrulatis, caule dichotomo erecto striato, ramis fastigiatis. W.

L. foliis sparsis sex- s. octofariis lineari-lanceo-

latis reflexis inferioribus squarrosis, caule dichotomo. *Swartz synop. filic* 176.

L. *(squarrosum)* foliis sparsis octofariis undique reflexis, inferioribus squarrosis rigidis, caule dichotomo fastigiato, fructificationibus sparsis. *Swartz prod.* 137. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1571.

Selago coridis folio. *Dill. musc.* 440 *t.* 57. *f.* 4.

Muscus squamosus maximus coridis foliis reflexis. *Plum. sp.* 16. *fil.* 144. *t.* 166. *f. A.*

Steife Bärlappe. W.

Habitat in insulis Caribaeis Antillis*que*. 24.

* 87. LYCOPODIUM *bifidum.*

L. foliis octofariis inferioribus reflexis, superioribus patentissimis lineari-lanceolatis acuminatis spinuloso-serrulatis, caule dichotomo adscendente, ramis laxis elongatis fastigiatis. W.

Lycopodium bifidum. *Humboldt et Bonpland.*

Zweytheilige Bärlappe. W.

Habitat in America *meridionali.* 24. *(v. s.)*

Caulis *pedalis sesquipedalisque dichotomus seu potius bis bifidus, rarius ter bifidus, teres undique foliis obsitus, adscendens,* ramis *laxis debilibus elongatis.* Folia *lineari-lanceolata acuminata spinuloso-serrulata viridia, inferiora reflexa, superiora patentia. Valde affine L. rigido sed* caule *laxo* foliis*que parum longioribus diversum.* W.

* 88. LYCOPODIUM *acerosum.*

L. foliis quadrifariis lineari-capillaceis integerrimis imbricato-patulis, caule dichotomo inaequali laxo. W.

L. foliis imbricato-subverticillatis lineari-capillaceis, caule dichotomo, fructificationibus sparsis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1575.*

L. *(setaceum)* foliis sparsis lineari-setaceis, caule dichotomo flaccido. capsulis sparsis ovalibus. *Lam encycl.* 3. *p.* 625.

Lycopodium verticillatum. *Swartz synop. filic.* 175. *excluso synonymo Linnaei.*

Selago foliis camphoratae. *Dill. musc.* 439. *t.* 56. *f.* 3.
Muscus squamosus maximus coridis folio, viticulis longioribus. *Plum. fil.* 144. *t.* 166. *f. B.*
Fichtenblättrige Bärlappe. W.
Habitat in insula Borboniae *inque* India *occidentali.* 24. *(v. s.)*
Valde diversum a L. verticillato. W.

* 89. LYCOPODIUM *hypnoides.*
L. foliis confertis lineari-lanceolatis recurvatis secundis, caule ramoso repente, capsulis axillaribus in apice ramorum. W.
Lycopodium hypnoides. *Bory de St. Vincent.*
Moosartige Bärlappe. W.
Habitat in altissimis montibus insulae Borboniae. 24. *(v. s.)*
Species valde singulis, habitu Hypni adunci. Caulis *repens ramosus ramis simplicibus.* Folia *admodum parva lineari-lanceolata recurvata secunda integerrima.* Capsulae *in foliorum axillis ad ramorum extremitatem.* W.

* 90. LYCOPODIUM *scorpioides.*
L. foliis confertis lineari-lanceolatis secundis, caule ramoso vago repente, capsulis axillaribus in apice ramorum.
Lycopodium scorpioides. *Bory de St. Vincent.*
Waldmoosartige Bärlappe. W.
Habitat in montibus altissimis insulae Borboniae. 24. *(v. s.)*
Habitu et more crescendi exacte Hypni scorpioidis. Caulis *repens vagus ramosus.* Folia *valde parva lineari-lanceolata subincurvata secunda.* Capsulae *axillares in apice caulis. Simillimum praecedenti sed caulis minus repens, rami longiores adscendentes, et folia non uncinata. Absque fructificatione cum praecedenti Hypnum esse videtur.* W.

* 91. LYCOPODIUM *filiforme.*
L. foliis sparsis quadrifariis lineari-subulatis ad-

pressis, caule filiformi dichotomo divaricato. *Swartz synop. filic.* 174. *et* 398. *t.* 4 *f.* 3.*
Fadenförmige Bärlappe. W.
Habitat in insulis Sandwichii, *maris pacifici.* 24.

Caulis *filiformis crassitie fili mediocris ramoso-divaricatus longissimus repetito-dichotomus, ramis bifariis patentissimis, terminalibus sensim brevioribus, tectis* foliis *quadrifariis subimbricato-adpressis, lanceolato-linearibus subulatis, supra concavis, subtus carinatis, margine integerrimis glabris.* Swartz l. c.

* 92. LYCOPODIUM *tenue.*

L. foliis sparsis quadrifariis ovato-lanceolatis imbricato-patulis, caule laxo filiformi fasciculato-dichotomo. W.
Lycopodium tenue. *Humboldt et Bonpland.*
Dünne Bärlappe. W.
Habitat in America *meridionali.* 24. *(v. s.)*

Caulis *pedalis filiformis tenuis laxus superne fasciculato-dichotomus, ramis inaequalibus confertis laxis.* Folia *minuta quadrifariam imbricata patula ovato-lanceolata integerrima carinata pallide viridia.* Capsulae *orbiculatae foliis parum minores.* Tenuitate *valde simile praecedenti, sed* rami *non divaricati et* foliorum *forma diversa.* W.

* 1937. DUFOUREA.

Dufourea. Bory St. Vincent in litt.

Capsulae subrotundae sessiles uniloculares trivalves polyspermae.

* 1. DUFOUREA *trifaria.*

Dufourea trifaria. *Bory de St. Vincent in litt.*
Dreizeilige Dufourea. W.
Habitat in aquis insulae Mauritii *raro.* 24. *(v. s.)*

Vegetabile facie Fontinalis squamosae sub aquis natans, et quasi medium inter Mus-

cos et Lycopodia tenens, pedale ramosum, ramis alternis. Folia *lanceolata obtusa trifaria.* Fructificationem *observavit Illust. Bory de St. Vincent.* W.

* 1938. TMESIPTERIS.

Bernhardi in Schrad. Journal. 1800. *p.* 131.

Capsulae didymae biloculares, loculis semibivalvibus.

* 1. TMESIPTERIS *tannensis.*

Tmesipteris tannensis. *Berhardi in Schrad. Journal.* 1800. 2. *p.* 131. *t.* 2. *f.* 5.* *Swartz synop. filic.* 187. *Billard Nov. Holl.* 2. *p.* 105. *t.* 252.

Lycopodium *(tannense)* foliis sparsis oblongis integris acuminatis, capsulis bilocularibus sessilibus axillaribus. *Sprengel in Schrad. Journal* 1799. 2. *p.* 267.

Tannasche Vögellappe. W.

Habitat in insula Tanna, *inque* Nova Hollandia *ad* Caput Van Diemen. 4. *(v. s.)*

Caulis *simplex adscendens.* Folia *sparsa oblonga falcata acuta vel mucronata integerrima plana disticha adnato-sessilia.* Folia *floralia geminata, caulina simplicia.* Capsulae *sessiles in foliorum superiorum axillis. Specimina Novae Hollandiae atque insulae Tannae comparavi, et unam eandemque plantam esse observavi, licet icon Celeb. Bernhardi ab illa Clariss. Billardieri differre videatur.* W.

* 1939. BERNHARDIA. W.

Willd. Act. Acad. Erford. 1802. *p.* 11.

Capsulae tricoccae triloculares, loculis superne dehiscentibus semibivalvibus.

1. BERNHARDIA *dichotoma.* W.

B. caule dichotomo, ramisque triquetris. W.

Bernhardia dichotoma. *Willd. Act. Acad. Erford.* 1802. *p.* 12.
Hoffmannia aphylla. *Willd. in Roem. et Usteri bot. Mag.* 6. *p.* 17.
Psilotum *(triquetrum)* ramis undique triquetris. *Swartz synop. filic.* 187.
Psilotum *(floridanum)* frondis furcationibus ultimis breviusculis, sporangiis stipitulatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 281.
Lycopodium *(nudum)* foliis alternis, spicis terminalibus, floribus distantibus. *Sp. pl.* 1564. *Bory itin.* 1. *p.* 211. 283.
Lycopodioides frutescens, spicis laxis nudis. *Dill. musc.* 468. *t.* 64. *f.* 4.
Muscus frutescens fructu tricapsulari. *Plum. fil.* 145. *t.* 170. *f. AA.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 111.
Gabelästige Bernhardie. W.
Habitat in Florida, Bahama, Jamaica, Martinica, America *meridionali, inque insulis* Mauritii *et* Borboniae. 24. *(v. s.)*

Specimina e Florida et insulis Bahamensibus ab iis ex insula Mauritii nullo modo differunt. Bracteae *binae ad basin capsulae.* Capsulae *plus minusve basi attenuatae nullos characteres certos mihi dederunt et reliquae partes sunt conformes.* W.

* 2. BERNHARDIA *complanata.* W.

B. caule dichotomo basi tereti-triquetro, ramis dilatato-ancipitibus planis. W.
Psilotum *(complanatum)* ramis ancipiti-planis. *Swartz synop. filic.* 188. *et* 414. *t.* 4. *f.* 5.*
Flachästige Bernhardie. W.
Habitat in Jamaicae *arboribus parasitica.* 24. *(v. s.)*

1940. OPHIOGLOSSUM.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1621.

Capsulae nudae in spicam articulatam disticham connatae uniloculares transverse dehiscentes bivalves.

1. OPHIOGLOSSUM *vulgatum.*

O. spica caulina, fronde ovata obtusa, arcte reticulata. W.

O. fronde ovata. *Sp. pl.* 1518. *Fl. suec.* 839; 932. *Dalib. paris.* 309. *Scop. carn. n.* 1256. *Pollich. pal. n.* 953. *Weiss. crypt.* 283. *Fl. dan. t.* 147. *Blackw. t.* 416. *Swartz synop. filic.* 169. *Hoffm. germ. II.* 14. *Roth. germ. I.* 443. *III.* 36.

O. fronde ovali, scapo elongato, spica longolineari. *Mich. amer.* 2. *p.* 275.

O. folio unico ovato-lanceolato obtuso. *Hall. helv. n.* 1685.

O. folio ovato spica disticha. *Hort. cliff.* 472.

O. vulgatum. *Bauh. pin.* 354. *Plum. fil. XXXVI. t. B. f.* 5. *Moris. hist.* 3. *p.* 595. *s.* 15. *t.* 5. *f.* 1.

β. O. minus subrotundo folio. *Bauh. pin.* 354. *prod.* 150.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 44.

Gemeine Natterzunge. W.

Habitat in Europae *et* Americae *borealis pratis sylvaticis.* 24. *(v. v.)*

* 2. OPHIOGLOSSUM *ovatum.*

O. spica caulina, fronde ovata acuta laxe reticulata. W.

O. fronde ovata acuta nervuris laxis. *Bory itin.* 2. *p.* 206.*

O. fronde ovali acuta reticulato-venosa. *Swartz synop. filic.* 169.

O. simplex. *Rumph. amb.* 6. *p.* 152. *t.* 68. *f.* 2.

Eyförmige Natterzunge. W.

Habitat in rupibus humidis Borboniae. 24. *(v. s.)*

Rumphii planta ab hac non est diversa.

Errore typographi in descriptione caulis tri- vel quadripedalis dicitur, in versione belgica vero 3- vel 4-pollicaris. Ceterum haec planta vix ab O. vulgato differre videtur, discrepat solummodo reticulo nervorum laxo. W.

3. OPHIOGLOSSUM *nudicaule.*

O. spica radicali, fronde ovata obtusa subpetiolata. W.

O. foliis ovatis, scapo aphyllo. *Lin. suppl.* 443.

O. fronde ovata subradicali subpetiolata, scapo distincto. *Swartz synop. filic.* 169. *et* 397. *t.* 4. *f.* 2.*

O. *(lusitanicum)* foliis ovatis, spica lanceolata. *Thunb. prod.* 171.

Nacktstengliche Natterzunge. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

A sequenti diversum fronde ovata et spica radicali. W.

4. OPHIOGLOSSUM *lusitanicum.*

O. spica caulina, fronde lanceolata. W.

O. fronde lanceolata. *Sp. pl.* 1518. *Brot. lusit.* 2. *p.* 401. *Lam. illustr. t.* 864. *f.* 3. *Swartz synop. filic.* 169.

O. angustifolium minimum. *Barr. rar.* 1280. *t.* 252. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 46.

Portugisische Natterzunge. W.

Habitat in Lusitania. 24. *(v. s.)*

Spica non est radicalis, sed caulina. W.

* 5. OPHIOGLOSSUM *gramineum.* W.

O. spica caulina, fronde lineari-lanceolata acuta. *Willd. Act. Acad. Erford.* 1802. *p.* 18. *t.* 1. *f.* 1.

Grasartige Natterzunge.

Habitat in collinis Malabariae *ad montem* St. Thomae. 24. *(v. s.)*

Frons *lineari-lanceolata acuta basi vaginata, cauli adnata fere pollicaris.* Spica *quadrilinearis caulina.* W.

* 6 OPHIOGLOSSUM *bulbosum.* †

O. spica caulina, fronde subcordato-ovata obtusa, radice bulbosa. W.

O. fronde subcordata ovali obtusa, radice globoso-bulbosa. *Swartz synop. filic.* 169.

O. pusillum, radice subgloboso-bulbosa, fronde subcordato-ovali obtusa, spica brevi mucronata. *Mich. amer. 2. p.* 276.

O. *(crotalophoroides)* frondibus subcordatis, scapo frondibus triplo longiore. *Walt. carol.* 256?

Knollige Natterzunge. W.

Habitat in sabulosis Carolinae *inferioris.* 24.

O. lusitanico paulo majus. Mich. l. c.

7. OPHIOGLOSSUM *reticulatum.*

O. spica caulina, fronde cordata acuta reticulata. W.

A. fronde bipinnata oblonga fulvo-tomentosa, pinnulis lunatis integerrimis, inferioribus obtuse pinnatifidis, stipite tomentoso. W.

A. fronde bipinnata oblonga fulvo-tomentosa, pinnulis lunatis integris, inferioribus obtuse pinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 157.*

Osmunda *(tomentosa)* scapis caulinis geminis, fronde oblonga tomentosa bipinnata, pinnis apice integris. *Lam. encycl.* 4. *p.* 609.

Filzige Anemie. W.

Habitat in Bonaria. 24.

Frons *bipollicaris.* Lam. l. c.

* 12. ANEMIA *fulva.*

A. fronde bipinnata triangulari subtomentosa, pinnulis oblongo-lanceolatis obtuse pinnatifido-serratis, spicis subverticillatis rachi stipiteque villoso. W.

A. fronde bipinnata triangulari stipiteque fulvo-tomentosa, pinnulis oblongis acutis incisis, spicis subverticillatis. *Swartz synop. filic.* 157.

Osmunda *(fulva)* petiolis spiciferis, spicis geminis compositis, folio sterili tomentoso. *Cav. ic.* 6. *p.* 70. *t.* 593. *f.* 2.

Braune Anemie. W.

Habitat in Montevideo. 24.

13. ANEMIA *adiantifolia.*

A. fronde tripinnatifida triangulari, laciniis ovato-acutis apice denticulatis, subtus rachique subpubescentibus, stipite glabro. W.

A. fronde tripinnatifida triangulari, laciniis ovato-acutis denticulatis stipiteque glabris. *Swartz synop. filic.* 157.

Osmunda *(adianthifolia)* scapis caulinis geminis, fronde supradecomposita. *Sp. pl.* 1520.

Osmunda filiculaefolia major. *Plum. fil.* 135. *t.* 158.

Osmunda adianti nigri facie. *Petiv. fil.* 167. *t.* 9. *f.* 1.

Lunaria elatior adianti albi folio, duplici spica. *Sloan. jam.* 14. *hist.* 1. *p.* 71. *Moris. hist.* 3. *p.* 595.

Adiantum saxosum floridum. *Plum. amer.* 39. *t.* 43. *Raj. suppl.* 101.

β. A. *(asplenifolia)* fronde bipinnata triangulari, pinnulis obtusis apice denticulatis, stipite subpiloso. *Swartz synop. filic.* 157.

Osmunda *(asplenifolia)* scapis caulinis geminis, fronde triangulari subhirsuta bipinnata, foliolis glabris. *Lam. encycl.* 4. *p.* 609.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 60.

Krullfarrnblättrige Anemie. W.

Habitat in India *occidentali.* 2. *(v. s.)*

†† *Scapi nudi e radice enati.*

14. ANEMIA *bipinnata.*

A. fronde bipinnatifida, pinnis lanceolatis, laniis aequalibus ovatis acutis integerrimis, spicis bipinnatis. *Swartz synop. filic.* 157.

Osmunda *(bipinnata)* scapo radicato, fronde pinnata, pinnis pinnatifidis. *Sp. pl.* 1521.

Osmunda latis crenis incisa. *Plum. fil.* 133. *t.* 155.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 61.

Doppelgefiederte Anemie. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola. 2.

* 15. ANEMIA *aurita.*

A. fronde pinnata coriacea nitida, pinnis superioribus simplicibus ovatis obtusis basi inaequaliter cuneatis denticulatis, inferioribus ternatis, spicis compositis, spicillis digitatis. W.

A. fronde subbipinnata supra lucida, pinnis trapezio-ovatis denticulatis, superioribus simplicibus, inferioribus auritis, spicis compositis, spicillis digitatis. *Swartz synop. filic.* 157.

Osmunda *(aurita)* scapis radicatis, frondibus inferne bipinnatis superne pinnatis, pinnis basi sursum auritis serratis convexis nitidis. *Swartz prod.* 127. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1578.*

Geöhrte Anemie. W.

Habitat ad latera rupium calcarearum Jamaicae *interioris.* 4. *(v. s. frond. steril.)*

16. ANEMIA *verticillata.*

A. fronde tripartito-bipinnata, pinnulis oblongis serratis, terminali lanceolata acuminata, spicis verticillatis. W.

A. fronde supradecomposita, pinnulis distinctis oblongis acutis serratis, spicis verticillatis. *Swartz synop. filic.* 158.

Osmunda *(verticillata)* scapis radicatis, racemis verticillatis, fronde supradecomposita. *Sp. pl.* 1520.

Osmunda verticillata. *Plum. fil.* 137. *t.* 160. *Petiv. fil.* 171. *t.* 12. *f.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 60.

Wirtelfrüchtige Anemie. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola. 4.

17. ANEMIA *filiculifolia.*

A. fronde tripartito-tripinnatifida, laciniis obovatis obtusis apice denticulatis, spicis bipinnatis. W.

A. fronde supradecomposita, pinnulis pinnatifidis, laciniis obtusis denticulatis, spicis bipinnatis. *Swartz synop. filic.* 158.

Osmunda *(filiculifolia)* scapo radicato paniculato, fronde supradecomposita. *Sp. pl.* 1521.
Osmunda frondibus radicatis quater alternatim pinnatis, scapo nudo, pedunculis alternis alternatim spicatis. *Hort. cliff.* 172.
Osmunda filiculae folio altera. *Plum. fil.* 138. *t.* 161.
Osmunda cicutae folio. *Petiv. fil.* 170. *t.* 9. *f.* 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 63.
Schierlingsblättrige Anemie. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola. 24.

1952. OSMUNDA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1622.

Capsulae subglobosae pedicellatae striatae semibivalves paniculatae. *Indusium* nullum.

† *Frondibus apice vel medio fructificantibus.*

1. OSMUNDA *claytoniana.* †

O. frondibus bipinnatifidis ferrugineo-tomentosis, apice coarctato-fructificantibus. W.
O. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis apice coarctato-fructificantibus. *Sp. pl.* 1521.
O. frondibus pinnatis ferrugineo-tomentosis, pinnis pinnatifidis, apice coarctato-fructificantibus. *Swartz synop. filic.* 160.
O. frondibus pinnatis ex adverso binis, foliolis oppositis integris decurrentibus, spicis seminiferis e superiore parte caulis ad modum e formam frondium binatim egressis. *Clayt.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 63.
Claytons-Traubenfarrn. W.
Habitat in Virginia. 24.

* 2. OSMUNDA *interrupta.*

O. frondibus bipinnatifidis integerrimis glabris, medio tribus paribus racemorum pinnatorum fructificantium interruptis. W.
O. frondibus pinnatis, glabris? pinnis pinnatifi-

dis intermediis aliquot fructiferis. *Swartz synop. filic.* 160.

O. majuscula, stipite glabro, frondibus pinnatis pinnis oppositis pinnatifidis, laciniis subovalibus integriusculis, pinnis aliquot intermediis fructificantibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 273.

Osmunda basilaris. *Sprengel. Anl.* 3. *p.* 160.

O. mariana dryopteris folio in medio caulis florifera. *Petiv. mus.* 86.

O. non ramosa, tarsis floriferis imo folii scapo infra foliosos adnascentibus. *Raj. suppl.* 86.

Unterbrochener Traubenfarrn. W.

Habitat in Canada, Pensylvania, Kentucky. 24. *(v. s.)*

3. OSMUNDA *regalis.*

O. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis subintegerrimis basi inferiore subauriculatis, inferioribus oppositis, panicula bipinnata fructificante in apice frondis. W.

O. frondibus bipinnatis apice racemiferis. *Sp. pl.* 1521. *Fl. dan. t.* 217. - *Blackw. t.* 324. *Hoffm. germ. II.* 15. *Roth. germ. I.* 444. *III.* 34.

O. frondibus bipinnatis, racemo supradecomposito terminatis. *Swartz synop. filic.* 160.

O. scapo paniculato polyphyllo. *Fl. suec.* 840; 933. *Dalib. paris.* 308.

O. frondibus caulinis simpliciter pinnatis, pinnis lanceolatis. *Hort. cliff.* 472.

O. regalis s. Filix florida. *Plum. fil.* 35. *t. B. f.* 4.

Filix ramosa non dentata florida. *Bauh. pin.* 357. *Moris. hist.* 3. *p.* 593. *s.* 14. *t.* 4. *f.* 1.

Filix palustris. *Dod. pempt.* 473.

β. crispa pinnulis bi- s. trifidis apice crispis. W.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 63.

Königs-Traubenfarrn. W.

Habitat in Europae *borealis sylvis humidiusculis.* 24. *(v. v.)*

Varietas β. est sterilis. W.

* 4. OSMUNDA *spectabilis.* W.

O. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis argute serrulatis basi cuneatis omnibus alternis, panicula bipinnata fructificante in apice frondis. W.

Osmunga regalis β. *Sp. pl.* 1521.

O. *(regalis)* magna glabra, fronde bipinnata, pinnulis distinctissimis oblongis subserrulatis, stipite summo composite racemifero. *Mich. amer.* 2. *p.* 273.

Filix florida s. Osmunda regalis foliis alternis, surculis seminiferis. *Gron. virg.* 123.

Filix non dentata florida, foliis alternis et in summo caule seminibus occultatis. *Pluk. alm.* 156. *t.* 181. *f.* 4.

Filix botrytes s. floridana major virginiana, pinnulis dentatis alternatim positis. *Moris. hist.* 3. *p.* 593.

Ansehnlicher Traubenfarrn. W.

Habitat in Canada, Pensylvania, Virginia. 24. *(v. s.)*

Simillima praecedenti sed species distinctissima. W.

†† *Frondibus fructificantibus a sterilibus distinctis.*

5. OSMUNDA *cinnamomea.*

O. frondibus sterilibus bipinnatifidis, laciniis ovato-oblongis obtusis integerrimis, stipite lanato, fructificantibus bipinnatis lanuginosis. W.

O. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, scapis hirsutis, racemis oppositis compositis. *Sp. pl.* 1522.

O. frondibus bipinnatifidis, sterilium laciniis pinnularum oblongis, fructiferis lanuginosis, racemis compositis. *Swartz synop. filic.* 160.

O. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis elongatis pinnatifidis, laciniis subovalibus integrius-

culis, frondibus fertilibus opposite racemiferis. *Mich. amer.* 2. *p.* 273.

Filix florida major virginiana per totam caulis longitudinem florescens. *Moris. hist.* 3. *p.* 593. *s.* 14. *t.* 4. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 68.

Zimmetfarbener Traubenfarrn. W.

Habitat in Nova Anglia, Pensylvania, Virginia, Carolina, Florida. 24. *(v. s.)*

* 6. OSMUNDA *japonica.*

O. frondibus sterilibus bipinnatis, pinnulis cordato-lanceolatis serratis, fructificantibus tripinnatis. *Swartz synop. filic.* 161.

O. fronde bipinnata, pinnis cordato-lanceolatis serratis. *Thunb. jap.* 330.

Dsjammai, Phyllitis foliis ramosis. *Kaempf. amoen.* 891.

Japanischer Traubenfarrn. W.

Habitat in Japonia. 24.

* 7. OSMUNDA *lancea.*

O. frondibus sterilibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis serratis; fructiferis supradecomposito-ternatis. *Swartz synop. filic.* 161.

O. fronde bipinnata, pinnis lanceolatis serratis. *Thunb. jap.* 330.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 62. *t.* 95. *f.* 1.

Lanzettblättriger Traubenfarrn. W.

Habitat in Japonia. 24.

F I L I C E S.

1953. POLYBOTRYA.

Polybotrya. Humboldt et Bonpland.

Capsulae sessiles globosae in spicis nudis paniculatis aggregatae. *Indusium* nullum.

* 1. POLYBOTRYA *osmundacea.*

Polybotrya osmundacea. *Humboldt et Bonpland.*

Traubenfarrnähnlicher Rispenfarrn. W.
Habitat in America *meridionali prope* Caripe.
24. *(v. s.)*

Frons sterilis *bipinnata, pinnis pinnulisque alternis.* Pinnulae *oblongo-lanceolatae acutae basi superiore cultratae profunde serratae, serraturis obtusis, inferioribus valde profundis.* Frons fructificans *triplicato-pinnata capsulisque spicatis annulatis composita, facie apicis fructificantis frondis Osmundae regalis, sed ab Osmundis annulo capsulae abunde diversa.* W.

1954. ACROSTICHUM.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1625.

Capsulae sparsae discum totum inferiorem frondis vel ejus partem occupantes. *Indusium* nullum.

† *Fronde simplici indivisa.*

* 1. ACROSTICHUM *nummularifolium.*

A. frondibus subrotundis subcordatis obtusis subtus cano-tomentosis, fructiferis obovatis, caudice filiformi squamoso repente. W.

A. frondibus subsessilibus cordato-subrotundis subtus tomentosis, fructiferis obovatis, surculo repente radicante. *Swartz synop. filic.* 419. *et* 191. *t.* 2. *f.* 1.*

Rundblättriger Staubfarrn. W.
Habitat in Java. 24.

* 2. ACROSTICHUM *simplex.*

A. frondibus lanceolatis utrinque attenuatis glabris, fertilibus lineari-lanceolatis, stipitibus brevissimis nudis. W.

A. frondibus integris, sterilibns lanceolatis acuminatis, fertilibus lineari-lanceolatis. *Swartz synop. filic.* 10.

A. frondibus integris glabris, sterilibus lanceolatis acutis, stipitibus brevissimis glabris, fer-

tilibus lineari-lanceolatis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1587.*
Einfacher Staubfarrn. W.
Habitat in montibus altis Jamaicae *truncis muscosis innascens.* 24.

* 3. ACROSTICHUM *fimbriatum.* †
A. frondibus lanceolatis fimbriatis, stipitibus setosis. *Cav. annal. de hist. nat.* 1. *p.* 102. *Swartz synop. filic.* 11.
Gesäumter Staubfarrn. W.
Habitat in regni Quitensis *umbrosis montosis.* 24.

* 4. ACROSTICHUM *tomentosum.*
A. frondibus oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis squamoso-tomentosis, fertilibus lineari-lanceolatis. W.
Acrostichum tomentosum. *Bory de St. Vincent in litt.*
Filziger Staubfarrn. W.
Habitat in insula Borboniae. 24. *(v. s.)*
Stipes *pollicaris vel sesquipollicaris squamis pilisque tenuibus obtectus.* Frondes *steriles sexpollicares oblongo-lanceolatae basi apiceque attenuatae utrinque pilis tenuissimis intertextis squamis tomentosae molles.* Frondes *fructificantes lineari-lanceolatae.* W.

* 5. ACROSTICHUM *squamatum.*
A. frondibus lanceolatis obtusis basi attenuatis utrinque squamosis, squamis ciliatis, stipite squamoso frondibus breviore. W.
A. *(squamosum)* foliis oblongis petiolatis fructiferis brevioribus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 580.
Schuppiger Staubfarrn. W.
Habitat in rupibus Obragillo Peruviae. 24. *(v. s.)*
Filix *minuta.* Radix *nigra fibrosa.* Frondes *simplices lanceolatae pollicares vel sesquipollicares obtusae basi angustatae, utrinque dense squamis fuscis membranaceis ciliatis tectae, fructificantes minores.* Stipes *fronde brevior squa-*

mis ut frons tectus. Affine sequenti sed longitudine *stipitis et* frondibus *minoribus abunde diversum.* W.

* 6. ACROSTICHUM *lepidotum.* W.

A. frondibus lineari-lanceolatis basi apiceque attenuatis utrinque squamosis, squamis ciliatis, fructificantibus lanceolatis obtusis, stipite frondibus longiore squamoso. W.

A. *(plicatum)* foliis sublinearibus ferrugineo-squamosis petiolo brevioribus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 579.

A. *(squamosum)* frondibus lineari-lanceolatis utrinque stipitibusque paleaceo-squamosis, paleis ciliatis. *Swartz synop. filic.* 10. *et* 195?

Blattriger Staubfarrn. W.

Habitat in Peru *prope* Obragillo. 24. *(v. s.)*

Radix *horizontalis fusca fibrosa.* Frondes *steriles lineari-lanceolatae quinquepollicares utrinque attenuatae apice obtusiusculae utrinque dense squamis ovato-lanceolatis ferrugineis ciliatis obsitae, ita ut costa media tota sit obtecta et nullo modo visibilis.* Frondes *fructificantes tripollicares lanceolatae basi attenuatae apice obtusae utrinque, ut in sterili, squamis obtectae.* Stipes *fronde longior squamis tectus. Figura Plumieri tab.* 139. *huic simillima est frondes glabrae margine ciliatae in hac vero, nec radix horizontalis.* W.

* 7. ACROSTICHUM *tectum.*

A. frondibus linearibus basi apiceque attenuatis, utrinque squamosis, squamis ciliatis, costa media supra canaliculata, stipite frondibus longiore squamoso. W.

Acrostichum tectum. *Humboldt et Bonpland.*

Bedeckter Staubfarrn. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 24. *(v. s.)*

Vidi tantum frondem fructificantem. Frons *semipedalis linearis utrinque attenuata supra et*

infra squamis irregularibus subrotundis albis diaphanis ciliatis arcte adpressis obsita. Costa media *nuda supra profunde canaliculata.* Stipes *fronde longior squamis tectus.* Squamae *stipitis superiores albae ut in fronde, inferiores fuscae albo-marginatae. Differt a praecedenti cui simillimum:* fronde *fructificante multo majore lineari*, costa media *nuda canaliculata*, squamis*que irregularibus subrotundis albo-diaphanis.* W.

* 8. ACROSTICHUM *viscosum.*

A. frondibus lineari-lanceolatis acuminatis utrinque glabris, stipitibus costaque squamuloso-viscidis, fertilibus linearibus margine squamuloso-hirtis. W.

A. frondibus integris, sterilibus lineari-lanceolatis, stipitibus elongatis costaque squamuloso-viscidis, fertilibus linearibus subtus villosis. *Swartz synop. filic.* 10. *et* 193.*

A. (petiolatum) frondibus integris glabris, sterilibus lineari-lanceolatis, stipitibus elongatis costaque squamulosis fertilibus linearibus. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1588.*

Klebriger Staubfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *montibus altis.* 2.

* 9. ACROSTICHUM *pilosum.*

A. frondibus lineari-lanceolatis acutis basi attenuatis utrinque villosis. W.

Acrostichum pilosum. *Humboldt et Bonpland.*

Haariger Staubfarrn. W.

Habitat in Americae *meridionalis montibus* Tumiriquiri. 2. *(v. s.)*

Frondem *tantam fructificantem vidi.* Frons *tripollicaris lineari-lanceolata acuta, basi attenuata, pilis copiosis rufescentibus obsita.* Stipes *longitudine frondis pilis raris tectus.* W.

* 10. ACROSTICHUM *villosum.*

A. frondibus oblongo-lanceolatis acuminatis repandis utrinque villosis. W.

A. frondibus lato-lanceolatis subcrenulatis utrinque villosis. *Swartz synop. filic* 10. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1588. *Lamarck illust. gen. t.* 865. *f.* 4.
Lingua cervina villosa minor. *Plum. fil.* 110. *t.* 127. *f. D.*
Zottiger Staubfarrn. W.
Habitat in sylvis humidis Jamaicae, Hispaniolae. 24. *(v. s)*

* 11. ACROSTICHUM *hirtum.*
A. frondibus oblongo-lanceolatis utrinque acuminatis supra stipitibusque paleaceo-hirtis, margine crenulato-punctato, fertilibus ovato-lanceolatis. *Swartz synop. filic.* 419.* 194.*
Rauher Staubfarrn. W.
Habitat in Madera? 24.
Distinctum inter proxime affinia magnitudine insigni et frondibus margine subundulatis crenulatisque. Swartz l. c.

* 12. ACROSTICHUM *muscosum.*
A. frondibus oblongis obtusis supra glabris subtus stipiteque squamosis, squamis lanceolatis ciliatis, fertilibus lineari-lanceolatis supra margineque squamosis. W.
A. frondibus squamosis, sterilibus ovato-lanceolatis obtusis, fertilibus lineari-lanceolatis. *Swartz synop. filic.* 10. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1591.*
Moosiger Staubfarrn. W.
Habitat in Jamaicae *montibus altissimis ad truncos vetustos.* 24. *(v. s. frond. steril.)*

* 13. ACROSTICHUM *splendens.*
A. frondibus lanceolatis utrinque acutis stipiteque squamosis, squamis patulis ciliato-dentatis. W.
Acrostichum splendens. *Bory de St. Vincent.*
Glänzender Staubfarrn. W.
Habitat in insulae Borboniae *arborum truncis.* 24. *(v. s.)*

Frondes *lanceolatae basi apiceque acutae quinquepollicares utrinque squamis brunneis lanceolatis ciliato-dentatis patulis undique obtectae; fructificantes ejusdem formae.* Stipites *longitudine fere frondis, etiam densissime squamis patentibus obsiti. Affine sequenti.* W.

* 14. ACROSTICHUM *undulatum.* W. †

A. frondibus oblongis subrepando-undulatis utrinque stipiteque villosis, sterilibus emarginatis, fertilibus acutis. W.

Lingua cervina villosa major et rufescens. *Plum. fil.* 110. *t.* 126.

Wellenförmiger Staubfarrn. W.

Habitat in Martinicae *arborum truncis.* 4.

* 15. ACROSTICHUM *latifolium.*

A. frondibus oblongo-lanceolatis marginatis basi apiceque attenuatis utrinque glabris, fertilibus ovato-lanceolatis, stipitibus glabris. W.

A. frondibus marginatis integris, sterilibus lato-lanceolatis, fertilibus ovato-lanceolatis. *Swartz synop. filic.* 9. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1589.*

A. acaule folio oblongo integro, superne nitido, petiolato. *Brown jam.* 104.

Breitblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in truncis vetustis et rupibus Jamaicae. 4.

* 16. ACROSTICHUM *longifolium.*

A. frondibus oblongo-lanceolatis marginatis basi apiceque attenuatis utrinque glabris, stipitibus frondis fertilis lanceolatae apice spiraliter tortae paleaceis, W.

A. frondibus lineari-lanceolatis acutis integerrimis, sterilibus erectis, fertilibus spiraliter revolutis. *Jacq. collect.* 2. *p.* 105.* *Swartz synop. filic.* 9.

Lingua cervina rigida et glabra. *Plum. fil.* 118. *t.* 135.

Langblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in Martinicae *arboribus.* 4.

* 17. ACROSTICHUM *cuspidatum.* W. †

A. frondibus lineari-oblongis elongato-cuspidatis, supra glabris subtus squamosis, stipite subtetragono squamoso. W.

Zugespitzter Staubfarrn. W.

Habitat ad Caracas. 4. *Bredemeyer. (v. s. frond. steril.)*

Frondes *pedales et parum longiores, duos pollices latae lineari-oblongae basi parum angustatae, apice rotundatae et demum in acumen pollicare vel sesquipollicare lineare acutum attenuatae, supra glaberrimae, subtus squamosae.* Squamae *duplici generis aliae membranaceae arctae adpressae albidae subrotundae ciliatae, aliae parum majores saturatae fuscae subrotundae albido-marginatae ciliatae, quae superficiem inferiorem et costam mediam punctis nigricantibus adornant.* Stipes *bi- seu tripollicaris squamis arcte adpressis obductus subtetragonus canaliculatus.* Fructificationem *hujus satis distincti filicis non vidi est tantum ex sententia cel. Bredemeyeri Acrostichis associavi.* W.

* 18. ACROSTICHUM *spathulatum.*

A. frondibus oblongis basi angustatis apice obtusis utrinque stipiteque villosis, fertilibus subrotundo-obovatis emarginatis stipite triplo brevioribus. W.

A. hirsutum, frondibus spathulatis, fructiferis longe petiolatis rotundioribus apice emarginatis. *Bory itin.* 1. *p.* 363. *t.* 20. *f.* 1.*

A. frondibus oblongis obtusis stipiteque rigido-pilosis, fertilibus longius stipitatis spathulatis apice emarginatis. *Swartz synop. filic.* 10.

Spathelförmiger Staubfarrn. W.

Habitat in rupibus torrentum insulae Borboniae. 4.

Frondes *steriles sesquipollicares oblongae basi angustatae apice obtusae utrinque ut sti-*

pites pollicares pilis rigidis obsitae; fertiles *semipollicares vel parum majores subrotundo-obovatae emarginatae stipite bipollicari et longiore suffultae.* W.

* 19. ACROSTICHUM *hybridum.*

A. frondibus oblongis margine costa stipiteque scariosis, fertilibus oblongis glabris, stipitibus fronde longioribus. W.

A. frondibus sterilibus ovato-oblongis marginibus nervurisque crinitis, omnibus longissime pedunculatis. *Bory itin. 3. p. 95.**

A. frondibus sterilibus ovato-oblongis lineariqueque lanceolatis margine nervisque crinitis, fertilibus minoribus glabris, stipitibus longissimis squamosis. *Swartz synop. filic.* 11.

Bastard-Staubfarrn. W.

Habitat in rupibus insulae Borboniae. 4. *(v. s.)*

Radix *squamosa fissuris rupium immersa.* Frondes *steriles ovatae acutae vel oblongae vel lineari-lanceolatae tri- seu decempollicares.* Stipes *fronde multo longior gracilis squamis raris fuscis interdum lineam longis, ut costa media et margo frondis, obsitus, quae squamae aetate penitus fere evanescunt.* Frondes *fructificantes multo breviores et minores etiam forma variae, glabrae, sed earum stipes est scariosus.* Bory l. c.

* 20. ACROSTICHUM *conforme.*

A. frondibus oblongis utrinque acutis glabris, fertilibus longioribus. W.

A. frondibus immarginatis integris ovato-lanceolatis, fertilibus conformibus, surculo radicante scarioso-squamoso. *Swartz synop. filic.* 10. *et* 192. *t.* 1. *f.* 1.*

Gleichblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in insula St. Helena *et ad* Cap. b. spei. 4.

* 21. ACROSTICHUM *obtusifolium.* W. †

A. frondibus ovato-oblongis basi attenuatis apice rotundato-obtusis utrinque glabris. W.

Polypodium indicum Scolopendriae facie tertium. *Breyn. cent.* 191. *t.* 98. *f. intermedia.*
Stumpfblättriger Staubfarrn. W.
Habitat in India *orientali.* 4. *(v. s. frond. steril.)*

Caudex *crassitie fili emporetici repens.* Frondes *tri- seu quadripollicares ovato-oblongae utrinque glabrae basi attenuatae, apice rotundatae obtusae, venosae, venulis punctulo terminatis.* Stipites *glabri sesquipollicares.* Fructificationem *non vidi, sed ex habitu Acrostichis adnumeravi. Figura et descriptio Breynii optima.* W.

22. ACROSTICHUM *citrifolium.*

A. frondibus ovato-oblongis utrinque acuminatis reticulatis glabris subsessilibus, caudice radicante. W.
A. frondibus lanceolato-acutis integerrimis, surculo scandente. *Sp. pl.* 1513. *Amoen. acad.* 1. *p.* 269.
A. frondibus lanceolato-ovatis integris venosis subsessilibus, surculo radicante. *Swartz synop. filic.* 9.
Hemionitis *(parasitica)* frondibus ovatis acuminatis, surculis paleaceis repentibus. *Sp. pl.* 1535.
Hemionitis parasitica repens, foliis ovato-acuminatis. *Brown jam.* 95.
Lingua cervina scandens citri foliis minor. *Plum. fil.* 101. *t.* 116.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 75. 127.
Citronenblättriger Staubfarrn. W.
Habitat in Martinicae *arborum truncis.* 4.

23. ACROSTICHUM *crinitum.* †

A. frondibus ellipticis utrinque obtusis hirsutis margine villoso-ciliatis, stipite villoso. W.
A. frondibus ovatis obtusis hirsutis supra crinitis. *Sp. pl.* 1513.

A. frondibus lato-ovatis obtusis hirsutis supra crinitis. *Swartz synop. filic.* 11.

Lingua cervina villosa amplis foliis subrotundis. *Plum. fil.* 109. *t.* 125.

Phyllitis crinita latissimo folio. *Petiv. fil.* 145. *t.* 13. *f.* 14.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 77.

Gefranzter Staubfarrn. W.

Habitat in Martinicae *arborum truncis.* 24.

* 24. ACROSTICHUM *reptans.*

A. frondibus ovatis acutis ciliatis, fertilibus linearibus brevissime stipitatis, caudice radicante. W.

A. caulescens foliis sterilibus ovato-acutis ciliatis, fructiferis linearibus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 581.*

A. frondibus ovato-acutis ciliatis, fertilibus linearibus, stipitibus brevissimis, surculo filiformi reptante. *Swartz synop. filic.* 11.

Kriechender Staubfarrn. W.

Habitat in Americae *meridionalis arboribus ad* Guayaquil. 24.

* 25. ACROSTICHUM *axillare.*

A. frondibus oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis glabris, fertilibus linearibus stipitatis, caudice ramoso radicante. W.

A. caulescens, foliis sterilibus lanceolatis, fructiferis linearibus, ad sterilia subaxillaribus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 582.*

A. caulescens subquinquepedale, frondibus sterilibus lanceolatis, fertilibus linearibus stipitatis ad steriles subaxillaribus. *Swartz synop. filic.* 11.

Winkel-Staubfarrn. W.

Habitat in Philippinis. 24. *(v. s.)*

Caudex *ramosus subquinquepedalis arboribus adhaerens filiformis glaber radicans.* Frondes *steriles tri- vel quinquepollicares, pollicem vel sesquipollicem latae oblongo-lanceolatae*

utrinque attenuatae integerrimae glabrae stipitatae. Frondes fructificantes *angustissimae lineares tri- s. quinquepollicares stipitatae, vel sterilibus in caudice oppositae, vel e basi stipitis frondium sterilium proveniens.* Stipites *glabri, frondium sterilium vix semipollicares, fertilium pollicares, plerumque basi incrassati.* W.

†† *Fronde simplici divisa.*

* 26 ACROSTICHUM *peltatum.*

A. frondibus sterilibus dichotomo-partitis, laciniis linearibus radiatim patentibus, fertilibus indivisis reniformibus crenulatis.

A. frondibus sterilibus apice dichotomo-radiatis, laciniis linearibus, fertilibus reniformibus crenulatis. *Swartz synop. filic.* 11. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1593.*

Osmunda *(peltata)* surculo repente, fructificationibus peltatis distinctis subrotundo-dimidiatis integris, frondibus dichotomis laciniis linearibus. *Swartz prod.* 127.

Lichen digitatus Geranii facie. *Plum. fil.* 141. *t.* 50. *f. A. Schkuhr. crypt.* 1. *t.* 12.

Schildförmiger Staubfarrn. W.

Habitat in Jamaica Hispaniola *ad arborum truncos.* 4. *(v. s.)*

* 27. ACROSTICHUM *flabellatum.*

A. frondibus sterilibus bipartitis, laciniis cuneiformibus bifidis apice dentatis, fertilibus subrotundis. W.

Acrostichum flabellatum. *Humboldt et Bonpland.*

Fächerblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in America *meridionali.* 4. *(v. s.)*

Radix *repens filiformis paleis lanceolatis integerrimis sparsis obsita.* Frondes *steriles stipitatae trilineares ad basin usque bipartitae, laciniis cuneiformibus bifidis integerrimis apice truncatis obtuse dentatis; fructificantes imper-*

fectas vidi, videntur subrotundae. Stipes *fronde parum brevior paleaceus.* W.

* 28. ACROSTICHUM *biforme.*

A. fronde sterili solitaria ovata grosse dentata sessili, fertilibus numerosis pendulis pinnatifidis, laciniis alternis linearibus bifidis, infima reniformi-subrotunda fructificante. W.

A. frondibus lineari-dichotomis pendulis, laciniis sterilibus linearibus, fertilibus reniformibus integris, primordiali magna erecta oblonga sublobata. *Swartz synop. filic.* 12.

Osmunda coronaria. *Müller im Naturforscher St.* 21. *p.* 107. *t.* 3.*

Zweygestaltiger Staubfarrn. W.

Habitat in Indiae *orientalis arborum ramis.* 4.

* 29. ACROSTICHUM *alcicorne.*

A. frondibus sterilibus reniformibus sublobatis integerrimis sessilibus, fertilibus erectis palmato-dichotomis basi cuneatis, superne inter lacinias lanceolatas fructificantibus. W.

A. frondibus palmatis erectis, laciniis dichotomis lanceolatis obtusis versus apices fructiferis, primordialibus lobatis venosis. *Swartz synop. filic.* 12. *et* 196.*

A. *(Stemaria)* fronde radicali sterili, divisionibus rotundis laevibus nitidis nervosis sessilibus imbricatis, plurimis in orbem dispositis, marginibus lobatis, emittente frondem fertilem rectam furcatam, margine interiori fructiferam, subtus lanuginosam. *Beauvois fl. Ovare et Benin p.* 2. *t.* 2.*

A. *(bifurcatum)* acaule, foliis exterioribus sessilibus amplis laciniatis sterilibus, centralibus petiolatis angustis, apice bifurcatis fructiferis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 587.

Neuroplatyceros aethiopicus nervosis foliis cornu cervinum referentibus. *Pluck amalth.* 151. *t.* 429. *f.* 2. *Schkuhr. cryp.* 1. *t.* 2.

Elennhornförmiger Staubfarrn. W.
Habitat in arborum truncis et ramis Guineae, Ovariae, Madagascariae, Javae, Novae Hollandiae. 24.

††† *Fronde ternata.*

* 30. ACROSTICHUM *quercifolium.*

A. frondibus ternatis, foliolo intermedio sinuato lateralibus subtrilobis, fertilibus ternatis foliolis linearibus subrepandis. W.

A. frondibus distinctis ternatis, sterilium foliolis terminalibus ovatis incisis, lateralibus trilobis, fructificantium linearibus subrepandis. *Swartz synop. filic.* 12. *Schkuhr. crypt.* 2. *t.* 3.

A. frondibus ternatis, sterili folio terminali ovato inciso, lateralibus trilobis, fructificante lineari. *Retz. obs.* 6. *p.* 39. *Vahl. symb.* 3. *p.* 103.

Osmunda *(trifida)* scapis radicatis, fronde ternata. *Jacq. collect.* 3. *p.* 281. *t.* 20. *f.* 3.

Ophioglossum zeylanicum. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 47. *t.* 94. *f.* 1.

Eichenblättriger Staubfarrn. W.
Habitat in Zeylonae *arboribus.* 24. *(v. s.)*

* 31. ACROSTICHUM *auritum.*

A. frondibus ternatis foliolis pinnatifidis, fertilibus ternatis, foliolis bipinnatis linearibus integerrimis. W.

A. frondibus distinctis ternatis, sterilium foliolis pinnatifidis medio majori, lateralium laciniis baseos deorsum elongatis, fructificantium bipinnatis linearibus. *Swartz synop. filic.* 13. *et* 198.*

Filix florida. *Rumph. amb.* 6. *p.* 78. *t.* 35. *f.* 1.

Geöhrter Staubfarrn. W.
Habitat in Java *et* Amboina *ad fluviorum ripas.* 24.

†††† *Fronde pinnatifida.*

* 32. ACROSTICHUM *serrulatum.* W. †

A. frondibus pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis, sterilium serrulatis, fertilium integerrimis. W.

Polypodium fuscum tenuissimis denticulis serratum. *Plum. fil.* 63. *t.* 81.

Feingesägter Staubfarrn. W.

Habitat in Hispaniolae *sylvis.* 24.

* 33. ACROSTICHUM *lepidopteris.*

A. frondibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis subrepandis, superioribus basi sursum auriculatis, subtus stipiteque pilosis. W.

Acrostichum lepidopteris. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 2.

Catharinen-Staubfarrn. W.

Habitat in insula Catharinae Brasiliae. 24.

* 34. ACROSTICHUM *brunneum.* W.

A. frondibus sterilibus pinnatifidis basi pinnatis, laciniis sinuatis acuminatis, fertilibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis integerrimis superioribus confluentibus. W.

Brauner Staubfarrn. W.

Habitat ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Frondes *steriles semipedales pinnatifidae, laciniis inferioribus remotioribus basi cum fronde non cohaerentibus quadripollicaribus, superioribus bi- seu tripollicaribus, omnibus lanceolatis acuminatis sinuatis.* Stipes *glaber longitudine frondis.* Frondes *fertiles quadripollicares et longiores pinnatae, pinnis lineari-lanceolatis sesquipollicaribus, quandoque inferioribus lobo uno alterove instructis, superioribus confluentibus.* Stipes *glaber fronde longior. Affine A. alieno, sed minus compositum et* frondibus *tam sterilibus, quam fertilibus integerrimis diversum.* W.

†††††† *Fronde pinnata.*

* 35. ACROSTICHUM *bifurcatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis linearibus bipartitis, fertilibus pinnatis, pinnis subrotundis, inferioribus ternatis, intermediis bipartitis, summis indivisis. W.

A. frondibus distinctis, sterilium pinnis linearidichotomis fertilium ovatis bifidis simplicibusque. *Swartz synop. filic.* 12. *Schkuhr. crypt. f.* 3. *t.* 2.

Osmunda *(bifurcata)* scapis radicatis, fronde pinnata, pinnis bifidis dichotomis simplicibusque. *Jacq. collect.* 3. *p.* 282. *t.* 20. *f.* 4.

Filicula corniculata insulae St. Helenae. *Pluk. mant.* 83. *t.* 350. *f.* 4.

Gabelblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in insula St. Helenae. 24. *(v. s.)*

* 36. ACROSTICHUM *appendiculatum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis crenatis basi sursum auriculatis, fertilibus pinnatis, pinnis subrotundis integerrimis. W.

Krullfarrnähnlicher Staubfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

Radix *horizontalis paleis minutis atris vestita.* Frondes *steriles pinnatae quinquepollicares.* Pinnae *inferiores pollicares, superiores semipollicares, lanceolatae grosse crenatae, basi cuneatae, ad marginem superiorem auriculatae ut in Adiantis.* Frondes *fructificantes pinnatae quinquepollicares.* Pinnae *unguiculares sessiles subrotundae integerrimae vel leviter repandae subtus dense capsulis tectae.* Stipites *tripollicares et longiores subpaleaceae plerumque glabrae canaliculatae.* W.

* 37. ACROSTICHUM *bonariense.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis sessilibus sinuatis subtus ferrugineo-lanuginosis. W.

Filix pumila americana incana et lanuginosa. *Amman. Com. petrop.* 10. *p.* 300. *t.* 22. *f.* 1.*
Zwerg-Staubfarrn. W.
Habitat in Bonaria. 4.

38. ACROSTICHUM *sorbifolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis serratis basi cuneatis, fertilibus pinnatis, pinnis linearibus integerrimis, caudice scandente. W

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-ovatis integris serratis acutis, stipitibus squamosis. *Sp. pl.* 1526.

Onoclea *(sorbifolia)* frondibus pinnatis, sterilium pinnis lanceolato-oblongis obtuso-acuminatis striatis subserrato-dentatis, fertilium linearibus, surculo scandente. *Swartz synop. filic.* 112.

Lonchitis calamifera, pinnis serratis. *Petiv. fil.* 153. *t.* 9. *f.* 8.

Lingua cervina scandens, foliis laurinis serratis. *Plum. fil.* 102. *t.* 117.

Filix major in pinnas tantum divisa raras oblongas latasque crenatas. *Sloan jam.* 18. *hist.* 1. *p.* 84. *t.* 38.

Filix jamaicensis hirsuta, sorbi aucupariae folia quodammodo referens. *Moris. hist.* 3. *p.* 576.

Filix jamaicensis, pinnatis fraxini foliis tenuissime crenatis mucronatis. *Pluk. alm.* 153. *t.* 286. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 86.

Ebereschenblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola, Martinica, *arbores scandens.* 4. *(v. s.)*

Indusium *nullum reperio, ergo vera Acrostichi species.* W.

* 39. ACROSTICHUM *lineatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-acuminatis *Swartz synop. filic.* 13. *Cav. prael.* 1801. *n.* 589.

Linienblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in freto Nootka Americae *septentrionalis.* 24.

* 40. ACROSTICHUM *acuminatum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ovatis acuminatis integerrimis, pinnis fructificantium oblongo-lanceolatis, caudice scandente. W.

Lingua cervina scandens citri foliis major. *Plum. fil.* 100. *t.* 115.

Langspitziger Staubfarrn. W.

Habitat in Peru, Martinica *arbores scandens.* 24. *(v. s. frond. steril.)*

Caudex *crassitie digiti arbores scandens cicatrisatus radiculis quadripollicaribus instructus.* Frondes *pinnatae sesqui- s. bipedales.* Pinnae *tri- seu quadripollicares rigidae alternae ovatae acuminatae glabrae petiolatae regulariter reticulatae.* Petioli *pinnarum breves basi tuberculo gemmiformi instructi.* Stipes *brevis glaberrimus.* Frondium *fructificantium pinnae oblongo-lanceolatae.* W.

41. ACROSTICHUM *aureum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis oblongo-lanceolatis integerrimis, basi cuneatis aequalibus, omnibus acuminatis, superioribus fructificantibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis linguaeformibus glabris. *Swartz synop. filic.* 13.

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis linguaeformibus integerrimis glabris. *Sp. pl.* 1525. *Hort. cliff.* 477. *Amoen. Acad.* 1. *p.* 273.* *Mich. amer.* 2. *p.* 272. *Schkuhr. crypt. p.* 2. *t.* 1. *Cav. prael.* 1801. *n.* 586.

Phyllitis ramosa aurea. *Petiv. fil.* 142. *t.* 8. *f.* 5.

Lonchitis palustris maxima. *Sloan jam.* 15. *hist.* 1. *p.* 76.

Lingua cervina aurea. *Plum. fil.* 87. *t.* 104.

Filix palustris aurea, foliis linguae cervinae. *Plum. amer.* 5. *t.* 7. *Raj. suppl.* 63.

Filix simpliciter pinnatis foliis s. Phyllitis ramosa jamaicensis maxima, aversa parte ferruginea lanugine circumquaque obducta. *Pluk. alm.* 154. *t.* 288. *f.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 84.
Goldener Staubfarrn. W.
Habitat in paludibus Floridae, Panamae, Jamaicae, St. Crucis, Hispaniolae, Cumanae. 24. *(v. s.)*

* 42. ACROSTICHUM *speciosum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis oblongo-lanceolatis integerrimis, basi cuneatis aequalibus, inferioribus sterilibus acuminatis, superioribus fructificantibus obtusis. W.
Filix luzonica, pinnis alternis salici aemulantibus. *Petiv. gazoph.* 10. *t.* 47. *f.* 10. *pinna sterilis.*
Cabcabum Luzonensibus. *Petiv. gazoph.* 5. *t.* 61. *f.* 5. *pinna fructificans.*
Prächtiger Staubfarrn. W.
Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

Valde simile A. aureo, sed abunde diversum pinnis *parum angustioribus*, sterilibus *longissime acuminatis*, fertilibus *obtusis.* W.

* 43. ACROSTICHUM *inaequale.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis oblongo-lanceolatis integerrimis, basi valde inaequalibus cuneatis, omnibus obtusis, mucronatis, superioribus fructificantibus. W.
Ceterach Luzonensium pinnis alternis glabris. *Petiv. gazoph.* 10. *t.* 49. *f.* 5. *pinnae fructificantes non optimae.*
Ungleichblättriger Staubfarrn. W.
Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

A. aureo ut praecedenti simillimum, sed pinnis *omnibus obtusissimis mucrone crasso obtuso brevi instructis, et longioribus, basi valde inaequalibus, diversum.* W.

* 44. ACROSTICHUM *daneaefolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis oblongo-lanceolatis integerrimis, basi cuneatis aequalibus, omnibus obtusis, superioribus fructificantibus. W.

Acrostichum daneaefolium. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 1.

Daneenblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in insula Catharinae Brasiliae. 2.

Differt a praecedente, pinnis reticulato-venosis nec parallelo-striatis, basi aequalibus omnibus apice obtusis nec mucronatis. W.

45. ACROSTICHUM *punctulatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integerrimis supra punctatis, infimis auriculatis, terminalibus basi coadunatis. *Swartz synop. filic.* 13.

A. fronde pinnata, foliolis alternis lanceolatis integerrimis, infimis auriculatis, supremis decurrentibus, supra punctatis glabris. *Lin. suppl.* 444.

Acrostichum auriculatum. *Lam. encycl.* 1. *p.* 36.*

Punktirter Staubfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 2.

* 46 ACROSTICHUM *nicotianaefolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis sterilibus ellipticis apice attenuatis, fertilibus oppositis ovato-lanceolatis minoribus. *Swartz synop. filic.* 13. *et* 199.*

Tabaksblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in insula St. Thomae. 2.

Filix *circiter tripedalis et forte elatior.* Stipes *teres basi paleaceo-squamosus, superne glaber.* Frons *pinnata.* Pinnae *duplicis naturae in eadem fronde;* steriles *subsessiles brevissime petiolatae ellipticae sesquipedales, apice longiori attenuato, margine integerrimo leviter undulato;* fertiles *sterilibus oppositae sessiles,*

praeter terminale impar petiolatum; multoties minores ovato- s. lato-lanceolatae acuminatae margine levissime undulatae. Swartz l. c.

47. ACROSTICHUM *trifoliatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ternatis petiolatis, sterilibus lineari-lanceolatis serrulatis, fertilibus linearibus integerrimis. W.

A. frondibus pinnatis, foliolis ternatis lanceolatis. *Sp. pl.* 1527. *Amoen. acad.* 1. *p.* 274.* *Swartz synop. filic.* 13. *Schkuhr. crypt. p.* 3. *t.* 3. *et* 22.

A. fronde pinnata, foliolis digitatis, pinnis linearibus intermedia longiore. *Hort. ups.* 476.

Phyllitis ramosa trifida. *Sloan jam.* 19. *hist.* 1. *p.* 88. *t.* 45. *f.* 2.

Phyllitis pulverulenta foliis angustis trifidis. *Petiv. fil.* 141. *t.* 8. *f.* 9.

Lingua cervina triphylla angusta et leviter serrata. *Plum. fil.* 123. *t.* 144.

Filix jamaicensis non ramosa trifolia angustifolia, caule laevi. *Moris. hist.* 3. *p.* 572. *Raj. suppl.* 73.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 89. *nec icon.*

Gedreyter Staubfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola, Cumana. 24. *(v. s.)*

Pinnae *ternatae totam frondem occupant, vidi tamen* frondes *steriles superne simpliciter pinnatas et basi tantum pinnis ternatis instructas.* W.

* 48. ACROSTICHUM *alienum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis superioribus coadunatis, fertilibus pinnatis pinnis lanceolatis acuminatis sinuatis repandis, summis confluentibus, infima subpinnatifida. W.

A. frondibus distinctis, pinnis incisis, superioribus coadunatis decurrentibus, infimis semipinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 13. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1595.*

Filix latifolia in pinnulas obtusas et leviter crenatas divisa. *Plum. fil.* 10. *t.* 10.
Fremder Staubfarrn. W.
Habitat in montibus Jamaica Martinicae. 24.

* 49. ACROSTICHUM *sinuatum.*

A. frondibus pinnatis ensiformibus, pinnis ovatis semipinnatifidis coriaceis, subtus imbricato-squamosis. *Swartz synop. filic.* 14.
Buchtiger Staubfarrn. W.
Habitat in Peru. 24.

†††††† *Fronde bipinnatifida seu bipinnata.*

50. ACROSTICHUM *cervinum.*

A. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis semiovato-lanceolatis acuminatis integerrimis marginatis, fertilibus bipinnatis, pinnis linearibus obtusis. W.
A. frondibus distinctis, sterilibus pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis integerrimis, fertilibus bipinnatis, pinnis linearibus, pinnulis coadunatis oblongis. *Swartz synop. filic.* 14. *et* 200.*
Osmunda *(cervina)* scapo radicato, fronde pinnata, pinnis integerrimis. *Sp. pl.* 1521.
Osmunda linguae cervinae folio. *Plum. fil.* 132. *t.* 154.
Osmunda racemifera phyllitidis folio. *Petiv. fil.* 162. *t.* 8. *f.* 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 61.
Hirsch-Staubfarrn. W.
Habitat in humidis Jamaicae, Martinicae. 24.

51. ACROSTICHUM *cruciatum.* †

A. frondibus bipinnatifidis, laciniis oblongis obtusis crenatis, infimis elongatis. W.
A. frondibus bipinnatis, foliolis oppositis lanceolatis, infimis cruciatim appendiculatis. *Sp. pl.* 1529. *Amoen. acad.* 1. *p.* 275.*
A. pinnis oppositis lanceolatis, infimis cruciatim appendiculatis. *Swartz synop. filic.* 14.

Filix pulverulenta, pinnulis obtuse dentatis. *Plum. amer.* 17. *t.* 25. *B.*

Lonchitis pulverulenta, pinnulis obtuse dentatis. *Plum. fil.* 37. *t.* 48. *B.*

Adiantum pulverulentum, pinnis infra auritis. *Petiv. fil.* 161. *t.* 9. *f.* 10.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 96.

Kreuzförmiger Staubfarrn. W.

Habitat in sylvis Hispaniolae. 24.

* 52. ACROSTICHUM *canariense.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis alternis, pinnulis lineari-lanceolatis obtusis integerrimis superioribus coadunatis subtus paleaceo-squamosis, stipite paleaceo-hirto. W.

A. *(subcordatum)* foliis bipinnatis subtus paleaceo-hirsutissimis, foliolis subcordatis. *Cav. in Annal. hist. nat.* 4. *p.* 97.

Canarischer Staubfarrn. W.

Habitat in Teneriffae *umbrosis.* 24. *(v. s.) Broussonet.*

Frons *decempollicaris et altior bipinnata.* Pinnae *omnes alternae.* Pinnulae *quadrilineares lineari-lanceolatae integerrimae obtusae basi subcordatae, superiores coadunatae numerosae, supra saturate virides, subtus paleis numerosis fuscis dense obsitae.* Stipes *fuscus paleis tenuibus hirsutus. Valde affine A. Marantae sed omnibus partibus duplo major,* pinnae *omnes alternae et* pinnulae *inferiores nunquam pinnatifidae, semper numerosae, vidi in quolibet latere* 9 *ad* 10. *An varietas A. Marantae? quod vix credo.* W.

53. ACROSTICHUM *Marantae.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis oppositis, pinnulis oblongis obtusis integerrimis, superioribus coadunatis inferioribus subpinnatifidis, subtus paleaceo-squamosis, stipite paleaceo-hirsuto. W.

A. frondibus subbipinnatis, pinnis opposito-

coadunatis subtus hirsutissimis, basi subdentatis. *Sp. pl.* 1527. *Host. synop.* 554. *Allion ped. n.* 2416. *Schkuhr. crypt.* 4. *t.* 4. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 81. *t.* 2. *f.* 18. *Sturm. germ. crypt. fasc.* 6. *Brot. lusit.* 2. *p.* 400.

A. pinnulis coadunatis, inferioribus pinnatifidis subtus imbricato-paleaceis. *Swartz synop. filic.* 14.

A. pinnis subtus pinnatis squamosis obtusis basi utrinque appendiculata. *Hall. helv. n.* 1715.

Lonchitis folio Ceterach. *Bauh. pin.* 359. *Barr. ic.* 858; 857.

Lonchitis aspera Marantae. *Cam. epit.* 666. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 92.

Schuppiger Staubfarrn. W.

Habitat in rupibus Styriae, Tyrolis Salisburgi, Helvetiae, Sabaudiae, Italiae, Hispaniae, Lusitaniae, Armeniae. 24. *(v. s.)*

Pinnae *oppositae rarius superiores alternae inferiores tamen semper oppositae.* Pinnulae *ad quodlibet latus pinnae* 4 *s.* 5. W.

* 54. ACROSTICHUM *velleum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis ellipticis obtusis, superioribus confluentibus, utrinque stipiteque longissime lanuginosis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis omnibus ovatis cordatis latere incisis subtus hirsutissimis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 457.

A. frondibus bipinnatis lanuginosis, pinnulis distinctis ovatis subcordatis obtusis. *Swartz synop. filic.* 14.

A. *(lanuginosum)* fronde bipinnata lanuginosa, foliolis obtusis. *Desf. atl.* 2. *p.* 400. *t.* 256.* *Schkuhr crypt. p.* 8. *t.* 1.

Filicula crispa lanugine hepatici coloris vestita ex insulis fortunatis. *Pluk. alm.* 150. *t.* 281. *f.* 4.

Langhaariger Staubfarrn. W.

Habitat in regno Valentini, Babariae, *et* Maderae *rupibus.* 24. *(v. s.)*

* 55. ACROSTICHUM *caudatum.* †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis inferioribus pinnatifidis, laciniis terminalibus lineari-caudatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 592. *Swartz synop. filic.* 15.

Geschwänzter Staubfarrn. W.

Habitat in Panama. 4.

* 56. ACROSTICHUM *sulphureum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis cuneatis apice dentatis subtus sulphureo-farinosis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis bipinnatifidis, laciniis cuneatis apice serratis. *Swartz synop. filic.* 15.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis alternis ovatis pinnatifidis, laciniis retusis serratis. *Swartz prod.* 129. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1597. *Schkuhr. crypt. p.* 4. *t.* 4.

Schwefelfarbiger Staubfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *australis umbrosis.* 4. *(v. s.)*

57. ACROSTICHUM *calomelanos.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis, subtus albo-farinosis, inferioribus subpinnatifidis basi sursum auritis, superioribus serratis, summis confluentibus. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis alternis lanceolatis acuminatis pinnatifidis. *Sp. pl.* 1529. *Schkuhr. crypt. p.* 4. *t.* 5.

A. frondibus bipinnatis, pinnis apice attenuatis, pinnulis lanceolatis inciso-serratis, inferioribus sursum basi auritis. *Swartz synop. filic.* 15. *Willd. hort. Berol.* 1. *p.* 41. *t.* 41.

A. fronde alternatim duplicato-pinnata, pinnulis lanceolatis sessilibus, inferioribus serratis incisis. *Hort. cliff.* 476. *Amoen. acad.* 1. *p.* 274.

Filix non ramosa major, caule nigro, surculis raris, pinnulis angustis raris longis dentatis. *Sloan. jam.* 20. *hist.* 1. *p.* 92. *t.* 30. *f.* 2.

Filix albissimo pulvere conspersa. *Plum. fil.* 30. *t.* 40. *Petiv. fil.* 156. *t.* 9. *f.* 11.

Adiantum nigro simile albissimo pulvere conspersum. *Plum. amer.* 30. *t.* 44.

Adiantum calomelanos americanum s. Adiantum nigrum foliis prona parte candidissimis. *Pluk. alm.* 11. *t.* 124. *f.* 3.

β. A. *(ebeneum)* frondibus pinnatis, pinnis sessilibus oblongis sinuatis, summis brevissimis integerrimis. *Sp. pl.* 1528. *Amoen. acad.* 1. *p.* 272.

Filix non ramosa minor (et minima) caule nigro, surculis raris, pinnulis angustis raris brevibus acutis subtus niveis. *Sloan. jam.* 20. *hist.* 1. *p.* 92. *t.* 53. *f.* 1. *Raj. suppl.* 83. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 94. 97.

Schwarzstrunckiger Staubfarrn. W.

Habitat in umbrosis Jamaicae, Hispaniolae, Gujanae. 24. *(v. v.)*

Acrostichum ebeneum filicem juniorem esse autumat Cl. Swartz, sed A. calomelanos centies e seminibus educavi et in planta juniore nunquam frondes a Sloaneo delineatas inveni, etiam icon, quam dedi e planta eodem anno sata, est desumpta. Forte A. ebeneum est species distincta huic proxima, sed interim pro varietate declaravi, usque dum meliora innotescent. Capsulae *sub fronde sunt semper et ab initio jam sparsae nec ut in Hemionite ad venarum latera dispositae.* W.

* 58. ACROSTICHUM *chrysophyllum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis striatis nitidis subtus aureo-farinosis, inferioribus pinnatifidis, superioribus repandis confluentibus. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis lanceolatis, pinnulis approximatis sessilibus obovatis incisis striatis lucidis, superioribus coadunatis subtus flavicantibus. *Swartz synop. filic.* 15.

A. frondibus bipinnatis, superne bipinnatifidis,

pinnis lanceolatis, pinnulis approximatis obtusis incisis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1598.*

Filix aurea, pinnulis rotunde incisis divisa. *Plum. fil.* 33. *t.* 44.

Goldblättriger Staubfarrn. W.

Habitat in graminosis Jamaicae, Hispaniolae, Martinicae. 24.

* 59. ACROSTICHUM *scariosum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis subrotundis, squamis scariosis ex toto obtectis. *Swartz synop. filic.* 16.

Acrostichum lanuginosum. *Willd. in Act. Acad. Erford.* 1802. *p.* 31. *t.* 3. *f.* 4.*

Spreuartiger Staubfarrn. W.

Habitat in Mexico. 24. *(v. s.)*

Singularis filix fronde bipinnata ex toto squamis albis nitidis obtecta, ita ut de pinnulis nemo aliquid observet. W.

* 60. ACROSTICHUM *flavens.*

A. frondibus decompositis, pinnis bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis integerrimis subtus flavo-farinosis, capsulis marginalibus. W.

A. frondibus decompositis, foliolis bipinnatis, pinnulis obtusis subtus flavicanti-farinosis. *Swartz synop. filic.* 16. *et* 204.*

Gelblicher Staubfarrn. W.

Habitat in America *meridionali.* 24.

* 61. ACROSTICHUM *albidulum.*

A. frondibus bipinnatis apice simpliciter pinnatis, pinnulis obtusis subtus albido-farinosis, inferioribus trilobis, superioribus indivisis ellipticis, fructificationibus marginalibus. W.

A. frondibus decompositis, foliolis subbipinnatis, pinnulis ovato-subrotundis, subtus albido-farinosis. *Swartz synop. filic.* 16. *et* 205. *t.* 1. *f.* 2.*

Weifslicher Staubfarrn. W.

Habitat in America *meridionali.* 24.

* 62. ACROSTICHUM *javense.* W.

A. frondibus bipinnatis apice simpliciter pinnatis, pinnulis utrinque glabris, inferioribus oblongis obtusis, terminalibus frondis lanceolatis, fructificationibus marginalibus. W.

Javanischer Staubfarrn. W.

Habitat in Java. 24. *(v. s.)*

Frons *quadripollicaris angusta bipinnata apice simpliciter pinnata.* Pinnae *inferiores alternae, superiores oppositae semipollicares.* Pinnulae *pinnarum lateralium oblongae obtusae integerrimae utrinque virides, superiores confluentes.* Pinnulae *pinnae terminalis frondis lanceolatae apice attenuatae longiores.* Capsulae *ad marginem frondis. Convenit inflorescentia, ut duae praecedentes species, cum Pteride, sed defectu indusii ab hac diversum.* W.

1955. HEMIONITIS.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1628.

Capsulae venis reticulatis frondis insertae. *Indusium* nullum.

† *Fronde simplici.*

* 1. HEMIONITIS *falcata.* W.

H. frondibus lineari-ensiformibus integerrimis sessilibus apice rotundato-acutis. W.

Sichelblättriger Netzfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s. f. fructif.) Ventenat.*

Frons *septempollicaris sessilis lineari-ensiformis semipollicem lata, apice rotundato-acuta, tenuis glabra venoso-reticulata, absque costa media.* W.

* 2. HEMIONITIS *sessilifolia.*

H. frondibus lanceolatis integerrimis sessilibus, apice attenuato-elongato. *Swartz synop. filic.* 20.

H. foliis sessilibus lanceolatis, acumine producto, fructificationibus oblongo-reticulatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 644.
Sitzender Netzfarrn. W.
Habitat in insula Mauban. 4.

* 3. HEMIONITIS *immersa.*

H. frondibus oblongis obtusis basi angustatis integerrimis, fructiferis lanceolatis utrinque attenuatis, fructificationibus immersis. W.
H. *(immersa)* frondibus fructiferis longioribus acutis, soris immersis. *Bory in litt.*
Eingesenckter Netzfarrn. W.
Habitat in rupibus Borboniae. 4. *(v. s.)*
Radices *tomentosae.* Frondes *steriles subcaesputosae erectae pollicares interdum parum longiores oblongae obtusae; fructiferae bipollicares et longiores lanceolatae utrinque attenuatae.* Venae *fructiferae immersae flexuosae subparallelae.* Capsulae *saturate fuscae.* W.

* 4. HEMIONITIS *obtusa.*

H. frondibus lanceolato-oblongis spathulatis obtusis integerrimis. W.
H. *(obtusa)* surculo repente squamoso, frondibus ovato-obtusis spathulatis. *Bory in litt.*
Stumpfblättriger Netzfarrn. W.
Habitat in insula Borboniae *ad radices arborum.* 4. *(v. s.)*
Radix *repens squamosa fusca.* Frondes *quadripollicares stipite compresso pollicari vel sesquipollicari suffultae, oblongo-lanceolatae apice obtusissimae, basi valde in stipitem usque attenuatae.* Venae *fructificantes tenuissime reticulatae.* W.

5. HEMIONITIS *lanceolata.*

H. frondibus lineari-lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis, stipite brevissimo basi villoso. W.
H. frondibus lanceolatis integerrimis. *Sp. pl.*

1535. *Swartz synop. filic.* 20. *Schkuhr. crypt. p.* 6. *t.* 6.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 127.
Lanzetförmige Netzfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola, Guadeloupe. 24. *(v. s.)*

Lingua cervina villosa Plum. fil. t. 127. *f. C. a Linnaeo sub hac specie citata, est filix diversissima, quae si fructificatio hujus denuo confirmetur, novum genus Taenitidi proximum formare videtur.* W.

* 6. HEMIONITIS *reticulata.*

H. frondibus oblongis integerrimis acuminatis basi attenuatis in stipitem decurrentibus, venis fructificantibus immersis. W.
H. frondibus lanceolato-falcatis integerrimis, venis reticulatis. *Forst. prod. n.* 423.
H. frondibus ellipticis subfalcatis integris. *Swartz synop. filic.* 20. *et* 208.* *Schkuhr. crypt. p.* 6. *t.* 6. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 85. *t.* 3. *f.* 19.
H. *(plantaginea)* foliis lanceolatis petiolatis integerrimis, fructificationibus oblongo-reticulatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 643.
Wegetrittblättriger Netzfarrn. W.
Habitat in insulis Societatis *et* Philippinis. 24. *(v. s.)*

* 7. HEMIONITIS *Boryana.* W.

H. frondibus ovato-ellipticis acuminatis integerrimis, basi in stipitem attenuatis, venis fructificantibus elevatis. W.
Hemionitis reticulata. *Bory itin.* 1. *p.* 214.
Boryscher Netzfarrn. W.
Habitat in insula Mauritii *ad arborum radices.* 24. *(v. s.)*

Radices *fuscae tomentosae.* Frondes *quadri- vel quinquepollicares ovato-ellipticae apice breviter acuminatae basi in stipitem bipollicarem vel longiorem attenuatae subtus reticulato-venosae.* Venae *fructificantes prominen-*

tes. Similis H. reticulatae sed abunde distincta forma *frondis quae ovato-elliptica et* venis *fructificantibus elevatis nec immersis. Species pulcherrima.* W.

8. HEMIONITIS *palmata.*

H. frondibus cordatis quinquelobis dentatis ciliatis, stipite elongato. W.

H. frondibus palmatis hirsutis. *Sp. pl.* 1535. *Swartz synop. filic.* 20. *Lamarck. illust. gen. t.* 868. *f.* 2.

H. fronde palmata, lineis seminalibus reticulatis. *Hort. cliff.* 474.

H. aurea hirsuta. *Plum. amer.* 23. *t.* 33. *fil.* 129. *t.* 151.

H. folio hirsuto et magis dissecto s. ranunculi folio. *Sloan. jam.* 14. *hist.* 1. *p.* 72. *Moris. hist.* 3. *p.* 560. *s.* 14. *t.* 1. *f.* 5.

Filix ranunculi folio prolifera. *Petiv. fil.* 177. *t.* 8. *f.* 11.

Filix hemionitis dicta, saniculae foliis, villosa. *Pluk. alm.* 155. *t.* 291. *f.* 4.

Houttuyn *Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 127.

Fünflappiger Netzfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola, Martinica, Guadeloupe, St. Crucis *et* Caracas. 24. *(v. s.)*

†† *Fronde composita.*

* 9. HEMIONITIS *pedata.*

H. frondibus pedatis, pinnis pinnatifidis acuminatis. W.

H. frondibus pedatis, foliolis pinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 20. *et* 209. *t.* 1. *f.* 3.*

Fufsförmiger Netzfarrn. W.

Habatat in Nova Hispania? 24.

10. HEMIONITIS *rufa.*

H. frondibus pinnatis, pinnis oblongis acutiusculis subcordatis subserratis utrinque stipiteque pilosis. W.

H. frondibus pinnatis, pinnis oblongis subintegris pubescentibus. *Swartz synop. filic.* 20. *et* 210.* *Schkuhr. crypt. p.* 8. *t.* 17. 21.

Acrostichum *(rufum)* frondibus pinnatis, pinnis oblongo-ovatis integerrimis pubescentibus. *Sp. pl. 2. p.* 1525.

Pteris rufa. *Sp. pl. 1. p.* 1074.

Acrostichum fronde pinnata, foliolis oblongo-ovatis cordatis hirsutis obsolete serratis. *Hort. cliff.* 475.

Asplenium simplex villosum, foliis lanceolato-ovatis, levissime crenatis, lineis fructificationis densissime sitis. *Brown jam.* 93.

Filix minor ruffa lanugine tota obducta, in pinnas tantum divisa raras non crenatas subrotundas. *Sloan. jam.* 19. *hist. 1. p.* 87. *t.* 45. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 85.

Brauner Netzfarrn. W.

Habitat in umbrosis arenosis montosis Jamaicae. 24. *(v. s.)*

Asplenium tomentosum Lam. encycl. 2. p. 305. *e Brasilia huic filici simile, tamen differre videtur.* W.

* 11. HEMIONITIS *acrostichoides.*

H. frondibus pinnatis distinctis, pinnis lato-lanceolatis undulato-crenatis, apice attenuatis, fructificationibus confluentibus. *Swartz synop. filic.* 21.

Staubfarrnähnlicher Netzfarrn. W.

Habitat in Sierra Leone. 24.

* 12. HEMIONITIS *japonica.*

H. frondibus bipinnatis, pinnulis lato-lanceolatis integerrimis. *Swartz synop. filic.* 21.

H. frondibus bipinnatis, pinnis lanceolatis integris. *Thunb. jap.* 333.

Japanischer Netzfarrn. W.

Habitat in Japonia. 24.

Frons *tota glabra, stipite sulcato, inferne bipinnata, superne pinnata.* Pinnae *et* pinnulae *lanceolatae acutae integerrimae, supra virides subtus pallidae.* Fructificationes *in lineis trichotomis per totam paginam inferiorem.* Thunb. l. c.

* 13. HEMIONITIS *dealbata.* W.

H. frondibus bipinnatis, pinnulis superioribus confluentibus oblongis obtusis serrulatis, infimis subpinnatifidis, subtus niveo-farinosis, fructificationibus demum confluentibus. W.

H. frondibus bipinnatifidis, pinnulis subrotundo-ovatis crenulatis, subtus pulverulentis. *Willd. hort. berol.* 1. *p.* 40. *t.* 40.* *filix junior.*

Acrostichum *(tartareum)* frondibus bipinnatis, pinnulis subcoadunatis oblongis obtusis, infimis basi obsolete incisis, supra margineque subcrenulato revoluto-striatis, subtus albido-farinosis. *Swartz synop. filic.* 15.

Acrostichum *(tartareum)* foliis bipinnatis, pinnulis alternis, secundariis oblongis obtusis, tegumento transversim striato. *Cav. prael.* 1801. *n.* 591.

Weifsblättriger Netzfarrn. W.

Habitat in America *meridionali ad fluvium nigrum, inque* Jamaica, Peru *et* Chili. 24. *(v. v.)*

Filix *junior profert frondes bipinnatifidas talem in primo sationis anno dilineandam dedi; adultior vero habet* frondes *bipinnatas*, pinnulis *inferioribus distinctis, superioribus confluentibus oblongis obtusis margine subrevoluto-serrulatis, inferiorum pinnae infimae pinnatifidae. Tota filix inferne pulvere niveo est tecta.* Fructificationes *venis frondis sunt insertae, sed aetate confluunt.* Stipes *ater nitidus basi pilososcariosus, in juniore fronde adhuc circinato pilosus, dein vero glaber.* W.

* 14. HEMIONITIS *aurea.* W.

H. frondibus bipinnatis, pinnulis obtusis, infe-

rioribus pinnatifidis, subtus flavo-farinosis, fructificationibus demum confluentibus. W.

Acrostichum. *Bory itin.* 1. *p.* 321.

Goldener Netzfarrn. W.

Habitat in nemoribus montium altissimorum insulae Borboniae. 4. *(v. s.)*

Frons *bi- usque quinquepollicaris bipinnata supra saturate viridis subtus eleganter flavo-farinosa.* Pinnae *oppositae superiores sensim breviores*, pinnulae *inferiores pinnatifidae, intermediae trilobae, superiores simplices subrotundo-oblongae obtusae integerrimae vel leviter angulatae, demum apice confluentes.* Stipes *fuscus nitidus laevis longitudine frondis.* Capsulae *frondis venis insertae demum confluentes. Hanc et sequentem speciem detexit Celeberr. Bory de St. Vincent. W.*

* 15 HEMIONITIS *argentea.* W.

H. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis cuneiformibus subtrifidis apice dentatis, subtus albo-farinosis, fructificationibus demum confluentibus. W.

Acrostichum. *Bory itin.* 1. *p.* 321.

Silberfarbner Netzfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *altis montibus.* 4. *(v. s.)*

Frons *quinquepollicaris triplicato-pinnata supra saturate viridis, subtus dense albo-farinosa, pinnis pinnulisque alternis, pinnulis lanceolato-cuneiformibus apice bi- vel trifidis truncatis dentatis ceterum integerrimis.* Stipes *fronde longior fuscus nitidus laevis.* Capsulae *venis insertae demum confluentes. Ab Acrosticho calomelano toto coelo diversa: fronde tenuiores et pinnularum forma.* W.

* 1956. MENISCIUM.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1630.

Sori lineares lunulati subparalleli venis frondis transverse interjecti. *Indusia* nulla.

* 1. MENISCIUM *triphyllum.*

M. frondibus ternatis, sterilibus oblongis acuminatis repandis, fructiferis lanceolatis acuminatis subrepandis. W.

M. frondibus trifoliatis. *Swartz synop. filic.* 19. *et* 206.* *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 84. *t.* 3. *f.* 20. *frons sterilis.*

Gedreiter Mondfarrn. W.

Habitat in India *orientali*, China. 24. *(v. s.)*

* 2. MENISCIUM *angustifolium.* W.

M. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis acuminatis integerrimis, basi angustatis. W.

Schmalblättriger Mondfarrn. W.

Habitat in sylvis umbrosis ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Frons *novempollicaris pinnata.* Pinnae *subalternae subsessiles tripollicares anguste lineari-lanceolatae, basi parum angustatae, apice longe-acuminatae, integerrimae.* Sori *lineares venis transversim interjecti fusci.* Stipes *glaber sesquipollicaris superne canaliculatus.* W.

* 3. MENISCIUM *arborescens.*

M. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis basi cuneatis, alternis, superioribus repandis, caudice erecto arboreo. W.

Meniscium arborescens. *Humboldt et Bonpland.*

Baumartiger Mondfarrn. W.

Habitat in Nova Andalusia. ♄ *(v. s.)*

Caudex *erectus arborescens sexpedalis.* Frondes *sesquipedales pinnatae.* Pinnae *bi- s. tripollicares lanceolatae basi cuneatae apice acuminatae, omnes alternae subsessiles; inferiores apice, superiorus ab apice ultra medium, et*

summae ab apice ad basin cuneiformem integerrimam repandae. Stipes *viridis pedalis superne trisulcatus glaber. Valde affine sequenti, sed: frondes minores, pinnis omnibus alternis superioribus tantum repandis et caudex arborescens.* W.

4. MENISCIUM *reticulatum.*

M. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis basi cuneatis omnibus repandis, inferioribus oppositis, caudice nullo. W.

M. frondibus pinnatis. *Swartz synop. filic.* 19.

Polypodium *(reticulatum)* frondibus pinnatis, pinnis oblongis integerrimis, anastomosibus rectangulis, punctis rectangulis approximatis. *Sp. pl.* 1549.

Lingua cervina nigra tuberculis pulverulenta. *Plum. fil.* 92. *t.* 110. *Petiv. fil. t.* 6. *f.* 13.

Filix latifolia non ramosa nigris tuberculis pulverulenta. *Plum. amer.* 6. *t.* 9.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 191.

Netzförmiger Mondfarrn. W.

Habitat in Martinicae *umbrosis.* 2. *(v. s.)*

* 5. MENISCIUM *sorbifolium.* W.

M. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis attenuato-acuminatis, basi cuneatis omnibus repandis alternis, caudice nullo. W.

Asplenium *(sorbifolium)* frondibus pinnatis, pinnis longe lanceolatis acuminatis crenatis. *Jacq. collect.* 2. *p.* 106. *t.* 3. *f.* 2.

Meniscium reticulatum. *Schkuhr. crypt. p.* 5. *t.* 5.

Ebereschenblättriger Mondfarrn. W.

Habitat in Martinica *inque insula* Catharina Brasiliae. 2. *(v. s)*

Valde simile praecedenti, sed re vera diversum: pinnis *duplo angustioribus magis acuminatis omnibus alternis.* W.

* 6. MENISCIUM *proliferum.*

M. frondibus pinnatis, pinnis lineari lanceolatis acuminatis suboppositis, grosse crenatis basi truncato-subcordatis. W.

M. fronde pinnata, axillis pinnarum proliferis, pinnis lanceolatis crenatis. *Swartz synop filic.* 19. *et* 207.*

Hemionitis *(prolifera)* fronde pinnata decumbente, axillis pinnarum proliferis, pinnis lanceolatis crenatis. *Retz obs.* 6. *p.* 38.

Sprossender Mondfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 4. *(v. s.)*

Frons *primaria pinnata decumbens grandis,* pinnis *sessilibus alternis lanceolatis crenatis basi truncatis fere semipedalibus. Ex axillis harum progerminant aliae* frondes *saepe binatae sesquipedales, quarum pinnae prioris in omni similes, sed multo minores, et* stipes *ad exitum turberculi instar incrassatus.* Retz l. c.

* 1957. TAENITIS. W.

Taenitis. Swartz synop. filic. 3.

Sorus linearis continuus, quandoque interruptus longitudinalis inter costam et marginem exteriorem frondis situs. *Indusium* nullum.

* 1. TAENITIS *blechnoides.* W.

T. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis attenuatis integerrimis glabris. W.

T. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis basi angustatis. *Swartz synop. filic.* 24. *et* 220.*

Taenitis pteroides. *Schkuhr. crypt. p.* 21. *t.* 6. *Sprengel Anleit.* 3, *p.* 374. *t.* 10. *f.* 106.

Pteris (*blechnoides*) frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis basi angustatis, lineis fructificantibus a margine remotis. *Willd. phytog.* 13. *t.* 9. *f.* 3.*

Rippenfarrnartiger Bandfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 4. (*v. s.*)

2. TAENITIS *furcata.* W. †

T. frondibus simplicibus dichotomo-partitis lineari-lanceolatis repandis sessilibus, subtus paleaceis. W.

Pteris (*furcata*) frondibus simplicibus dichotomis subtus hispidis, apicibus fructificantibus. *Sp. pl.* 1531. *Swartz synop. filic.* 95.

Lingua cervina furcata. *Plum. fil.* 122. *t.* 141.

Phyllitis aspera furcis lineatis. *Petiv. fil.* 125. *t.* 6. *f.* 6.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 103.

Gablichter Bandfarrn. W.

Habitat in Hispaniolae *sylvis.* 24.

* 1958. CETERACH. W.

Asplenium. Lin.

Sori lineares transversales. *Indusia* nulla.

1. CETERACH *officinarum.* W.

C. frondibus pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis, subtus paleaceo-squamosis, squamulis integerrimis. *Willd. enum. p.* 1068.

Asplenium (*Ceterach*) frondibus pinnatifidis, lobis alternis confluentibus obtusis. *Sp. pl.* 1538. *Hort. cliff.* 474. *Mat. med.* 225. *Dalib. paris.* 310. *Sauv. monsp.* 270. *Scop. carn. n.* 1262. *Doerr. nass.* 53. *Blackw. t.* 216. *Hoffm. germ.* 2. *p.* 13.

Scolopendrium (*Ceterach*) fronde pinnatifida lanceolata subtus squamosa. *Smith brit.* 3. *p.* 1134. *Roth germ. III.* 48.

Grammitis (*Ceterach*) frondibus pinnatifidis subtus paleaceo-squamosis, laciniis omnibus coadunatis ovatis obtusis, squamulis integris. *Swartz synop. filic.* 23.

Asplenium foliis pinnatis, pinnis in basi dilatatis obtusis subtus muscosis. *Hall. helv. n.* 1694.

Asplenium s. Ceterach. *Bauh. hist.* 3. *p.* 479. *Moris. hist.* 3. *p.* 561. *s.* 14. *t.* 2. *f.* 1. *Plum.*

fil. XXXIII. t. B. f. 3. Barr. ic. 1043. 1044. 1051. 1052. 603. 604.

Ceterach officinarum. *Bauh. pin.* 354. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 141.

Gemeiner Ceterach. W.

Habitat in rupibus Germaniae, Helvetiae, Galliae, Italiae, Carnioliae, Austriae. 24. (*v. v.*)

* 2. CETERACH *canariensis.* W.

C. frondibus pinnatifidis, laciniis oblongo-lanceolatis obtusis, subtus paleaceo-squamosis, squamis denticulatis. W.

Asplenium (*latifolium*) frondibus pinnatifidis, laciniis alternis confluentibus subacutis. *Bory ess. sur les isles fortun. p.* 311. *t.* 6.

Asplenium (*aureum*) foliis pinnatifidis, lobis profundissimis ovatis integerrimis, postice petiolisque squamosis aureis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 633.

Grammitis (*aurea*) frondibus subpinnatis, subtus paleaceo-squamosis, pinnis oblongis, inferioribus distinctis oppositis, superioribus coadunatis, squamulis denticulatis. *Swartz synop. filic.* 23. *et* 215.

Canarischer Ceterach. W.

Habitat in rupibus Teneriffae. 24. (*v. s.*)

Simillima praecedenti sed sexies omnibus partibus major. Pinnae *inferiores saepius oppositae, quandoque tamen alternae.* W.

* 3. CETERACH *aspidioides.* W.

C. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis subpetiolatis summis confluentibus, subtus hirtis, pinnatifido-serratis, lacinia infima majore. W.

Wurmfarrnartiger Ceterach. W.

Habitat in nemoribus umbrosis ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *glaber pollicaris vel altior.* Rachis *pubescens.* Frons *sexpollicaris usque fere pedalis, pinnata.* Pinnae *pollicares vel sesqui-*

pollicares supra glabrae subtus pilis brevibus hirtae, inferiores breve petiolatae, superiores sessiles summae confluentes, terminalis acuminata, reliquae lineari-lanceolatae acutae, basi cuneatae, pinnatifido-serratae. Laciniae *oblongae obtusae inferiore in utroque latere reliquis parum majore.* Sori *breves transversales.* Indusia *nulla. A duabus praecedentibus habitu valde diversa, frons omnino Aspidio Thelypteridi similis est*, sori *Asplenii faciem habent, sed indusio carent.* W.

Genus soris linearibus transversis a sequenti diversum. Indusiis omnino caret, nam squamae frondis inferiorem paginam in C. officinarum et canariensi occupantes iis nullo modo adnumerandae sunt. W.

* 1959. GRAMMITIS.

Swartz synop. filic. 3.

Sori oblongi sublineares recti sparsi. *Indusia* nulla.

† *Fronde simplici.*

* 1. GRAMMITIS *linearis.*

G. frondibus linearibus acuminatis integerrimis, soris immersis, stipitibus hirtis. W.

G. frondibus linearibus acuminatis integerrimis, stipitibus hispidis. *Swartz synop. filic.* 21. *Schkuhr. crypt. p.* 8. *t.* 7.

Asplenium (*angustifolium*) frondibus simplicibus lanceolato-linearibus pedunculatis. *Jacq. ic. rar.* 1. *t.* 199. *Collect.* 1. *p.* 121.*

Polypodium (*gramineum*) frondibus linearibus acuminatis integris glabris, fructificationibus solitariis, stipitibus filiformibus hispidis. *Swartz prod.* 130. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1629.*

Linienförmiger Strichfarrn. W.

Habitat in montibus coeruleis Jamaicae *ad arbores muscosas et ad fretum* Magellanicum. 2|. (*v. s.*)

Sori *immersi ut in Polypodio phymatode.* W.

* 2. GRAMMITIS *Billardieri.* W.

G. frondibus linearibus acuminatis integerrimis, soris planis, stipitibus pilosis. W.

Grammitis linearis. *Billard. in litt.*

Billardierischer Strichfarrn. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 24. (*v. s.*)

Frondes *tripollicares lineares integerrimae basi attenuatae apice acuminatae.* Stipites *pilosi breves.* Sori *lineares. Simillima praecedenti tamen diversa:* stipitibus *pilosis*, frondibus *parum majoribus et* soris *non immersis.* W.

* 3. GRAMMITIS *revoluta.*

G. frondibus linearibus attenuatis obtusis canaliculato-reflexis subsessilibus. W.

Grammitis revoluta. *Sprengel in litt.*

Rinnenförmiger Strichfarrn. W.

Habitat ..... 24. (*v. s.*)

Frondes *tripollicares subsessiles lineares utrinque attenuatae apice obtusae, rigidae margine reflexae inde canaliculatae.* W.

* 4. GRAMMITIS *marginella.*

G. frondibus linearibus obtusis integerrimis basi attenuatis fusco-marginatis ciliatis, stipitibus brevissimis. W.

G. frondibus lanceolato-lingulatis fusco-marginatis, stipitibus brevissimis subciliatis. *Swartz synop. filic. 22. Schkuhr. crypt. p. 8. t. 7.*

Polypodium (*marginellum*) frondibus cuneato-linearibus obtusis fusco-marginatis, fructificationibus linearibus, stipitibus brevissimis subciliatis. *Swartz prod. 130. Fl. ind. occid. 3. p. 1631.**

Gerandeter Strichfarrn. W.

Habitat in altissimis montibus Jamaicae *ad arbores inter muscos inque insula* St. Helenae. 24.

* 5. GRAMMITIS *lanceolata.*

G. frondibus lanceolatis acuminatis integerrimis

basi attenuatis, soris costae contiguis subobliquis. *Swartz synop. filic.* 22. *et* 212. *t.* 1. *f.* 4.*

Asplenium (*plantagineum* β.) foliis lineari-lanceolatis inferne attenuatis subintegris, lineis fructificantibus obliquissimis. *Lam. encycl.* 2. *p.* 301. *Ejusd. illust. gen. t.* 867. *f.* 1.

Lanzettblättriger Strichfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 2|.

* 6. GRAMMITIS *elongata.*

G. frondibus lanceolatis integerrimis acutis basi attenuatis, fertilibus lineari-lanceolatis, soris costae parallelis. W.

G. frondibus lineari-lanceolatis, soris costae parallelis. *Swartz synop. filic.* 22. *et* 213.*

Grammitis lanceolata. *Schkuhr. crypt. p.* 9. *t.* 7. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 83. *t.* 3. *f.* 21.

Verlängerter Strichfarrn. W.

Habitat in Jamaica *ad truncos arborum muscosos.* 2|. (*v. s. s. fructif.*)

* 7. GRAMMITIS *seminuda.* W.

G. frondibus linearibus integerrimis utrinque attenuatis glabris, soris duobus linearibus ad apicem frondis costae parallelis. W.

Blechnum (*seminudum*) frondibus simplicibus linearibus apice fructificantibus. *Willd. phytog.* 13. *t.* 8. *f.* 2.

Halbnackter Strichfarrn. W.

Habitat in Guinea. 2|. (*v. s.*)

Radix *fibrosa atra.* Frondes *plures bipollicares lineares integerrimae basi apiceque attenuatae subsessiles glabrae.* Sorus *linearis in apice frondis ad utrumque latus costae mediae.* Indusium *nullum.* W.

* 8. GRAMMITIS *pumila.*

G. frondibus lineari-filiformibus integerrimis, soro lineari solitario sub apice frondis, caudice filiformi piloso repente. W.

G. frondibus lineari-filiformibus indivisis e surculo piloso reptante lineola fructificante terminali solitaria. *Swartz synop. filic.* 419. *et* 214.*

Pteris? (*graminea*) frondibus simplicibus gramineis subpollicaribus brevissimis, surculis reptantibus piloso-squamosis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 708.*

Zwerg-Strichfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 4.

Linea *fructifera unica versus apicem frondis locum nervi medii tenens, vix nisi oculo armato discernenda.* Swartz l. c.

* 9. GRAMMITIS *serrulata.*

G. frondibus linearibus dentatis, fructificante apice integerrima, caudice filiformi adscendente simplici. W.

G. frondibus linearibus dentatis e surculo radicante. *Swartz synop. filic.* 22. *Schkuhr. crypt. p.* 9. *t.* 7.

Asplenium (*serrulatum*) frondibus e surculo radicante simplicibus linearibus dentatis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1607.

Acrostichum (*serrulatum*) frondibus linearibus dentatis apice fructificantibus, surculo brevissimo radicante. *Swartz prod.* 128.

Gesägter Strichfarrn. W.

Habitat in Jamaicae, Novae Andalusiae *sylvis ad arborum radices inter muscos.* 4. (*v. s.*)

* 10. GRAMMITIS *graminoides.*

G. frondibus linearibus sessilibus indivisis bifidisve, apicibus fructificantibus latioribus, soro solitario longitudinali sub apice frondis. W.

G. frondibus linearibus superne indivisis dichotomisque, lineola fructificante unica. *Swartz synop. filic.* 22. *t.* 1. *f.* 5

Asplenium *(graminoides)* frondibus simplicibus linearibus integris superne indivisis subdicho-

tomisque apice fructificantibus. *Swartz fl. ind. occid. p.* 1608.*
Acrostichum graminoides. *Swartz prod.* 128.
Grasartiger Strichfarrn. W.
Habitat in Jamaicae *australis montibus summis ad arborum truncos muscosos.* 24. *(v. s.)*

* 11. GRAMMITIS *myosuroides.*

G. frondibus linearibus pinnatifido-dentatis, laciniis superioribus fructificantibus, inferioribus pinnatifidis stipite in caudam fructificantem elongato. W.
G. frondibus pinnatifidis, lacinulis semiovatis obtusis superioribus in apicem linearem fructiferum coadunatis. *Swartz synop. filic.* 22. *Schkuhr. crypt. p.* 9. *t.* 7.
Polypodium *(myosuroides)* frondibus pinnatifidis linearibus glabris, lobis superioribus in apicem lanceolatum fructiferum coadunatis. *Swartz prod.* 131. *Fl. ind. occid.* 3. *n.* 1644.*
Mauseschwanzartiger Strichfarrn. W.
Habitat in Jamaicae *alpibus inter muscos.* 24.
Frondes *duplicis formae, aliae lineares pinnatifido-dentatae pollicares breviter stipitatae, laciniis ovatis obtusis, superioribus fructificantibus; aliae pinnatifidae, laciniis semiovatis tribus quinisve, stipite longissime elongato denticulato fructificante terminatae.* W.

* 12. GRAMMITIS *heterophylla.*

G. frondibus indivisis pinnatifidisque, laciniis linearibus obtusis integerrimis aut dentatis. *Billard. Nov. Holl.* 2. *p.* 90. *t.* 239.
Verschiedenblättriger Strichfarrn. W.
Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 24.

†† *Fronde composita.*

* 13. GRAMMITIS *cordata.*

G. frondibus pinnatis, subtus paleaceo-squamo-

sis, pinnis cordatis oblongis crenatis sinuato-incisis. *Swartz synop. filic.* 23. *et* 217.*

Acrostichum *(cordatum)* fronde bipinnatifida, pinnis cordatis. *Thunb. prod.* 171.

Asplenium *(cordatum)* frondibus pinnatis bipinnatifidisve paleaceis, pinnis cordatis laciniis rotundatis cordatis. *Swartz in Schrad. diar. bot.* 1801. 1. *p.* 54.

Herzförmiger Strichfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24. *(v. s.)*

Habitu simillima Acrosticho Marantae. Variat frondibus *bipinnatifidis bipinnatisve.* Sori *costae mediae laciniarum paralleli.* W.

14. GRAMMITIS *leptophylla.*

G. frondibus pinnatis bipinnatisque glaberrimis, pinnulis cuneiformibus rotundato-lobatis. *Swartz synop. filic.* 23. *et* 218. *t.* 1. *f.* 6.

Polypodium *(leptophyllum)* frondibus bipinnatis, sterilibus brevissimis, pinnis cuneiformi-lobatis. *Sp. pl.* 1553 *Magn. monsp.* 5. *t.* 5.

Asplenium leptophyllum. *Cav. in Annal. sc. nat.* 5. *p.* 13. *t.* 41. *f.* 3. *mala.*

Adiantum minimum folio vario. *Magn. hort.* 5. *t.* 5.

Adiantum filicinum leptophyllum elatius hispanicum. *Barr. rar.* 1270. *t.* 431.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 238.

Kleinblättriger Strichfarrn. W.

Habitat in Gallia *australi,* Hispania, Lusitania. 24. *(v. s.)*

* 15. GRAMMITIS *cheilanthoides.*

G. frondibus subbipinnatis, pinnulis cuneatis lobatis, laciniis lineari-oblongis obtusis utrinque rachique pilosis. *Swartz synop. filic.* 419. *et* 219.*

Spitzfarrnartiger Strichfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 24.

1960. POLYPODIUM.

Swartz synop. filic. 3.

Sori subrotundi sparsi. *Indusia* nulla.

† *Frondibus simplicibus indivisis, fructificantibus a sterilibus diversis.*

1. POLYPODIUM *piloselloides.*

P. frondibus hirtis, sterilibus oblongo-ovatis integerrimis, fertilibus lanceolatis, soris solitariis, caudice filiformi setoso-paleaceo radicante. W.

P. frondibus lanceolatis integerrimis hirtis, sterilibus ovatis, fertilibus lanceolatis, fructificationibus solitariis. *Sp. pl.* 1542.

P. frondibus integris hirtis, sterilibus ovatis, fertilibus lanceolatis, soris solitariis, surculo radicante. *Swartz synop. filic.* 25.

Lingua cervina minima repens et hirsuta. *Plum. fil.* 103. *t.* 118.

Filix foliis ovalibus et longis pilosis. *Petiv. fil.* 175. *t.* 10. *f.* 5.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 163.

Mauseohrblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaicae, Hispaniolae, Martinicae, St. Thomae, Porto-rici *sylvis humidis.* 2. *(v. s.)*

* 2. POLYPODIUM *ciliatum.* W.

P. frondibus hirtis ciliatis, sterilibus oblongis integerrimis apice attenuatis, fertilibus linearibus, soris solitariis, caudice filiformi setoso-paleaceo radicante. W.

Gefranzter Engelsüfs. W.

Habitat in Brasiliae *provincia* Para. 2. *(v. s.) Com. de Hoffmannsegg.*

Caudex *tenuis filiformis ramosus lateque extensus undique setis paleaceis et radicibus capillaceis subramosis obsitus.* Frondes *steriles pollicares vel fere sesquipollicares oblongae apice angustatae obtusiusculae pilis adpressis spar-*

sis tectae, margine ciliatae integerrimae, breve stipitatae. Frondes *sessiles bipollicares et longiores lineares obtusae, basi angustatae, pilis raris obsitae, integerrimae, breve stipitatae.* Sori *solitarii subrotundi, magni, ratione frondis, et ultra marginem ejusdem prominentes inde frons oculo fugitivo adspecta, dentata videtur.* W

* 3. POLYPODIUM *vacciniifolium.*

P. frondibus sterilibus subrotundo-ovatis obtusis integerrimis, fertilibus linearibus basi angustatis obtusis, soris solitariis, caudice filiformi setoso-paleaceo. W.

Polypodium vacciniifolium. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t. 7.*

Heidelbeerblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in insula Catharina Brasiliae. 24. *(v. s.)*

Caudex *crassitie fili emporetici crassioris repens ramosus, dense paleis angusto-lanceolatis apice setosis obtectus.* Frondes *steriles tri- vel quadrilineares glabrae subrotundo-ovatae, quandoque obsolete cordatae, obtusae integerrimae brevissime stipitatae.* Frondes *fertiles semipollicares et longiores lineares obtusae, basi angustatae glabrae, breve stipitatae.* Sori *subrotundi solitarii.* W.

4. POLYPODIUM *adnascens.*

P. frondibus sterilibus ovato-oblongis obtusis, fertilibus linearibus basi attenuatis, apice fructificantibus, soris congestis tomento immersis, caudice filiformi squamoso radicante. W.

P. frondibus integris, sterilibus ovalibus subsessilibus, fertilibus linearibus, soris confertis, surculo reptante radicante. *Swartz synop. filic. 25. et 222. t. 2. f. 2.**

Acrostichum *(heterophyllum)* frondibus integerrimis glabris petiolatis, sterilibus subrotundis, fertilibus linearibus. *Sp. pl.* 1513. *Fl. zeyl.* 378. *Amoen. acad. 1. p.* 148. *f. 2.*

Phyllitis repens scandensve, foliis duplicibus, aliis latis et subrotundis, aliis longis et angustis. *Raj. suppl.* 13.

Maletta-mala-maravara. *Rheed. mal.* 12. *p.* 57. *t.* 29.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 76.

Angewachsener Engelsüfs. W.

Habitat in Malabariae *truncis arborum muscosis.* 4. *(v. s.)*

Pili *stellati rari in superficie inferiore frondis sterilis.* Fructificationes *e soris parvis ad apicem* frondis *congestis et tenui tomento immersis compositae. In reliqua frondis fertilis parte nullum est tomentum.* W.

* 5. POLYPODIUM *spissum.*

P. frondibus coriaceis crassis, sterilibus oblongo-lanceolatis integerrimis subtus stellato-setosis, fertilibus lanceolatis apice fructificantibus, soris confertis pube stellata cinctis, caudice filiformi setoso-squamoso radicante. W.

Polypodium spissum. *Bory in litt.*

Festblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in insulae Borboniae *arborum truncis.* 4. *(v. s.)*

Caudex *ramosus filiformis repens, senior nudus, rami juniores dense paleis angusto-lanceolatis tecti.* Frondes *steriles bipollicares coriaceae crassae oblongo-lanceolatae integerrimae, supra glabrae, subtus pilis scariosis brevibus stellatis obsitae.* Frondes *fertiles tripollicares lanceolatae sterilibus angustiores crassae coriaceae etiam subtus pilis stellatis obsitae; pili vero stellati sub fructificationibus copiosiores sunt.* Fructificationes *ab apice ad medium usque tantum occurrunt.* Sori *subserriales irregulariter conferti.* W.

6. POLYPODIUM *heterophyllum.*

P. frondibus sterilibus subrotundo-ellipticis obtusis crenatis sessilibus, fertilibus lanceolatis

multoties longioribus repando-dentatis, soris solitariis, caudice filiformi setoso-squamoso radicante. W.

P. frondibus crenatis glabris, sterilibus subrotundis sessilibus, fertilibus lanceolatis, fructificationibus solitariis. *Sp pl.* 1543.

P. frondibus inciso-crenatis glabris, sterilibus subrotundis sessilibus, fertilibus lanceolatis, soris solitariis, surculo radicante. *Swartz synop. filic.* 26.

Lingua cervina heterophylla scandens et repens. *Plum. fil.* 105. *t.* 120.

Filix maculosa scandens, foliis rotundis et longis glabris. *Pet. fil.* 174. *t.* 15. *f.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 164.

Verschiedenblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Hispaniolae *umbrosis humidis.* 2.

* 7. POLYPODIUM *macrocarpum.*

P. frondibus subtus punctato-lepidotis, sterilibus lanceolatis integerrimis utrinque acutis, fertilibus lineari-lanceolatis, soris solitariis convexis amplissimis, caudice repente. W.

P. surculo repente, frondibus integerrimis acutis, fertilibus longioribus gracilioribus, soris convexo-concavis amplissimis. *Bory in litt.*

Grosfrüchtiger Engelsüfs. W.

Habitat in insula Borboniae. 2. *(v. s.)*

Caudicem *non vidi.* Frondes *steriles fere quadripollicares lanceolatae utrinque acutae integerrimae glabrae subtus squamis subrotundis adpressis sparsis membranaceis flavescentibus, medio fuscis, parvis obsitae.* Frondes *fertiles lineari-lanceolatae parum longiores et subtus squamis sparsis tectae.* Sori *solitarii convexi, inferiores magnitudine fructus Ribesii rubri minoris, superiores sensim minores. In frondis adversa superficie ob convexos et elevatos soros foveae conspiciuntur.* W.

* 8. POLYPODIUM *serpens.*

P. frondibus sterilibus oblongis integerrimis, fertilibus lineari-lanceolatis repandis, soris solitariis, caudice paleaceo-squamoso radicante. W.

P. frondibus integris glabris, sterilibus ovatis, fertilibus lanceolato-linearibus subundulatis, soris solitariis, surculo hirto radicante. *Swartz synop. filic.* 26.

P. frondibus lanceolato-linearibus glabris subundulatis, fructificationibus solitariis, surculo hirsuto radicante. *Swartz prod.* 131. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1633.*

Lingua cervina scandens, angustis et undosis foliis. *Plum. fil.* 105. *t.* 121.

Filix maculata scandens, caulibus squamosis angustifolia. *Petiv. fil.* 13. *t.* 4. *f.* 16.

Baum-Engelsüfs. W.

Habitat in Hispaniolae *truncis et ramis arborum.* 24. *(v. s.)*

* 9. POLYPODIUM *enerve.*

P. frondibus glabris integerrimis uninerviis, sterilibus ovatis, fertilibus longioribus lanceolatis, soris sparsis. W.

P. frondibus integris subrevolutis enerviis glabris, sterilibus ovatis, fertilibus lanceolatis longioribus, soris sparsis in lineis longitudinalibus parallelis. *Swartz synop. filic.* 28.

P. foliis glabris integerrimis petiolatis, sterilibus ovatis, fertilibus lanceolatis longioribus, fructificationibus sparsis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 601.*

Aderloser Engelsüfs. W.

Habitat in insulis Marianis. 24.

Frondes *costa media tantum nec venis lateralibus instructae, ergo non enerviae, sed aveniae sunt.* W.

†† *Frondibus simplicibus indivisis uniformibus.*

* 10. POLYPODIUM *salicifolium.* W.

P. frondibus linearibus basi et apice acuminatis elevato-venosis glabris integerrimis, soris solitariis, caudice filiformi setoso-paleaceo repente. W.

Weidenblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Brasilia. 4. *(v. s.) Com. de Hoffmannsegg.*

Caudex *filiformis repens paleis setaceis undique tectus.* Frondes *brevissime stipitatae quadri- seu quinquepollicares angustissimae lineares utrinque attenuatae glabrae integerrimae.* Sori *subrotundi solitarii magnitudine capituli acus. Differt a P. lycopodioide:* paleis *caudicis angustioribus ciliatis*, frondibus *linearibus longioribus elevato-venosis.* W.

* 11. POLYPODIUM *marginale.*

P. frondibus lineari-lanceolatis utrinque attenuatis, subtus punctato-lepidotis, soris solitariis submarginalibus, caudice repente paleaceo. W.

P. surculo repente, frondibus lineari-acutis glabris subpunctatis, soris lateralibus. *Bory in litt.*

Randfrüchtiger Engelsüfs. W.

Habitat in arboribus emortuis insulae Borboniae. 4. *(v. s.)*

Caudex *filiformis tenuis repens paleis lanceolatis fuscis tectus.* Frondes *tri- vel quadripollicares lineari-lanceolatae utrinque acutae coriaceae subcanaliculatae integerrimae, subtus squamis raris subrotundis minutis sparsis diaphanis medio fuscis obsitae.* Sori *solitarii margini valde approximati, ut demum marginales videntur. Valde simile P. macrocarpo, sed praecipue* frondibus *angustioribus et* soris *submarginalibus minoribus diversum.* W.

12. POLYPODIUM *lycopodioides.*

P. frondibus lanceolatis integerrimis glabris, soris solitariis, caudice filiformi setoso-paleaceo repente. W.

P. frondibus lanceolatis integerrimis glabris, fructificationibus solitariis, surculo squamoso repente. *Sp. pl.* 1542. *Hort. cliff.* 474. *Swartz synop. filic.* 25.

Lingua cervina scandens, caulibus squamosis. *Plum. fil.* 104. *t.* 119.

Phyllitis scandens caulibus squamosis. *Plum. amer.* 29. *t.* 42. *Raj. suppl.* 53.

Phyllitis minor scandens foliis angustis. *Sloan. jam.* 15. *hist.* 1. *p.* 73.

Filix maculata scandens, caulibus squamosis. *Petiv. fil.* 12. *t.* 4. *f.* 15.

Filix sarmentosa bifrons s. Dryopteris scandens jamaicensis inter filicem et lycopodium media. *Pluk. alm.* 156. *t.* 290. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 162.

Bärlappenartiger Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis Martinicae, Hispaniolae, Jamaicae, Cumanae, *inque insula* Mauritii. 24. (*v. s.*)

Frondes *lanceolatae, interdum lineari-lanceolatae, venae obscurae.* Sori *impressi ut in P. salicifolio.* W.

* 13. POLYPODIUM *mauritianum.*

P. frondibus lanceolatis obtusis basi angustatis integerrimis glabris, soris solitariis, caudice filiformi setoso-paleaceo repente. W.

Mauritii-Engelsüfs. W.

Habitat in rupibus insulae Mauritii. 24. *Bory de St. Vincent.* (*v. s.*)

Caudex *ramosissimus repens undique paleis fuscis cuspidatis obsolete denticulatis dense obsitus.* Frondes *bipollicares obtusae basi angustatae lanceolatae integerrimae glabrae.* Sori *subrotundi solitarii. Differt a praecedente:* fronde *obtusa et soris non impressis.* W.

* 14. POLYPODIUM *stellatum.*

P. frondibus linearibus integerrimis basi angustatis apice obtusis, subtus incanis, soris solitariis, caudice filiformi hirsuto repente. W.

P. frondibus lanceolato-linearibus obtusis integerrimis subtus incanis, fructificationibus solitariis, surculis repentibus hirsutis. *Vahl. symb.* 3. *p.* 104.* *Swartz synop. filic.* 25. *Schkuhr. crypt. p.* 10. *t.* 8.

P. *(serpens)* frondibus linearibus obtusis pubescentibus, fructificationibus serialibus, stolonibus repentibus. *Forst. prod.* 435.

Sternhaariger Engelsüfs. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 24.

* 15. POLYPODIUM *percussum.*

P. frondibus lanceolatis integerrimis longissime cuspidato-acuminatis, supra foveis a soris adversae paginae ortis instructis, subtus squamulosis, soris solitariis, caudice filiformi squamoso repente. W.

P. frondibus lanceolatis integerrimis acumine producto, glabris, subtus squamulosis, soris solitariis. surculo squamoso repente. *Swartz synop. filic.* 26.

P. foliis lanceolatis integerrimis acumine producto glabris, fructificationibus solitariis, surculo squamoso. *Cav. prael.* 1801. *n.* 594.

Langspitziger Engelsüfs. W.

Habitat in insulis Marianis *inque* Para *et insula* Catharina Brasiliae. 24. *(v. s.)*

Frondes *octo- seu decempollicares.* Cav. l. c.

Caudex *filiformis ramosus repens paleis subulatis obtectus.* Frondes *stipitatae septempollicares lanceolatae basi in stipitem attenuatae, apice valde et longissime acuminatae, supra foveis a soris adversa superficie positis instructae, subtus squamis sparsis paleaceis irregularibus obsitae.* Sori *solitarii convexi.* W.

* 16. POLYPODIUM *rostratum.* †

P. frondibus lanceolatis integerrimis glabris rostratis, soris solitariis, caudice filiformi squamoso repente. *Swartz synop. filic.* 26. *Cav. prael.* 1801. *n.* 595.

Geschnäbelter Engelsüfs. W.

Habitat in monte St. Antonii *in regno* Quitensi. 24.

* 17. POLYPODIUM *obtusum.* †

P. frondibus lineari-ellipticis undulatis pellucidis, soris solitariis, caudice subnudo radicante. *Swartz synop. filic.* 26. *Lam. encycl.* 5. *p.* 510.*

Stumpfer Engelsüfs. W.

Habitat . . . . . 24.

* 18. POLYPODIUM *peltatum.* †

P. frondibus lineari-lanceolatis squamosis, squamis concavis, soris solitariis, caudice squamoso repente. W.

P. frondibus lineari-lanceolatis, tectis peltis concavis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 26. *Cav. prael.* 1801. *n.* 597.*

Schildförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in truncis arborum insularum Marianarum. 24.

Frondes *lanceolato-lineares tri- s. quadripollicares* 1 *s.* 3 *lineas latae, supra virides squamis concavis albis sparsis, subtus squamis concavis innumeris ferrugineis tectae.* Stipes *semipollicaris.* Cav. l. c.

* 19. POLYPODIUM *ensifolium.* W.

P. frondibus linearibus ensiformibus utrinque attenuatis integerrimis glabris, soris sparsis. W.

Schwerdblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Peru *prope* Obragillo. 24. *(v. s.)*

Habitu *simillimum Vittariae lineari et ensiformi, sed fructificatio diversa.* Radix *horizontalis fusca.* Frondes 7-10-*pollicares angu-*

stae lineares utrinque valde attenuatae glabrae curvatae; et inde fere ensiformes, margine integerrimae revolutae. Stipites *capillares brevissimi.* Sori *minuti plerumque duo inter venarum spatium, sed irregulariter positi.* W.

* 20. POLYPODIUM *angustifolium.*

P. frondibus lineari-lanceolatis longissimis rigidis margine convexis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 27.

P. frondibus lineari-lanceolatis acuminatis longissimis rigidis, margine convexo, fructificationibus solitariis alternis, surculo repente. *Swartz prod.* 130. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1627.*

Schmalblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaicae *altis montibus ad muscosas arborum radices.* 4. *(v. s. s. fructif.)*

* 21. POLYPODIUM *surinamense.*

P. frondibus linearibus obtusis basi attenuatis glabris remote serratis, soris solitariis. W.

P. fronde lineari remote serrulata glabra, fructificationibus solitariis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 285. *t.* 21. *f.* 4.*

P. frondibus linearibus remote serratis glabris, soris solitariis. *Swartz synop. filic* 27.

Surinamischer Engelsüfs. W.

Habitat Surinami. 4.

22. POLYPODIUM *lanceolatum.*

P. frondibus lanceolatis integerrimis subrepandis rigidis subsquamosis glabrisve utrinque attenuatis, soris solitariis, caudice repente demum nudo. W.

P. frondibus lanceolatis integerrimis glabris, fructificationibus solitariis, surculo nudo. *Sp. pl.* 1542.

P. frondibus lanceolatis integris glabris vel subsquamosis rigidis erectis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 26.

Lingua cervina pulvisculo aureo posterius obducta. *Plum. fil.* 119. *t.* 137.

Phyllitis folio longo, angustifolia, maculis majoribus. *Pet. fil.* 8. *t.* 6. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 162.

Lanzettförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis Jamaicae, Hispaniolae. 24. *(v. s.)*

Caudex *junior paleis obductus, quae postea decidunt.* Frondes *glabrae vel squamulis raris dissitis demum evanescentibus obsitae, margine integerrimae vel leviter repandae.* W.

* 23. POLYPODIUM *simplex.*

P. frondibus lanceolatis integerrimis subrepandis tenuibus glabris, basi angustatis apice acuminatis, soris solitariis, caudice repente glabro. W.

P. frondibus elliptico-lanceolatis integris subrepandis erectis glabris, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 27. *et* 223.*

Polypodium lanceolatum. *Lam. illust. gen. t.* 866. *f.* 4.

Einfacher Engelsüfs. W.

Habitat in insula Borboniae. 24.

Valde simile praecedenti sed tenuitate frondis magis repandae diversum. W.

* 24. POLYPODIUM *angustatum.*

P. frondibus lanceolatis elongato-attenuatis basi cuneatis, subtus cano-pubescentibus, soris solitariis, caudice repente, ramis junioribus paleaceo-squamosis. W.

P. frondibus lato-lanceolatis apice elongato-attenuatis, subtus incano-pubescentibus, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 27. *et* 224.*

Schmaler Engelsüfs. W.

Habitat in Tranquebaria. 24. *(v. s.)*

Caudex *repens filiformis ramosus niger glaber; rami juniores paleis fuscis obsiti.* Frondes *sexpollicares vel pedales subtus canae, pilis copiosis stellatis tectae.* W.

* 25. POLYPODIUM *undulatum*. W. †

P. frondibus lineari-lanceolatis utrinque acutis supra glabris, subtus pubescentibus, margine undulato. W.

Wellenblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Tranquebaria. 4. *(v. s. s. fructif.)*

Frondes *pedales pollicem vel sesquipollicem latae, lineari-lanceolatae integerrimae, basi apiceque acutae, margine tenuissime undulatae, ac si crenatae essent, praesertim apicem versus, venis tenuissimis copiosis rectis parallelis striatae, glabrae, subtus molliter tenuissime pubescentes virides.* Pili *brevissimi simplices.* Stipes *tri- s. quadripollicaris.* Fructificationem *non vidi.* W.

* 26. POLYPODIUM *longifolium*.

P. frondibus lineari-lanceolatis, basi longissime attenuatis, subtus canis tomentosis, soris serialibus. *Swartz synop. filic.* 28.

P. foliis sublinearibus petiolatis subtus canis tomentosis, fructificationibus serialibus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 599.

Langblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in vulcano Tunguragua. 4.

Frondes *sesquipedales semipollicem latae.* Cav. l. c.

* 27. POLYPODIUM *taeniosum*.

P. frondibus lineari-lanceolatis basi longissime attenuatis subrepandis glaberrimis, soris sparsis. W.

Polypodium taeniosum. *Humboldt et Bonpland.*

Bandartiger Engelsüfs. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 4. *(v. s.)*

Radix *horizontalis fusca.* Frondes *sesquivel bipedales lineares vix semipollicem latae, basi valde et longissime attenuatae, margine integerrimae subrepandae utrinque glabrae.* Stipes *bi- s. tripollicaris.* Sori *minuti sparsi.* W.

28. POLYPODIUM *acrostichoides.*

P. frondibus linearibus utrinque acuminatis subtus incano-tomentosis, soris confertis, caudice radicante squamoso. W.

P. frondibus linearibus integris glabris, fructificationibus confertis. *Forst. prod. n.* 434.

P. frondibus lineari-lanceolatis subtus incano-tomentosis e surculo squamoso radicante, soris confertis. *Swartz synop. filic.* 29. *et* 225.*

Acrostichum *(lanceolatum)* frondibus linearilanceolatis acutis, surculo scandente. *Sp. pl.* 1513. *Fl. zeyl.* 380.* *Amoen. acad.* 1. *p.* 148.

Tiri-pana. *Rheed. mal.* 12. *p.* 141. *t.* 74.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 75.

Staubfarrnartiger Engelsüfs. W.

Habitat in India *orientali et* Societatis *insulis.* 24.

* 29. POLYPODIUM *fasciale.*

P. frondibus lineari-lanceolatis glabris cuspidatis apice repandis, soris biserialibus, caudice repente glabro. W.

Polypodium fasciale. *Humboldt et Bonpland.*

Lingua cervina longis angustis et undulatis foliis minor. *Plum. fil.* 112. *t.* 127. *f. B.*

Bandähnlicher Engelsüfs. W.

Habitat in arboribus Americae *meridionalis prope* Caripe. 24. *(v. s.)*

Caudex *ramosus repens glaber.* Frondes *pedales et longiores pollicem latae, linearilanceolatae basi attenuatae apice cuspidatae repandae basi integerrimae utrinque glabrae.* Stipes *semipollicaris et brevior.* Sori *parvi biseriales. A sequentibus affinibus satis distinctum* fronde *cuspidata apice inaequaliter repanda.* W.

* 30. POLYPODIUM *repens.*

P. frondibus lanceolatis immarginatis acuminatis, basi attenuatis subrepandis, glabris, soris biserialibus, caudice glabro repente nodoso. W.

P. frondibus e surculo repente lanceolatis acuminatis integris sublucidis venis flexuosis, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 29.

P. frondibus lanceolatis acuminatis glabris integris, fructificationibus sparsis, surculo repente. *Swartz prod.* 130. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1635.

P. fronde lanceolata integerrima longissima. *Aubl. guj.* 2. *p.* 962.

Lingua cervina radice repente viridi punctulisque nigris notata. *Plum. fil.* 117. *t.* 134. *Petiv. fil. t.* 6. *f.* 9.

β. P. *(comosum)* frondibus lanceolatis glabris integerrimis, apice multifido, fructificationibus sparsis. *Sp. pl.* 1543. *Swartz synop. filic.* 30.

Lingua cervina multifido cacumine laciniata. *Plum. fil.* 115. *t.* 131.

Phyllitis folio longo apice palmato. *Petiv. fil.* 6. *t.* 6. *f.* 11.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 165.

Kriechender Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaicae, Hispaniolae *et* Gujanae *truncis arborum.* 24. *(v. s.)*

Polypodium comosum hujus videtur varietas monstrosa, nec vera species. W.

31. POLYPODIUM *phyllitidis.*

P. frondibus lanceolatis marginatis acutis basi attenuatis glabris, soris biserialibus. W.

P. frondibus lanceolatis glabris integerrimis, fructificationibus sparsis. *Sp. pl.* 1543.

P. frondibus lanceolatis integris marginatis, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 28.

P. linguae cervinae folio majus. *Plum. amer.* 26. *t.* 38. *Raj. suppl.* 52.

Lingua cervina longis angustis et undulatis foliis major. *Plum. fil.* 114. *t.* 130.

Phyllitis folio longo et marginato. *Petiv. fil.* 5. *t.* 6. *f.* 10.

Phyllitis folio non sinuato tenuiori, rotundis

pulverulentis maculis aversa parte punctato. *Sloan. jam.* 14. *hist.* 1. *p.* 72.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst 13. *p.* 164.
Hirschzungenartiger Engelsüfs. W.
Habitat in sylvis Antillarum. 24. *(v. s.)*

* 32. POLYPODIUM *excavatum.*

P. frondibus lanceolatis utrinque acuminatis integerrimis glabris, soris solitariis elevatis. W.
P. surculo repente, frondibus lanceolato-linearibus, sterilibus brevioribus, soris serialibus, convexo-concavis. *Bory in litt.*
Ausgehöhlter Engelsüfs. W.
Habitat in insulae Mauritii et Borboniae *arboribus.* 24. *(v. s.)*

Caudex *repens paleaceus.* Frondes *fructificantes pedales lineari-lanceolatae basi valde in stipitem levem attenuatae, apice longissime acuminatae, margine integerrimae, supra ob soros oppositos excavatae, utrinque glabrae.* Sori *solitarii convexi magnitudine lentis.* Frondes *steriles ex auctoritate Clariss. Bory de St. Vincent breviores sunt.* W.

* 33. POLYPODIUM *ensatum.*

P. frondibus elliptico-ensiformibus glabris, margine integerrimo repandove, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 29.
P. fronde elliptico-ensiformi glabra integra, fructificationibus sparsis. *Thunb. Act. Soc. Lin. Lond.* 2. *p.* 341.
Polypodium phyllitis. *Thunb. jap.* 335.
Schwerdförmiger Engelsüfs. W.
Habitat in Japonia. 24.

Frons *elliptico-ensiformis acuminata integerrima erecta glabra spithamaea usque pedalis.* Fructificationis *puncta solitaria, juxta costam mediam in apice, duo vel plura inter nervos in medio, orbiculata.* Thunb. l. c.

* 34. POLYPODIUM *polycarpon.*

P. frondibus oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis marginatis glabris, subtus reticulato-venosis, soris multiserialibus confertis. W.

P. frondibus lanceolato-oblongis acuminatis integris, subtus reticulato-venosis, soris sparsis contiguis. *Swartz synop. filic.* 30. *et* 227.

P. foliis lanceolatis integerrimis petiolatis glabris, fructificationibus sparsis. *Cav. prael.* 1801. *p.* 246?

Vielfrüchtiger Engelsüfs. W.

Habitat in insula Mauritii, Java. 4. *(v. s.)*

Frondes *bipedales binos pollices et ultra latae.* Sori *parvi subrotundi conferti multiseriales demum confluentes.* W.

35. POLYPODIUM *lingulatum.*

P. frondibus cordato-lingulatis acuminatis integerrimis, supra punctatis, soris multiserialibus contiguis. *Swartz synop. filic.* 30.

Acrostichum *(punctatum)* frondibus cordato-lingulatis acuminatis integerrimis supra punctatis. *Sp. pl.* 1524.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 86.

Zungenförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in China. 4.

Simillimum Scolopendrio facie, statura, figura, magnitudine, consistentia. Frondium *pagina superior nuda, adspersa punctis raris minimis, inferior vero punctis seminalibus confertis luteis.* Stipes *nudus subquadrangularis. Chinensibus officinalis.* Sp. pl. l. c.

* 36. POLYPODIUM *laevigatum.* †

P. frondibus lanceolatis acuminatis integerrimis glaberrimis, soris serialibus confertis. *Swartz synop. filic.* 28.

P. foliis lanceolatis acuminatis, fructificationibus serialibus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 598.

Glatter Engelsüfs. W.
Habitat in America *meridionali.* 2.
Frondes *sex- s. septempollicares sesquipollicem latae.* Stipes *pollicaris.* Cav. l. c.

* 37. POLYPODIUM *irioides.* †
P. frondibus amplissimis ensiformibus integerrimis glabris reticulato-venosis, soris multiserialibus minimis. *Swartz synop. filic* 28. *Lam. encycl.* 5. *p.* 513.
Schwertelartiger Engelsüfs. W.
Habitat in insula Mauritii. 2.

* 38. POLYPODIUM *lapathifolium.* †
P. frondibus lanceolato-acuminatis subsinuatis mollibus, soris multiserialibus minimis. *Swartz synop. filic.* 28. *Lam. encycl.* 5. *p.* 514.
Ampferblättriger Engelsüfs. W.
Habitat in America *meridionali.* 2.

* 39. POLYPODIUM *immersum.*
P. frondibus oblongo-lanceolatis oblongisve obtusissimis basi acutis integerrimis glabris, fructificationibus serialibus immersis. *Vahl. symb.* 3. *p.* 104. *Swartz synop. filic.* 28.
Versencktfrüchtiger Engelsüfs. W.
Habitat in India *orientali.* 2.
Stipites *plures aggregati unguiculares vel pollicares, supra planiusculi, subtus carinati glabri laeves.* Frondes *indivisae tri- vel quadripollicares lanceolato-oblongae, pollicem latae, interdum oblongae medio dilatatae, pollices binos latae integerrimae, basi parum attenuatae acutae, apice obtusissimae crassiusculae, vix venosae, glaberrimae.* Fructificationes *ratione frondis magnae, in serie duplici longitudinaliter digestae, substantia frondis immersae.* Vahl. l. c.

* 40. POLYPODIUM *platyphyllum.* †
P. frondibus lato-lanceolatis marginatis, paral-

lele venosis coriaceis, soris serialibus immersis minimis. *Swartz synop. filic.* 27. *Lam. encycl.* 5. *p.* 513.
Breiter Engelsüfs. W.
Habitat in America? 24.

* 41. POLYPODIUM *porrectum.* W.

P. frondibus oblongo-lanceolatis glabris integerrimis marginatis utrinque attenuato-acuminatis, soris serialibus. W.
Vorgestreckter Engelsüfs. W.
Habitat in sylvis umbrosis ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Frondes *bipedales, duos pollices latae, oblongo-lanceolatae, margine integerrimae incrassato-marginatae glabrae, basi et apice longissime attenuatae acuminatae.* Sori *magni seriales. Accedit ad P. crassifolium, sed duplo angustius basi et apice valde attenuatum.* W.

42. POLYPODIUM *crassifolium.*

P. frondibus oblongis glabris integerrimis marginatis utrinque acutis, soris serialibus. W.
P. frondibus lanceolatis glabris integerrimis, fructificationibus serialibus. *Sp. pl.* 1543.
P. frondibus lato-lanceolatis integris glabris, soris serialibus. *Swartz synop. filic.* 27.
Phyllitis maculata amplissimo folio. *Petiv. fil.* 1. *p.* 6. *t.* 8.
Lingua cervina amplissimis foliis. *Plum. fil.* 107. *t.* 123.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 164.
Dickblättriger Engelsüfs. W.
Habitat in Jamaicae Hispaniolae, Cumanae *arboribus.* 24. *(v. s.)*

Frondes *tripedales, tres vel quatuor pollices latae.* W.

* 43. POLYPODIUM *plantagineum.*

P. frondibus ovato-oblongis obtusiusculis basi cuneatis integerrimis glabris, soris biserialibus. W.

P. frondibus lanceolato-oblongis glabris integerrimis, fructificationibus serialibus. *Jacq. Collect.* 2. *p.* 104. *t.* 3. *f.* 1.

P. frondibus lanceolato-oblongis integris venosis glabris, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 29.

Lingua cervina latifolia, pedunculis squamosis. *Plum. fil.* 112. *t.* 128?

Wegetrittblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Martinica. 24.

Plumieri filix ex eadem insula differt stipitibus et costis mediis paleaceis. W.

* 44. POLYPODIUM *stigmosum.*

P. frondibus lanceolato-oblongis acuminatis integerrimis supra punctatis, subtus ferrugineo-tomentosis, soris contiguis copiosis, tomento immersis. W.

P. frondibus lanceolato-oblongis acuminatis integerrimis supra punctatis, soris sparsis contiguis tomento ferrugineo involutis, surculo radicante. *Swartz synop. filic.* 29. *et* 226.*

Lingua cervina luconiensis foliis cubitalibus. *Petiv. gaz. t.* 61. *f.* 4?

Schwarzpunctirter Engelsüfs. W.

Habitat in Java. 24.

* 45. POLYPODIUM *Lingua.*

P. frondibus oblongis obtusis integerrimis supra glabris, subtus ferrugineo-tomentosis, soris contiguis copiosis. W.

P. frondibus oblongis obtusis integris glabris, subtus ferrugineo-tomentosis, soris contiguis globosis, surculo radicante. *Swartz synop. filic.* 29.

Acrostichum *(Lingua)* frondibus oblongis obtusis integris petiolatis, surculo repente. *Thunb. jap.* 330. *t.* 33.* *Schkuhr. crypt.* 1. *t.* 1.

Seki-Ji. *Kaempf. amoen.* 891.

Zungenblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in rupibus Japoniae. 24. *(v. s.)*

††† *Frondibus simplicibus partitis lobatisve.*

* 46. POLYPODIUM *lineare.*

P. frondibus lineari-lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis, bifidisque, soris solitariis. W.

P. frondibus lineari-lanceolatis furcatisve glabris, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 27.

P. frondibus lineari-lanceolatis integris glabris, fructificationibus solitariis. *Thunb. jap.* 335.* *Ejusd. Icones pl. jap. dec.* 2. *t.* 19.

Linienförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in rupibus Japoniae. 4.

* 47. POLYPODIUM *multifidum.*

P. frondibus lineari-lanceolatis integerrimis simplicibus bi-trifidisve, soris globosis solitariis. *Swartz synop. filic.* 27.

P. frondibus lineari-lanceolatis acutis, simplicibus bifidis, trifidisve. *Bory itin.* 2. *p.* 193. *t.* 20. *f.* 2.*

Vieltheiliger Engelsüfs. W.

Habitat in insulae Borboniae *ramis arborum.* 4. *(v. s.)*

A praecedenti abunde diversum: Frondibus *angustioribus apice tantum fructificantibus,* soris *majoribus supra marginem elevatis.* W.

* 48. POLYPODIUM *tricuspe.*

P. frondibus trilobo-hastatis integerrimis supra glabris, subtus cano-tomentosis, soris contiguis. W.

P. frondibus hastatis lobo medio lanceolato soris sparsis tomento incano involutis. *Swartz synop. filic.* 30.

Acrostichum *(hastatum)* fronde simplici hastata. *Thunb. jap.* 331. *t.* 34.*

Dreispitziger Engelsüfs. W.

Habitat in Japoniae *nemoribus.* 4.

* 49. POLYPODIUM *biforme.*

P. frondibus integerrimis, sterilibus lanceolatis sessilibus, fertilibus palmatis stipitatis, soris solitariis. W.

P. frondibus simplicibus heterophyllis, sterilibus lanceolatis integerrimis, fertilibus palmatis, fructificationibus solitariis. *Loureiro cochin.* 2. *p.* 827.*

Zweigestaltiger Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis Cochinchinae. 24.

* 50. POLYPODIUM *lobatum.*

P. frondibus cordatis trilobis dentatis, lobo intermedio elongato subsinuato, soris solitariis. W.

Polypodium lobatum. *Richard in litt.*

Gelappter Engelsüfs. W.

Habitat in insulis Bahamensibus. 24. *(v. s.)*

Radix *fibrosa nigra.* Frondes *bi- s. tripollicares glabrae cordatae trilobae, lobis lateralibus ovatis obtusiusculis, externe grosse inaequaliter dentatis, vel potius profunde repandis; lobo intermedio duplo reliquis longiore valde attenuato, basi sinuato-pinnatifido, superne repando.* Stipites *tri- s. sexpollicares glabri.* W.

* 51. POLYPODIUM *trilobum.* †

P. frondibus profunde tripartitis, lobis lanceolatis serrulatis, intermedio longiore, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 30. *Cav. prael.* 1801. *n.* 604.

Dreilappiger Engelsüfs. W.

Habitat in Chili. 24.

Pluk. t. 404. *f.* 1. *filicem hanc repraesentat, sed deest margo serrulatus.* Cav. l. c.

* 52. POLYPODIUM *hastatum.*

P. frondibus profunde tripartitis, lobis lanceolatis acuminatis repandis intermedio longiore, soris solitariis. W.

P. fronde trifido-hastata. *Thunb. jap.* 335.* *Ejusd. Icon. pl. jap. dec.* 3. *t.* 30.
P. frondibus oblongis hastato-trilobis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 30.
Spontonförmiger Engelsüfs. W.
Habitat in montibus Japoniae. 4.

53. POLYPODIUM *trifurcatum.*

P. frondibus lanceolatis repando-sinuatis basi cuneatis, apice trifidis, laciniis lanceolatis patentibus, soris serialibus. W.
P. frondibus lanceolatis glabris repando-sinuatis, apice trilobis. *Sp. pl.* 1543. *Swartz synop. filic.* 30.
Lingua cervina sinuosa in summitate trisulca. *Plum. fil.* 120. *t.* 138.
P. vulgare, summo trifido. *Petiv. fil.* 34. *t.* 15. *f.* 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 165.
Dreigablichter Engelsüfs. W.
Habitat in Martinicae *truncis arborum vetustis.* 4.
Videtur species distincta, nec varietas monstrosa alicujus Polypodii. W.

†††† *Frondibus pinnatifidis.*

* 54. POLYPODIUM *ensiforme.*

P. frondibus trifidis pinnatifidisque, laciniis linearibus obtusis subserratis, foliis solitariis. *Swartz synop. filic.* 31.
P. frondibus simplicibus pinnatifidisque, lobis ensiformibus erectis serratis. *Thunb. prod.* 172.
P. *(triphyllum)* frondibus pinnatis, pinnis tribus alternis linearibus. *Jacq. Collect.* 3. *p.* 284. *t.* 22. *f.* 1.*
Schwertförmiger Engelsüfs. W.
Habitat ad Cap. b. spei. 4.

* 55. POLYPODIUM *Hemionitis.*

P. frondibus sterilibus stipitatis trilobatis, fertilibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis, soris se-

rialibus. *Swartz synop. filic.* 31. *Cav. prael.* 1801. *n.* 609.*
Verschiedenlappiger Engelsüfs. W.
Habitat in insulis Marianis. 24.

* 56. POLYPODIUM *scandens.*

P. frondibus pinnatifidis glabris, laciniis linearibus acuminatis integerrimis, terminali elongata lineari repanda obtusa, soris solitariis margini approximatis. W.
P. frondibus pinnatifidis laevibus, pinnis linearibus obtusis undulatis distantibus, stolonibus radicantibus scandentibus. *Forst. prod.* 437. *Schkuhr. crypt. p.* 11. *t.* 8.
P. frondibus pinnatifidis, laciniis linearibus remotis obtusis undulatis, stolonibus paleaceis radicantibus. *Swartz synop. filic.* 31. *et* 228.*
Laufender Engelsüfs. W.
Habitat in Societatis *insulis.* 24. *(v. s.)*

* 57. POLYPODIUM *leucatomos.*

P. frondibus pinnatifidis glabris, supra niveo-punctatis, laciniis lanceolatis acutis, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 31. *Lamarck encycl.* 5. *p.* 516.
Weifspunktirter Engelsüfs. W.
Habitat in Cajenna. 24.

* 58. POLYPODIUM *diversifolium.* W.

P. frondibus simplicibus, trilobis, pinnatifidisque, laciniis lanceolatis acutis oppositis, soris solitariis immersis, caudice repente paleaceo, paleis ovatis striatis. W.
P. *(scandens)* frondibus simplicibus lobatis pinnatifidisque, laciniis lineari-lanceolatis remotis undulatis, stolonibus paleaceis radicantibus, soris solitariis. *Billard. Nov. Holl.* 2. *p.* 91. *t.* 240. *exclusis synonymis.*
Neuholländischer Engelsüfs. W.
Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 24. *(v. s.)*

Caudex *repens crassitie pennae columbinae paleaceus.* Paleae *ovatae subdentatae striatae fuscae vel obtusae vel acutae.* Stipes *quadripollicaris.* Frons *tri- vel sexpollicaris simplex, triloba et pinnatifida in eodem caudice.* Frondes *pinnatifidae laciniis oppositis lineari-lanceolatis acutis.* Sori *magni subrotundi solitarii immersi. A P. scandente diversum:* fronde *crassiore lacinia terminali non elongata nec repanda,* soris *non marginalibus. Sequenti simillimum licet minus, differt vero:* laciniis *frondis non acuminatis,* soris *majoribus semper solitariis, demum* caudice *paleaceo, paleis ovatis striatis. In P. phymatode* caudex *adultus est glaber, et in apice junioris* paleae *tantum lineari-subulatae scabrae adsunt, qua nota facile distinguitur.* W.

59. POLYPODIUM *phymatodes.*

P. frondibus simplicibus trilobis pinnatifidisque, laciniis lanceolatis acuminatis oppositis, soris sparsis immersis, caudice repente demum nudo, juniore setaceo-paleaceo. W.

P. frondibus simplicibus trifidis quinquelobisve lanceolatis supra fructificationes verrucosis. *Mant.* 306. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 637. *Collect.* 4. *p.* 132.* *Schkuhr. crypt. p.* 10. *t.* 9. 17.

P. frondibus simplicibus lobatis pinnatifidisque, laciniis lanceolatis, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 30.

P. *(Scolopendria)* frondibus lanceolatis integris trilobis et quinquelobis, surculo repente. *Burm. ind.* 232.

P. vario modo divisum acutum et obtusum. *Burm. zeyl.* 196. *t.* 86.

Filix Hemionitis phymatodes. *Pluk. phyt.* 404. *f.* 5.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 168.

Warziger Engelsüfs. W.

Habitat in Indiae *orientalis arboribus.* 4. *(v. v.)*

Frondes *plerumque pinnatifidae in ramis junioribus quandoque simplices et trilobae.* W.

* 60. POLYPODIUM *alternifolium.* W.

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis subalternis distantibus linearibus attenuatis acuminatis, soris solitariis immersis. W.

Wechselblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)* *D. Klein.*

Frondes *semi- vel sesquipedales profunde pinnatifidae, laciniis tri- vel sexpollicaribus linearibus attenuatis acuminatis integerrimis plerumque alternis quandoque subopppositis.* Sori *solitarii immersi. Valde simile praecedenti, sed diversum* frondibus *profunde pinnatifidis, laciniis linearibus longioribus plerumque alternis et soris solitariis. Ad P. pustulatum accedit sororum dispositione sed differt:* laciniis *frondis paucioribus multo longioribus nec sensim apicem versus minoribus. Praecedenti valde simile, sed characteribus indicatis diversum.* W.

* 61. POLYPODIUM *grossum.*

P. frondibus pinnatifidis, laciniis oppositis lineari-lanceolatis distantibus, soris sparsis oblongis immersis. W.

Polypodium grossum. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 8.

Dickhufiger Engelsüfs. W.

Habitat in Nucahiva. 24. *(v. s.)*

Frondes *profunde pinnatifidae, laciniis distantibus lineari-lanceolatis obtusiusculis, inferioribus quadri- vel quinquepollicaribus, superioribus bipollicaribus et brevioribus.* Sori *sparsi magnitudine pisi oblongi immersi. Accedit valde ad P. phymatoden, sed laciniis longioribus lineari-lanceolatis obtusiusculis distantibus, sorisque duplo majoribus oblongis atque minus immersis satis distinctum.* W.

* 62. POLYPODIUM *pustulatum.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis subopppositis approximatis numerosis lanceolatis

acuminatis, superioribus sensim minoribus, soris solitariis immersis. W.

P. frondibus pinnatifidis laevibus, pinnis oblongis integris acuminatis. *Forst. prod. n.* 436.

P. frondibus pinnatifidis, laciniis oblongis acuminatis integris, superioribus sensim minoribus, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 31. *et* 229. *Schkuhr crypt. p.* 11. *t.* 10.

Blasiger Engelsüfs. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 24.

* 63. POLYPODIUM *dulce.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lanceolatis acuminatis repandis basi cordato-auriculatis, soris solitariis. W.

P. frondibus subpinnatis lanceolatis repandis laevibus, basi decurrentibus subauriculatis. *Swartz synop. filic.* 35.

P. glycyrrhizae sapore. *Plum. fil.* 62. *t.* 80. *Petiv. fil. t.* 7. *f.* 12.

Süfser Engelsüfs. W.

Habitat in Martinica. 24.

Simile P. aureo, sed laciniae *repandae, basi cordato-auriculatae et* sori *solitarii.* W.

64. POLYPODIUM *aureum.*

P. frondibus profunde pinnatifidis glaucescentibus, laciniis lanceolatis acuminatis integerrimis terminali elongata, soris laciniarum inferiorum sparsis, laciniae terminalis solitariis. W.

P. frondibus pinnatifidis laevibus, pinnis oblongis distantibus, infimis patulis, terminali maxima, fructificationibus serialibus. *Sp. pl.* 1546. *Schkuhr. crypt. p.* 13. *t.* 12. *mala.*

P. fronde pinnata, pinnis lanceolatis integerrimis basi connatis patulis, terminali maxima. *Hort. cliff.* 475.

P. frondibus pinnatifidis, laciniis oblongis distantibus venosis, infimis patulis, terminali maxima, soris subserialibus. *Swartz synop. filic.* 32.

P. majus aureum. *Plum. amer.* 25. *t.* 35. *fil.* 59. *t.* 76. *Raj. suppl.* 56.
P. maximum. *Petiv. fil.* 15. *t.* 7. *f.* 8.
P. jamaicense majus et elatius, alis longioribus, punctis aureis aversa parte notatis. *Moris. hist.* 3. *p.* 563.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 180.
Goldner Engelsüfs. W.
Habitat in Indiae *occidentalis truncis arborum vetustis.* 24. *(v. v.)*

* 65. POLYPODIUM *decumanum.* W.

P. frondibus profunde pinnatifidis glaucescentibus, laciniis lanceolatis acuminatis repando-serratis, soris serialibus. W.
Grofser Engelsüfs. W.
Habitat in Brasilia. 24. *(v. s.) Comes de Hoffmannsegg.*

Caudex *exacte ut in Polypodio aureo.* Stipes *laevis nitidus sesquipedalis, basi fere crassitie digiti minoris.* Frondes *tripedales profunde pinnatifidae, laciniis lanceolatis acuminatis, margine adpresso-serratis repandis, reticulato-venosis.* Sori *parvi subrotundi seriales. Habitu valde P. aureo similis, sed margine laciniarum repando-serrato, soris minoribus serialibus, venisque reticulatis frondis diversissimum.* W.

* 66. POLYPODIUM *latipes.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis subrepandis obtusis, soris subbiserialibus. W.
Polypodium latipes. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 10.
Breitbelaubter Engelsüfs. W.
Habitat in insula Catharina Brasiliae. 24.

67. POLYPODIUM *quercifolium.*

P. frondibus sterilibus ovatis cordatis sessilibus sinuato-dentatis obtusis, fertilibus profunde

pinnatifidis stipitatis, laciniis lanceolatis acutis, inferioribus obtusis, soris serialibus. W.

P. frondibus sterilibus brevioribus obtusis sinuatis, fructificantibus alterno-pinnatis lanceolatis. *Sp. pl.* 1547. *Fl. zeyl.* 382. *Hill. anat. t.* 10. *Schkuhr. crypt. p.* 13. *t.* 13.

P. frondibus sterilibus sessilibus ovatis sinuatis, fertilibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis. *Swartz synop. filic.* 32.

P. exoticum folio quercus. *Bauh. pin.* 359. *Moris. hist.* 3. *p.* 564. *s.* 14. *t.* 1. *f.* 15.

P. malabaricum foliis biformibus. *Petiv. mus.* 794. *Raj. suppl.* 57.

P. indicum. *Clus. exot.* 88. *t.* 89. *Pis. mant.* 195. *Rumph. amb.* 6. *p.* 78. *t.* 36.

Panna Keleago-marana. *Rheed. mal.* 12. *p.* 23. *t.* 11.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 181. *t.* 98. *f.* 2. *mala.*

Eichenblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Malabaria, Zeylona, Java, Moluccis, Nova Hollandia, China. 24. *(v. s.)*

* 68 POLYPOD'UM *sporadocarpum.* W.

P. frondibus profunde pinnatifidis glaucescentibus, laciniis lanceolatis obtusis subrepandis approximatis reticulato-venosis, terminali elongata, soris solitariis. W.

P. *(pseudoaureum)* foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis obtusis integerrimis, basi connatis, fructificationibus solitariis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 606.

Sparsamfrüchtiger Engelsüfs. W.

Habitat in America *meridionali.* 24. *(v. s.)*

Frondes *tripedales glaucescentes profunde pinnatifidae laciniis subrepandis sexpollicaribus pollicem latis lanceolatis obtusis approximatis, terminali duplo longiore.* Sori *solitarii.* Stipes *pedalis sesquipedalisve fuscus nitidissimus. Simillimum P. aureo sed:* laciniae *frondis ap-*

proximatae, forma fere frondium fertilium Polypodii quercifolii, denique sori *omnes solitarii.* W.

* 69. POLYPODIUM *areolatum.*

P. frondibus profunde pinnatifidis reticulato-venosis laciniis anguste lanceolatis acutiusculis approximatis infimis subreflexis superioribus sensim minoribus, terminali elongata obtusa, soris solitariis. W.

Polypodium areolatum. *Humboldt et Bonpland.* Netzförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in Cumana. 4. *(v. s.)*

Frondes *quinque- s. sexpollicares utrinque virides profunde pinnatifidae, laciniis sesquivel bipollicaribus anguste lanceolatis acutiusculis reticulato-venosis integerrimis, duabus infimis subreflexis, superioribus sensim minoribus, terminali obtusa duplo longiore.* Sori *solitarii.* Stipes *nitidus fuscus longitudine frondis.* W.

* 70. POLYPODIUM *catharinae.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusis integerrimis, superioribus sensim minoribus, terminali elongata, soris solitariis, caudice paleaceo. W.

Polypodium catharinae. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 9.

Catharinea-Engelsüfs. W.

Habitat in insula Catharina Brasiliae. 4.

71. POLYPODIUM *vulgare.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis obtusis crenulatis approximatis superioribus sensim minoribus, soris solitariis, caudice paleaceo. W.

P. frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis subserratis obtusis, radice squamata. *Sp. pl.* 1544. *Mat. med.* 226. *Scop. carn. n.* 1266. *Weifs. crypt.* 303. *Pollich. pal. n.* 961. *Blakw. t.* 215. *Kniph. cent.* 6. *n.* 72. *Smith. brit.* 2.

p. 1113. *Mich. amer.* 2. *p.* 271. *Swartz synop. filic.* 34. *Schkuhr. crypt. p.* 12. *t.* 11. *Hoffm. germ.* 2. *p.* 4. *Roth. germ. I.* 447. *III.* 41.

P. fronde pinnata, pinnis lanceolatis indivisis serrulatis alternis connato-sessilibus. *Hort. cliff.* 475. *Fl. suec.* 845; 944. *Roy lugdb.* 499. *Dalib. paris.* 311.

P. foliis pinnatis lanceolatis radice squamata. *Hall. helv. n.* 1696.

P. pinnatum, pinnis lanceolatis integris. *Fl. lapp.* 380.

P. vulgare. *Bauh. pin.* 359. *Plum. fil.* 27. *t. A. f.* 2.

P. majus et minus. *Dod. pempt.* 464. *Bauh. pin.* 359.

Filicula s. Polypodium. *Cam. epit.* 993.

β. P. *auritum* laciniis frondis inferioribus basi superiore auriculatis, auriculis lanceolatis. W.

γ. P. *serratum* frondibus majoribus evidenter serratis. W.

P. murale pinnulis serratis. *Raj. synop.* 117.

P. majus serrato folio. *Barr. ic. t.* 38.

δ. P. *sinuatum* laciniis frondis sinuatis. W.

P. vulgare lobis proliferis. *Bolt. fil.* 33. *t.* 2. *f.* 5. 6. *Schkuhr. crypt. t.* 17.

ε. P. *cambricum* laciniis frondis pinnatifido-dentatis. W.

P. *(cambricum)* frondibus pinnatifidis, pinnis lanceolatis lacero-pinnatifidis serratis. *Sp. pl.* 1546. *Gouan Monsp.* 527.

P. fronde pinnatifida, foliolis lanceolatis sinuato-pinnatifidis. *Hort. cliff.* 475. *Roy. lugdb.* 499.

Polypodium vulgare β. *Huds. angl.* 455. *Bolt. fil. t.* 2. *f.* 5. 6.

P. cambro-britannicum, lobis foliorum profunde dentatis. *Moris. hist.* 3. *p.* 565. *s.* 14. *t.* 2. *f.* 8.

P. cambro-britannicum, pinnulis ad margines laciniatis. *Raj. hist.* 137. *synop.* 117.

Filix amplissima, lobis foliorum laciniatis cambrica. *Pluk. alm.* 153. *t.* 30. *f.* 1.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 171. 179.
Gemeiner Engelsüfs. W.
Habitat in Europae *rupium rimis, arborum truncis et sylvis umbrosis, inque* America *boreali.* 24. *(v. v.)*

72. POLYPODIUM *virginianum.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusis integerrimis approximatis, superioribus sensim minoribus, soris solitariis, caudice nudo. W.
P. frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis subserratis obtusis, radice laevi. *Sp. pl.* 1545. *Swartz synop. filic.* 34.
P. minus vulgaris facie. *Petiv. fil.* 22. *t.* 7. *f.* 9.
P. radice tenui et repente. *Plum. amer.* 25. *t.* 36. *fil.* 60. *t.* 77. *Raj. suppl.* 56.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 173.
Glattwurzlicher Engelsüfs. W.
Habitat in Hispaniolae *sylvis, inque* Virginia? 24.
Caudice *non paleaceo praecipue a praecedente discrepat. Ex America boreali semper P. vulgare sub hoc nomine accepi.* W.

73. POLYPODIUM *incanum.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis alternis linearibus integerrimis obtusis superioribus sensim minoribus, subtus stipiteque squamulosis, apice fructiferis, soris solitariis. W.
P. frondibus subpinnatis, laciniis lanceolatis obtusis integris, subtus stipitibusque squamulosis. *Swartz synop. filic.* 35. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1645.*
P. *(ceteraccinum)* fronde pinnata, pinnis oblongis integerrimis obtusis, subtus stipiteque squamulosis, punctis utrinque uniserialibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 271.
Acrostichum *(polypodioides)* frondibus pinnatifidis, pinnis linearibus obtusis integerrimis

patentibus connatis, stipite squamoso. *Sp. pl.* 1525. *Amoen. acad.* 1. *p.* 155.*

Acrostichum fronde pinnata, foliolis linearibus alternis sessilibus, terminali plerumque trifida. *Gron. virg.* 198.

Acrostichum acaule, fronde pinnatifida ad nervum divisa, lobis linearibus basi adnatis. *Brown. jam.* 105.

P. minus virginianum, foliis brevibus subtus argenteis. *Moris. hist.* 3. *p.* 563. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 5.

P. minus, pinnulis raris subtus cinereis. *Sloan. jam.* 16. *hist.* 1. *p.* 79.

Filix polypodium dicta minima jamaicensis, foliis aversa parte pulvere asplenii ritu circumque respersis. *Pluk. alm.* 153. *t.* 289. *f.* 1.

β. Acrostichum *(ferrugineum)* frondibus pinnatifidis, pinnis linearibus acutis patentibus integerrimis connatis, stipite laevi. *Sp. pl.* 1525.

Filicis folio Polypodium ferruginosum minus. *Pluk. phytog.* 89. *f.* 9.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 84.

Grauer Engelsüfs. W.

Habitat arborum truncis Kentucky, Tennassée, Floridae, *inque altis montibus* Jamaicae, Cumanae. 24. *(v. s.)*

74. POLYPODIUM *argyratum.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, subtus albido-furfuraceis, laciniis lanceolatis integerrimis, inferioribus summisque oppositis, soris solitariis marginalibus. W.

P. frondibus subpinnatis acutis, laciniis acutis subdentatis, subtus argentatis, soris flavo-luteis marginalibus. *Bory in litt.*

Versilberter Engelsüfs. W.

Habitat in altis montibus insulae Borboniae. 24. *(v. s.)*

Stipes *sesquipollicaris punctis furfuraceis sparsis albicantibus obsitus.* Frondes *tri- vel quinquepollicares profunde pinnatifidae ut fere pinnatae videntur, subtus furfuraceo-albidae ac*

si Mucore obductae essent, quandoque argenteae ut in Acrosticho calomelano. Laciniae *lanceolatae acutae summae et inferiores oppositae, mediae alternae, integerrimae, videntur dentatae, ob soros prominentes marginales,* apice *acutae.* Sori *solitarii marginales conferti.* W.

75. POLYPODIUM *loriceum.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis repandis superioribus sensim minoribus horizontalibus, basi sursum coadunatis, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatifidis laevibus, pinnis lanceolatis distantibus horizontalibus repandis. *Sp. pl.* 1546.

P. frondibus subpinnatis, laciniis lanceolatis repandis horizontalibus distantibus laevibus, basi sursum coadunatis. *Swartz synop. filic.* 35.

P. radice subcaerulea et punctata. *Plum. fil.* 60. *t.* 78. *Petiv. fil. t.* 7. *f.* 10.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 178.

Riemenförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaica, Martinica. 24. *(v. s.)*

76. POLYPODIUM *Struthionis.* †

P. frondibus profunde pinnatifidis basi truncatis, laciniis linearibus obtusis repandis approximatis horizontalibus parallelis. W.

P. frondibus pinnatis, lobis approximatis ensiformibus repandis horizontalibus. *Sp. pl.* 1545. *Swartz synop. filic.* 35.

P. fronde pinnata, foliolis lanceolato-linearibus nudiusculis acuminatis oppositis connatis. *Hort. cliff.* 475.

P. crispum struthionis pennam referens. *Plum. fil.* 64. *t.* 82. *Petiv. fil.* 30. *t.* 3. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 177.

Strausfederartiger Engelsüfs. W.

Habitat in Hispaniola. 24.

Vix Polypodii species. Ex relatione Plumieri videtur ad Pteridis genus pertinere. W.

* 77. POLYPODIUM *elegans.* †

P. frondibus subpinnatis, laciniis approximatis parallelis ensiformibus acutiusculis patentibus, margine undulatis. *Swartz synop. filic.* 35. *Cav. hort. matr. I. tab.*

Schöner Engelsüfs. W.

Habitat . . . . . 24.

* 78. POLYPODIUM *curvatum.*

P. frondibus profunde pinnatifidis substipitatis, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis adscendenti-curvatis distantibus, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis subfalcatis adscendentibus remotis, fronde subsessili. *Swartz synop. filic.* 34.

P. frondibus pinnatifidis subsessilibus glabris erectis, lobis lineari-lanceolatis subfalcatis adscendentibus distantibus. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1639.*

Krummblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaicae *altis montibus ad arborum truncos.* 24. *(v. s.)*

79. POLYPODIUM *alatum.* †

P. fronde pinnatifida, laciniis distantibus horizontalibus lanceolatis dentatis, soris sparsis. W.

P. frondibus pinnatifidis laevibus, pinnis oblongis distantibus dentatis. *Sp. pl.* 1546.

P. asperum et dentatum. *Plum. fil.* 65. *t.* 84.

P. serratum majus costa alata. *Petiv. fil.* 37. *t.* 7. *f.* 13.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 178.

Geflügelter Engelsüfs. W.

Habitat in St. Domingo *locis umbrosis.* 24.

80. POLYPODIUM *Otites.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lanceolato-linearibus obtusis integerrimis intermediis oppositis subtus costaque media tenuissime pubescentibus, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatifidis, lobis lanceolatis alternis obtusis distantibus. *Sp. pl.* 1545. *excluso synonymo.*

P. frondibus pinnatifidis, laciniis alternis lanceolatis obtusis remotiusculis. *Swartz synop. filic.* 34. *excluso synonymo.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 175.

Ohr-Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaica. 4. *(v. s.)*

Frondes *pedales vel sesquipedales profunde pinnatifidae, laciniis lanceolato-linearibus integerrimis obtusis basi dilatatis, inferioribus et superioribus sensim minoribus unguicularibus et semipollicaribus alternis, intermediis oppositis pollicaribus vel longioribus, utrinque laete viridibus, subtus pilis lentis ope conspicuis minutis tectis, supra pilis raris tantum per lentem visibilibus obsitis.* Costa media *pubescens, id est pilis minutissimis tecta.* Sori *subrotundi solitarii.* Stipes *tri- s. quadripollicaris glabriusculus. Simile P. tenuifolio, ad quod Plumieri et Petiveri synonymum pertinet, sed frondibus pinnatifidis jam abunde diversum.* W.

* 81 POLYPODIUM *Plumula.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lanceolato-linearibus obtusis integerrimis omnibus alternis glabris, soris solitariis. W.

Polypodium Plumula. *Humboldt et Bonpland.*

Feder-Engelsüfs. W.

Habitat in arborum truncis locis montosis Cumanae *et ad* Caracas. 4. *(v. s.)*

Frondes *semi- usque sesquipedales profunde pinnatifidae, laciniis lanceolato-linearibus sesquipollicaribus basi dilatatis apice obtusis, margine integerrimis, omnibus alternis, superioribus et inferioribus sensim minoribus utrinque glabris.* Sori *subrotundi sparsi.* Costa media *atro-fusca nitida paleis minutissimis raris obsita.* Stipites *tri- s. quadripollicares subnitidi glabriusculi atro-fusci. Simillimum praecedenti*

sed attente observatum diversum: laciniis *omnibus alternis glabris, terminali longiore et angustiore,* soris *majoribus,* costa media *nitida non pubescente, sed paleis admodum parvis sparsis tecta.* W.

* 82. POLYPODIUM *Paradiseae.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lanceolato-linearibus obtusis, levissime repandis, subtus stipiteque subhirtis, soris solitariis. W.

Polypodium Paradiseae. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 11.

Paradisischer Engelsüfs. W.

Habitat in insula Catharina Brasiliae. 4. *(v.s.)*

Frondes *ad basin usque pinnatifidae, ut fere pinnatae videntur, laciniis subalternis lanceolato-linearibus margine laevissime et minutim repandis, apice obtusis, subtus paleis raris piliformibus articulatis obsitis.* Stipes *paleis tenuibus piliformibus articulatis tectus.* Sori *solitarii parvi. A praecedente laciniis frondis repandis, non strictis, atque longioribus diversum. Valde affine P. simili, distinctum vero: fronde ex toto pinnatifida nec basi pinnata, laciniis approximatis repandis.* W.

83. POLYPODIUM *taxifolium.*

P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis linearibus obtusiusculis venosis confertis glabris alternis, soris solitariis, radice repente. W.

P. frondibus pinnatis, lobis approximatis ensiformibus parallelis acutis adscendentibus, radice hirta. *Sp. pl.* 1545.

P. frondibus subpinnatis, laciniis approximatis parallelis ensiformibus acutis adscendentibus, radice hirta. *Swartz synop. filic.* 35.

P. taxi folio pendulum. *Petiv. fil.* 35. *t.* 14. *f.* 1.

P. tenue et pendulum. *Plum. fil.* 69. *t.* 89.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 176.

Taxusblättriger Engelsüfs. W.
Habitat in Jamaicae *et* Martinicae *arboribus.* 24. *(v. s.)*
Differt a praecedente: laciniis *frondis parallelis approximatis venosis, radice repente.* W.

84. POLYPODIUM *pectinatum.*
P. frondibus profunde pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis integerrimis parallelis glabris, superioribus et inferioribus sensim minoribus soris solitariis. W.
P. frondibus pinnatis lanceolatis, lobis approximatis ensiformibus parallelis acutis horizontalibus, radice nuda. *Sp. pl.* 1545.
P. frondibus subpinnatis, laciniis approximatis parallelis ensiformibus acutis horizontalibus, radice nuda. *Swartz synop. filic.* 34.
P. lonchitidis folio. *Petiv. fil.* 31. *t.* 7. *f.* 14.
P. nigrum tenerius sectum. *Plum. amer.* 26. *t.* 37. *fil.* 64. *t.* 83.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 176.
Kammförmiger Engelsüfs. W.
Habitat in Jamaica, Martinica. 24. *(v. s.)*

85. POLYPODIUM *crispatum.*
P. frondibus pinnatifidis, laciniis semiorbiculatis crenatis, soro unico. W.
P. frondibus pinnatifidis glabris, lobis semiorbiculatis crenatis. *Sp. pl.* 1544. *Swartz synop. filic.* 32.
P. asplenii folio crispo pendulum. *Petiv. fil.* 25. *t.* 13. *f.* 12.
Asplenium alterum propendens et crispum. *Plum. fil.* 85. *t.* 102. *f. B.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 170.
Gekräuselter Engelsüfs. W.
Habitat in Martinicae *arboribus.* 24.
In qualibet lacinia tantum sorus unicus. W.

86. POLYPODIUM *asplenifolium.*
P. frondibus pinnatifidis pilosis, laciniis semiovatis obtusis, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatifidis pilosis, lobis semiovatis acutis. *Sp. pl.* 1544.

P. frondibus pinnatifidis, laciniis semiovatis obtusis pilosis, basi deorsum falcatis. *Swartz synop. filic.* 32.

P. asplenii folio villoso. *Petiv. fil.* 26. *t.* 7. *f.* 16.

Asplenium altius et villosum. *Plum. fil.* 85. *t.* 102. *f. A.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 171.

Streifenfarrnblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Martinicae *arboribus.* 24. *(v. s.)*

87. POLYPODIUM *suspensum.*

P. frondibus pinnatifidis glabris, laciniis oblongis acutiusculis margine integerrimis parce pilosis, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatifidis glabris, lobis semiovatis acutis. *Sp. pl.* 1544. *Swartz synop. filic.* 32.

P. pendulum et glabrum. *Plum. fil.* 67. *t.* 87.

P. asplenii folio brevi pendulum. *Petiv. fil.* 24. *t.* 1. *f.* 15.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 170.

Ueberhängender Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaicae, Martinicae *arboribus.* 24. *(v. s.)*

88. POLYPODIUM *scolopendrioides.*

P. frondibus pinnatifidis glabris, laciniis oblongis obtusis, infimis remotis disjunctis, costa media subtus pubescente, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatifidis lanceolatis, lobis obtusiusculis infimis remotis. *Sp. pl.* 1544. *Swartz synop. filic.* 33.

P. incisuris asplenii. *Plum. fil.* 70. *t.* 91.

P. minus asplenii folio. *Petiv. fil.* 23. *t.* 1. *f.* 14.

Filix non ramosa scolopendrioides. *Plum. amer.* 7. *t.* 11.

Filix jamaicensis simpliciter pinnatis asplenii foliis aversa parte duplici serie punctorum notatis. *Pluk. alm.* 152. *t.* 290. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 171.

Hirschzungenblättriger Engelsüfs. W.
Habitat in Jamaicae, Martinicae *arboribus.* 24. *(v. s.)*

* 89. POLYPODIUM *pendulum.*

P. frondibus pinnatifidis glabris substipitatis, laciniis oblongo-lanceolatis obtusis obsolete repandis alternis, soris solitariis. W.
P. frondibus pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis, fronde laxa sessili. *Swartz synop. filic.* 33.
P. frondibus pinnatifidis subsessilibus pendulis glabris, lobis oblongis obtusiusculis. *Swartz prod.* 131. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1637,* *Schkuhr. crypt. p.* 12. *t.* 10.
Hängender Engelsüfs. W.
Habitat in Jamaicae *arboribus altissimorum montium.* 24. *(v. s.)*

* 90. POLYPODIUM *parvulum.*

P. frondibus pinnatifidis glabris erectis, laciniis oblongis obtusis integerrimis alternis, infimis in stipitem decurrentibus, soris solitariis. W.
P. fronde erecta pinnatifida, stipite flexuoso. *Bory in litt.*
Zwerg-Engelsüfs. W.
Habitat in arboribus insulae Borboniae. 24. *(v. s.)*
Frondes *pollicares vel sesquipollicares brevissime stipitatae erectae, pinnatifidae glabrae, laciniis alternis oblongis obtusis integerrimis, infimis in stipitem decurrentibus.* Sori *subrotundi solitarii plerumque duo rarius tres in qualibet lacinia. P. pendulo simillimum, sed* fronde *erecta minore,* laciniis *brevioribus integerrimis, paucioribus et majoribus soris donatis.* W.

* 91. POLYPODIUM *incisum.*

P. frondibus lineari-lanceolatis, leviter pinnatifidis, glabris substipitatis, laciniis rotundatis parallelo-venosis, soris solitariis. W.
P. frondibus pinnatifidis, laciniis omnibus coa-

dunatis apice rotundatis, fronde subsessili. *Swartz synop. filic.* 33.

P. frondibus lineari-lanceolatis subsessilibus pinnatifidis, lobis omnibus coadunatis, apice rotundatis. *Swartz prod.* 131. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1640.*

Polypodium scolopendrioides. *Sp. pl. ed.* 1. *p.* 1086.

Eingeschnittener Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis umbrosis subhumidis Jamaicae. 24.

* 92. POLYPODIUM *elasticum.*

P. frondibus linearibus pinnatifidis substipitatis pilosis, laciniis ovato-oblongis obtusissimis integerrimis, basi superiore gibbis, soris solitariis. W.

Polypodium elasticum. *Bory de St. Vincent.*

Elastischer Engelsüfs. W.

Habitat in montibus altis insulae Borboniae, *arboribus parasiticum.* 24. *(v. s.)*

Frondes *tri- vel quadripollicares angustae diaphanae elasticae pinnatifidae, laciniis ovato-oblongis inaequilateris basi superiore gibbis integerrimis obtusissimis, pilis longis sparsis utrinque obsitis. Videtur frons pinnata, sed basi evidenter pinnatifida laciniis minoribus.* Sori *solitarii in qualibet lacinia plerumque unicus rarius duo.* Stipes *brevissimus fuscus.* W.

* 93. POLYPODIUM *rigescens.*

P. frondibus linearibus pinnatifidis stipitatis glabris, laciniis oblongis obtusis integerrimis coriaceis, soris solitariis pilosis demum confluentibus. W.

Polypodium rigescens. *Bory de St. Vincent.*

Steifer Engelsüfs. W.

Habitat in arboribus montium insulae Borboniae. 24. *(v. s.)*

Stipes *fuscus pollicaris vel sesquipollicaris.* Frondes *tripollicares et longiores lineares pinnatifidae, laciniis alternis coriaceis oblongis ob-*

tusis glabris integerrimis. Sori *subrotundi pilis raris longis instructi, solitarii, demum confluentes. Simillimum sequenti, sed* rachi *frondis glabra,* stipite *longiore,* pinnis *glabris coriaceis satis diversum.* W.

* 94. POLYPODIUM *trichomanoides.*

P. frondibus linearibus pinnatifidis substipitatis, laciniis ovatis obtusis alternis, subpilosis, costa media nigro-pilosa, soro solitario. W.

P. frondibus pinnatifidis, laciniis semiovatis obtusis subpilosis, soro unico, fronde subsessili lineari. *Swartz synop. filic.* 33.

P. frondibus pinnatifidis linearibus subpilosis, lobis semiovatis obtusis, subtus unipunctatis. *Swartz prod.* 131. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1642.* *Schkuhr. crypt. p.* 11. *t.* 10.

Widertonartiger Engelsüfs. W.

Habitat in montosis ad arborum muscosarum truncos Jamaicae *et* Novae Andalusiae. 24. *(v. s.)*

* 95. POLYPODIUM *flabelliforme.* †

P. frondibus linearibus glabris pinnatifidis apice integris stipitatis, laciniis ovatis alternis obtusis, soro solitario. W.

P. frondibus pinnatifidis, laciniis alternis obtusis, fronde angustissima pendula. *Swartz synop filic.* 33. *Lam. encycl.* 5. *p.* 519.

P. aliud pendulum minimum. *Plum. fil.* 68. *t.* 87. *fig. B.*

Fächerartiger Engelsüfs. W.

Habitat in Martinicae *arboribus.* 24.

* 96. POLYPODIUM *moniliforme.*

P. frondibus pinnatifidis, laciniis semirotundatis convexis glabris, soris quaternis demum confluentibus, fronde lineari. *Swartz synop. filic.* 33.

Rosenkranzförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in Peru. 24.

†††††† *Frondibus ternatis.*

* 97. POLYPODIUM *angulatum.* W.

P. frondibus ternatis, foliolo intermedio pedicellato rhombeo-subtrilobo acuminato, lateralibus sessilibus acuminatis angulato-subbilobis, soris aggregatis. W.

Eckiger Engelsüfs. W.

Habitat in Java. 2. *(v. s.)*

Stipes *fusco-ater nitidus glaber quinquepollicaris.* Frondes *ternatae.* Foliola *lateralia sessilia quadripollicaria inaequalia acuminata latere exteriore lobo obtuso prominente instructa, integerrima, basi cuneata.* Foliolum *intermedium pedicello pollicari et longiore instructum, quinque- s. sexpollicare, late rhombeum obtuse leviter trilobum integerrimum apice acuminatum.* Sori *copiosi aggregati absque ordine.* W.

†††††† *Frondibus pinnatis.*

98. POLYPODIUM *tenuifolium.*

P. frondibus pinnatis, pinnis linearibus acutiusculis subrepandis sessilibus adnatis, soris solitariis. W.

Polypodium tenuifolium. *Humboldt et Bonpland.*

P. tenuius et undosum. *Plum. fil.* 66. *t.* 85.

Dünnblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Cumanacoae *et* Hispaniolae *arboribus.* 2. *(v. s.)*

Frondes *semipedales et fere pedales pinnatae glabrae, pinnis pollicaribus vel sesquipollicaribus linearibus angustissimis acutiusculis integerrimis subrepandis alternis sessilibus adnatis.* Sori *parvi solitarii. A P. Otite praeter alios characteres jam fronde pinnata abunde diversum.* W.

* 99. POLYPODIUM *tenellum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis

acuminatis crenatis petiolatis basi cuneato-truncatis, soris solitariis, caudice filiformi radicante. W.

P. frondibus pinnatis, foliolis alternis remotis linearibus acuminatis undulatis. *Forst. prod. n.* 440. *Schkuhr. crypt. p.* 15. *t.* 16.

P. frondibus pinnatis, pinnis remote alternis lanceolato-attenuatis undulatis, surculo radicante. *Swartz synop. filic.* 38. *et* 233.*

Zarter Engelsüfs. W.

Habitat in Societatis *insulis.* 24.

* 100. POLYPODIUM *hastaefolium.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis obtusis integerrimis hastatis petiolatis, superioribus inferioribusque sessilibus basi truncatis, soris solitariis, stipite superne pubescente. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis obtusis integris basi utrinque unidentatis, inferioribus triangularibus minutis. *Swartz synop. filic.* 36. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1653.*

P. *(sagittatum)* frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis obtusis integris, basi utrinque denticulo auctis, inferioribus mutilatis triangularibus minutis. *Swartz prod.* 132.

Spontonförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in rupibus Jamaicae *interioris, solo cretaceo et argillaceo.* 24. *(v. s.)*

* 101. POLYPODIUM *reptans.*

P. frondibus pinnatis apice filiformi elongatis radicantibus, pinnis petiolatis ovatis obtusis basi truncato-cordatis subauriculatis grosse repando-dentatis, venis subtus pilosis, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis subcordatis ovatis obtusis crenatis basi subauriculatis, fronde repente apice radicante. *Swartz synop. filic.* 36. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1655.*

P. *(repens)* frondibus pinnatis repentibus apice

radicantibus, pinnis subcordatis ovatis obtusis crenatis, basi subauriculatis. *Swartz prod.* 132.

Polypodium radicans. *Lam. encycl.* 5. *p.* 530.

Lonchitis asplenii facie pinnulis variis subrotundis et ex utroque latere auriculatis. *Sloan. jam.* 16. *hist.* 1. *p.* 76. *t.* 30. *f* 1.

Adiantum s. Filix trichomanoides Jamaicensis, pinnis auriculatis dentatis ad basin ampliori-bus, radiculas ex nutante apice in terram demittens. *Pluk. alm.* 9. *t.* 253. *f.* 4.

Wuchernder Engelsüfs. W.

Habitat locis calcareis ad latera rupium Jamaicae *interioris.* 24. *(v. s.)*

* 102. POLYPODIUM *cultratum.* W.

P. frondibus pinnatis pilosis, pinnis ovato-oblongis obtusis, adnato-sessilibus, basi superiore auriculatis, soris solitariis. W.

Polypodium asplenifolium β. *Sp. pl.* 1544.

P. pendulum hirsutie rufa pubescens. *Plum. fil.* 68. *t.* 88.

P. pendulum subtus pilosum. *Petiv. fil.* 36. *t.* 12. *f.* 13.

Messerförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaicae *et* Martinicae *arboribus.* 24. *(v. s.)*

A P. asplenifolio distinctissimum, fronde *pinnata pinnis basi superiore auriculatis. Figura Plumieri valde magna.* W.

* 103. POLYPODIUM *serrulatum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis subsessilibus lineari-lanceolatis obtuse aequaliter serratis, basi obtusangulis, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis subattenuatis dentato-serratis basi obtusangulis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 36. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1663.*

Filix minor in pinnas tantum divisa, crebras plerumque ex adverso sitas oblongas latasque

crenatas. *Sloan. jam.* 18. *hist.* 1. *p.* 86. *t.* 43. *f.* 1.

Sägezähniger Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis montium Jamaicae. 24.

* 104. POLYPODIUM *repandum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis oblongis pubescentibus petiolatis obtusis repandis margine convexis, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis ovatis obtusis margine convexis repandis, pubescentibus, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 36. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1654.*

Ausgeschweifter Engelsüfs. W.

Habitat in montibus calcareis Jamaicae. 24.

* 105. POLYPODIUM *asplenioides.*

P. frondibus pinnatis, pinnis petiolatis lanceolatis basi subcordatis obtuse-dentatis apice integerrimis, venis subtus stipitequc superne hirtis, soris sparsis. W.

P. frondibus subpinnatis, pinnis lanceolatis obtusis crenatis, basi subcordatis, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 36. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1659.*

Filix minor in pinnas tantum divisa raras oblongas latasque crenatas. *Sloan jam.* 18. *hist.* 1. *p.* 86. *t.* 43. *f.* 2.

Ganzspitziger Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis montium Jamaicae. 24. *(v. s.)*

* 106. POLYPODIUM *atrovirens.*

P. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus lanceolatis obtuse dentatis apice denticulatis, soris sparsis. W.

Polypodium atrovirens. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 14.

Dunkelgrüner Engelsüfs. W.

Habitat in insula Catharina Brasiliae. 24. *(v.s.)*

Stipes *canaliculatus glaber, supra in cavitate villosus.* Frondes *pedales pinnatae, apice*

pinnatifidae. Pinnae *pollicares vel sesquipollicares lanceolatae, basi cuneato-truncatae, sessiles dentatae glabrae, dentibus ovatis obtusis in apice pinnae minutissimis.* Sori *subrotundi duo semper inter venas transversales rarius tres.* W.

* 107. POLYPODIUM *meniscifolium.*

P. frondibus pinnatis, pinnis alternis sessilibus basi superiore rotundatis, inferiore cuneatis, inaequaliter repandis, soris sparsis. W.

Polypodium meniscifolium. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 12.

Mondfarrnartiger Engelsüfs. W.

Habitat in insula Catharina Brasiliae. 4. *(v. s.)*

Frondes *pinnatae.* Pinnae *tripollicares lanceolatae alternae sessiles basi superiore rotundatae, inferiore cuneatae, inaequaliter repandae.* Sori *duo subrotundi inter quamlibet venam transversalem. Facies fere Meniscii.* W.

* 108. POLYPODIUM *obliteratum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis grosse serratis, basi cuneatis apiceque integerrimis, petiolatis, superioribus sessilibus, soris serialibus. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis lato-lanceolatis attenuatis crenatis, crenis apicis et baseos obliteratis. *Swartz synop. filic.* 37. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1660.* *Ejusd. prod.* 132.

Berg-Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis montium Jamaicae. 4. *(v. s.)*

* 109. POLYPODIUM *crenatum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis subpetiolatis oblongis acuminatis grosse obtuse serratis, soris serialibus. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis suboppositis oblongo-lanceolatis serrato-crenatis, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 37. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1661.

Grofskerbiger Engelsüfs. W.
Habitat in sylvis Jamaicae *interioris et* Cumanae. 4. (*v. s.*)

* 110. POLYPODIUM *pilosum.*

P. frondibus pinnatis, apice pinnatifidis, pinnis sessilibus alternis pilosis lineari-oblongis obtusis grosse obtuse dentatis, soris solitariis, stipite hirto. W.
P. frondibus pinnatis pilosis, pinnis oblongis obtusis alternis, superioribus connatis obtuse dentatis, infimis obtuse incisis adnatis, punctis solitariis. *Schkuhr. crypt. p.* 15. *t.* 17.
Behaarter Engelsüfs. W.
Habitat . . . . . 4.

111. POLYPODIUM *squamatum.*

P. frondibus pinnatis apice pinnatifidis, pinnis lineari-lanceolatis alternis sessilibus acutis supra basin constrictis integerrimis, subtus argenteo-squamosis, soris solitariis. W.
P. frondibus pinnatifidis scabris, pinnis lanceolatis distantibus horizontalibus integerrimis. *Sp. pl.* 1546.
P. frondibus subpinnatis, laciniis lanceolatis horizontalibus distantibus scabris. *Swartz synop. filic.* 35.
P. squamulis argenteis respersum. *Plum. fil.* 61. *t.* 79.
P. longifolium squamulis argenteis. *Petiv. fil.* 29. *t.* 7. *f.* 11.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst 13. *p.* 177.
Schuppiger Engelsüfs. W.
Habitat in Hispaniolae *arborum truncis vetustis.* 4.

112. POLYPODIUM *dissimile.*

P. frondibus pinnatis, pinnis pubescentibus lanceolatis acutis integerrimis sessilibus adnatis subdecurrentibus, terminalibus confluentibus, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis subpubescentibus confluentibus, inferioribus distinctis, punctis sparsis. *Sp. pl.* 1549.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutis pubescentibus, terminalibus confluentibus, inferioribus distinctis adnatis. *Swartz synop. filic.* 38.

P. simplex foliis lanceolatis integris distinctis tota basi affixis supremo subhastato, capsulis solitariis. *Brown jam.* 100.

Filix jamaicensis jaceae majoris aemula, falcatis foliis integris margine aequali. *Pluk. alm.* 154. *t.* 288. *f.* 1.

Ungleicher Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaica. 24.

* 113. POLYPODIUM *attenuatum.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis glaberrimis, lanceolatis acutis integerrimis sessilibus adnatis subdecurrentibus, terminalibus subconfluentibus, soris solitariis. W.

Polypodium attenuatum. *Humboldt et Bonpland.*

Polypodium dissimile. *Schkuhr. crypt. p.* 14. *t.* 14.

Verdünnter Engelsüfs. W.

Habitat ad Caracas *inque* Brasilia. 24. *(v. s.)*

Frondes *pinnatae sesquipedales, pinnis quinquepollicaribus lineari-lanceolatis vel lanceolatis acutis alternis sessilibus, basi utraque subdecurrentibus integerrimis, summis subconfluentibus.* Sori *solitarii. Valde affine praecedenti, sed glaberrimum nec pubescens.* W.

* 114. POLYPODIUM *sororium.*

P. frondibus pinnatis apice pinnatifidis, pinnis lanceolatis acutis basi angustatis sessilibus adnatis subrepandis, inferioribus suboppositis, soris solitariis. W.

Polypodium sororium. *Humboldt et Bonpland.*

Verschwisterter Engelsüfs. W.
Habitat in Nova Andalusia *prope* Caripe. 4. *(v.s.)*

Frondes *pinnatae sesquipedales, pinnis quadripollicaribus superioribus sensim minoribus connatis, lanceolatis acutis basi angustatis sessilibus adnatis utraque basi subdecurrentibus, margine irregulariter minutim repandis venosis, venis dissitis tri- vel quadripartitis simplicibus.* Sori *oblongi solitarii in medio pinnae. Praecedenti simillimum sed fronde tenuiore, margine subrepando, venarum dispositione, soris oblongis minoribus diversum.* W.

* 115. POLYPODIUM *variolatum.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutis basi attenuatis sessilibus adnatis subrepandis suboppositis superioribus subconnatis, parallelo-venosis, soris solitariis immersis. W.

Blattriger Engelsüfs. W.
Habitat in Brasilia. 4. *(v. s.) Com. de Hoffmannsegg.*

Frondes *sesqui- seu bipedales pinnatae, pinnis quinquepollicaribus acutis lanceolatis basi attenuatis sessilibus, utraque basi subdecurrentibus, tenuissime parallelo-venosis, margine subrepandis, superioribus subconfluentibus.* Sori *subrotundi immersi costae mediae approximati. A P. attenuato diversum:* pinnis *levissime repandis basi angustatis,* soris *immersis*; *a P. sororio:* pinnis *parallelo-venosis, superioribus subconfluentibus,* soris *costae mediae approximatis immersis, ceterum species* 112 — 115 *valde inter conveniunt.* W.

116. POLYPODIUM *simile.*

P. frondibus pinnatis apice pinnatifidis, pinnis distantibus alternis lineari-lanceolatis obtusis integerrimis, soris solitariis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integerrimis distantibus, supremis minoribus, punctis serialibus. *Sp. pl.* 1549.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integerrimis distantibus, basi subdecurrentibus, supremis minoribus, soris serialibus. *Swartz synop. filic.* 37.

Lonchitis altissima, pinnulis raris non laciniatis. *Sloan jam.* 16. *hist.* 1. *p.* 77. *t.* 32.

Aehnlicher Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaica. ♃.

Species mihi tantum ex icone Sloani nota, sed secundum hanc, frondes sunt superne pinnatifidae et sori solitarii, nec seriales. W.

* 117. POLYPODIUM *caducum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis, apice serratis, sessilibus, basi latere superiore cuneatis, inferiore cordatis, soris sparsis, caudice arboreo. W.

Polypodium caducum. *Humboldt et Bonpland.*

Hinfälliger Engelsüfs. W.

Habitat in Nova Andalusia *prope* Caripe. ♄. *(v. s.)*

Caudex *arboreus quindecimpedalis.* Frondes *pinnatae bipedales et longiores.* Pinnae *omnes distinctae, inferiores quadripollicares, superiores sensim minores, lanceolatae acuminatae, supra medium ad apicem usque inaequaliter serratae, basi latere superiore cuneatae, latere inferiore cordatae, sessiles.* Sori *subrotundi sparsi.* Pinnae *valde caducae sunt.* W.

* 118 POLYPODIUM *rostratum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lineari-oblongis rigidis rostrato-cuspidatis integerrimis, basi inaequalibus sessilibus parallelo-venosis, soris serialibus, caudice arboreo. W.

Polypodium rostratum. *Humboldt et Bonpland.*

Geschnäbelter Engelsüfs. W.

Habitat in interioribus Americae *meridionalis regionibus prope* Javita. ♄. *(v. s.)*

Caudex *erectus arboreus.* Frondes *longissimae pinnatae.* Pinnae *decempollicares usque*

fere pedales remote alternae lineari-oblongae sessiles, basi inaequales, apice rotundatae et demum in cuspidem pollicarem angustissimam linearem serratam desinentes, margine integerrimae, rigidae, supra nitidae, dense parallelo-venosae. Sori *subrotundi seriales.* W.

* 119. POLYPODIUM *neriifolium.*

P. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus, terminali petiolata, lanceolatis integerrimis acutis basi angustatis, soris sparsis. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integris venosis basi angustiore adnatis, soris ordine utrinque gemino. *Swartz synop. filic.* 37.

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integris, punctis fructiferis in lineis geminis, stipite rotundo. *Schkuhr. crypt. p.* 14. *t.* 15.

Oleanderblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in India *orientali et insula* Mauritii. 24.

* 120. POLYPODIUM *cyathoides.*

P. frondibus pinnatis, pinnis sublinearibus acuminatis denticulatis, soris solitariis immersis. *Swartz synop. filic.* 37.

Cyathea percussa. *Cav. prael.* 1802. *p.* 548.

Tutenfarrnähnlicher Engelsüfs. W.

Habitat in insulis Marianis. 24.

* 121. POLYPODIUM *rigidulum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis obtusis serratis subpetiolatis reticulato-venosis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 38. *et* 320.*

Steifer Engelsüfs. W.

Habitat in Java. 24.

Frons *bipedalis et ultra.* Pinnae *alternae brevissime petiolatae bi- s. tripollicares, latitudine ad basin semiunciali.* Filix *pulchra, colore pallide viridi, nitore et rigiditate notabilis.* Swartz l. c.

* 122. POLYPODIUM *triseriale.*

P. frondibus pinnatis, pinnis lato-lanceolatis

acuminatis integerrimis basi rotundatis venosis, soris ordine triplici longitudinali. *Swartz synop. filic.* 38. *et* 231.*

Dreireihiger Engelsüfs. W.

Habitat in India *orientali?* 24.

Frons *lata bi- s. tripedalis pinnata, adversa pagina a fructificationibus impressis pustulata.* Pinnae *alternae et oppositae sessiles spithamaeae, latitudine* ⅔ *pollicis.* Swartz l. c.

* 123. POLYPODIUM *taeniatum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis elliptico-lanceolatis attenuatis integerrimis, fertilibus sublinearibus, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 38. *et* 232.*

Bändriger Engelsüfs. W.

Habitat in Java. 24.

Frons *pedalis pinnata.* Pinnae *alternae remotiusculae sessiles elliptico-lanceolatae apice attenuatae 3- s. 4- pollicares, steriles latiores, fertiles sublineares, omnes integerrimae, superiores interdum subconfluentes.* Swartz l. c.

* 124. POLYPODIUM *fraxinifolium.*

P. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus lanceolatis acuminatis integerrimis subrepandis undulatis, terminali petiolata basi auriculata, soris sparsis immersis. W.

P. frondibus pinnatis, foliolis lanceolatis acuminatis repandis undulatis distantibus. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 639. *Collect.* 3. *p.* 187 *

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis undulatis transversim lineatis. *Swartz synop. filic.* 38.

Eschenblättriger Engelsüfs. W.

Habitat ad Caracas. 24.

A P. obliterato diversissimum. W.

* 125. POLYPODIUM *juglandifolium.*

P. frondibus pinnatis, pinnis petiolatis ovato-

lanceolatis acuminatis mucronato-serratis, soris sparsis. W.

Polypodium juglandifolium. *Humboldt et Bonpland.*

Wallnufsblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 24. *(v. s.)*

Frondes *pedales vel sesquipedales pinnatae.* Pinnae *oppositae quadripollicares et longiores ovato-lanceolatae acuminatae petiolatae, basi cuneato-rotundatae integerrimae in reliqua marginis parte ad apicem usque versus adpressae serratae, serraturis mucronatis, glabrae, supra nitidae.* Sori *bini vel quatuor inter quodlibet venarum transversalium spatium, absque ullo distincto ordine dispositi.* Stipes *semiteres canaliculatus basin versus paleis setaceis obsitus.* W.

* 126. POLYPODIUM *siifolium.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus lanceolatis acuminatis integerrimis, terminali petiolata, infimo pari bipartito, soris serialibus. W.

Merkblättriger Engelsüfs. W.

Habitat in Java. 24. *(v. s.) Ventenat.*

Frondes *pinnatae.* Pinnae *sessiles oppositae terminalis petiolata, lanceolatae acuminatae integerrimae glabrae infimum par bipartitum vel quasi e pinnis binis connatis compositum.* Sori *numerosissimi seriales.* W.

* 127. POLYPODIUM *rhizocaulon.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis alternis sessilibus lanceolatis acuminatis integerrimis, apice repandis, soris serialibus, caudice radicante. W.

Wurzelstämmiger Engelsüfs. W.

Habitat in umbrosis ad Caracas. ♄. *(v. s.) Bredemeyer.*

Caudex *semipollicem crassus arbores scandens, radicibusque numerosis instructus.* Frondes *pinnatae pedales vel sesquipedales.* Pinnae

tri- seu quadripollicares alternae sessiles lanceolatae basi angustatae apice acuminatae, repandae, ceterum integerrimae, glabrae. Sori *subrotundi seriales.* Stipes *glaber superne sulco exaratus.* W.

* 128. POLYPODIUM *hyperboreum.*

P. frondibus pinnatis, pinnis tripartitis vel pinnatifido-incisis cuneiformibus obtusis dentatis subtus hirtis, soris solitariis demum confluentibus. W.

P. frondibus subbipinnatifidis subtus hirtis, pinnis cuneatis tri- seu quinquelobatis, lobis crenulatis, soris confluentibus. *Swartz synop. filic.* 39.

P. *(arvonicum)* fronde lanceolata obtusiuscula pinnata, pinnis cordatis pinnatifidis utrinque pilosis, lobis rotundatis repandis. *Smith brit.* 3. *p.* 1115.*

Ceterach alpinum. *Lam. fl. gall.* 2. *p.* 567.

Polypodium ilvense. *Villars. delph.* 3. *p.* 849.

Acrostichum ilvense. *Huds. angl.* 451.

Acrostichum alpinum. *Bolton. fil.* 76. *t.* 42.

Acrostichum *(hyperboreum)* frondibus pinnatis, pinnis subrotundis inciso-lobatis, lobo basi superiore gibbo. *Liljeblad Act. holm.* 1793. *p.* 201. *t.* 8.*

Filix alpina Pedicularis rubrae foliis subtus villosis. *Raj. synop.* 118.

Filicula pumila Lonchitidis Maranthae species cambrobritannica. *Pluk. phyt. t.* 89. *f.* 5.

Filicula alpina tenerior alis latiusculis brevioribus integris profunde dentatis. *Moris. hist.* 3. *p.* 576. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 23.

Nordischer Engelsüfs. W.

Habitat in alpibus Lapponiae, Scotiae, Helvetiae, Italiae, Galliae, *inque* Pyrenaeis. 24. *(v. s.)*

†††††† *Frondibus bipinnatifidis seu bipinnatis.*

129. POLYPODIUM *ilvense.*

P. frondibus bipinnatifidis, laciniis oblongis obtusis inferioribus repandis, superioribus integerrimis subtus hirtis, soris submarginalibus demum confluentibus, stipite superne villoso. W.

P. frondibus bipinnatifidis, pinnis oblongis obtusis subtus hirtis, laciniis ovatis integris, soris submarginalibus demum confluentibus. *Swartz synop. filic.* 39. *Schkuhr. crypt. p.* 16. *t.* 19.

Polypodium Marantae. *Hoffm. germ.* 2. *p.* 5.

Polystichum Marantae. *Roth. germ. III.* 92.

Acrostichum *(ilvense)* frondibus subbipinnatis, pinnis opposito-coadunatis obtusis subtus hirsutis, basi integerrimis. *Sp. pl.* 1528. *Fl. dan. t.* 391.

P. duplicato-pinnatum, pinnulis obtusis remotis, subtus villosum. *Fl. lapp.* 383.

P. fronde duplicato-pinnata, pinnulis coadunatis obtusis subtus hispidis. *Fl. suec.* 850; 938.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 93.

Felsen-Engelsüfs. W.

Habitat in rupibus Lapponiae, Norvegiae, Sueciae, Bohemiae, *et* Salisburgi. 4. *(v. s.)*

Nomen triviale non mutavi, licet in insula Elba haud crescat, quum nomina non nisi urgente necessitate mutanda esse credam. W.

130. POLYPODIUM *sanctum.*

P. frondibus bipinnatis, pinnis inferioribus et superioribus sensim brevioribus, pinnulis lanceolatis dentatis obtusis, superioribus confluentibus subcrenulatis, soris solitariis. W.

P. frondibus bipinnatis, pinnis lineari-lanceolatis, pinnulis superioribus coadunatis, inferioribus linearibus obtusis crenulatis. *Swartz synop. filic* 39. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1667.*

Acrostichum *(sanctum)* frondibus pinnatis lan-

ceolatis, pinnis lineari-lanceolatis inciso serratis, serruturis infimis majoribus. *Sp. pl.* 1526.

Acrostichum erectum minimum simplex, foliolis angustis crenatis et lobatis. *Brown jam.* 105.

Filix jamaicensis non ramosa ex una radice cespitis instar contexta pediculis numerosis, foliis auriculatis, profunde secta. *Pluk. alm.* 150. *t.* 283.

Filicula non ramosa minima, surculis crebris, pinnulis angustissimis raris. *Sloan. jam.* 20. *hist.* 1. *p.* 91. *t.* 49. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 88.

Heiliger Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaicae *temperatioris rupibus.* 24. *(v. s.)*

131. POLYPODIUM *Phegopteris.*

P. frondibus bipinnatifidis, pinnis duabus infimis deflexis, laciniis lineari-lanceolatis obtusis integerrimis ciliatis, infimis adnato-decurrentibus cum oppositis rhombum fere formantibus, venis hirtis, soris solitariis marginalibus. W.

P. frondibus subbipinnatis, foliolis infimis reflexis, paribus pinnula quadrangulari coadunatis. *Sp. pl.* 1550. *Hort. cliff.* 475. *Fl. suec.* 851; 945. *Gunn. norv. n.* 50. *Weifs. crypt.* 306. *Pollich. pal. n.* 962. *Hoffm. germ. II.* 5. *Schkuhr. crypt.* 17. *t.* 20.

P. frondibus subbipinnatis subtus hirtis, pinnis terminalibus confluentibus, infimo pari deflexo, pinnulis baseos rhombeis rachi adnatis. *Swartz synop. filic.* 40.

Polystichum Phegopteris. *Roth. germ. III.* 72.

P. foliis pinnatis reflexis, pinnis ovatis hirsutis, primis cum nervo confluentibus. *Hall. helv. n.* 1698.

P. pinnatum, pinnis lanceolatis pinnatifidis inferioribus nutantibus. *Fl. lapp.* 367.

Phyllitis minor hirsuta, pinnis variis. *Amman. Com. petro.* 10. *t.* 21.

Filix minor britannica, pediculo pallidiore, alis inferioribus deorsum spectantibus. *Moris. hist.* 3. *p.* 575. *s.* 14. *t.* 4. *f.* 17.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 206.

Buchen-Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis Europae. 24. *(v. v.)*

* 132. POLYPODIUM *hexagonopterum.*

P. frondibus bipinnatifidis glabriusculis, pinnis duabus infimis deflexis, laciniis lanceolatis obtusis ciliatis, pinnarum inferiorum inciso-crenatis superiorum integerrimis, infimis adnato-decurrentibus, soris minutis solitariis. W.

P. frondibus bipinnatifidis subciliatis, pinnulis inciso-crenatis, baseos oblongo-hexagonis rachi adnatis. *Swartz synop. filic.* 40.

P. fronde pubente ciliataque bipinnatifida, membranis pinnas oppositas connectentibus oblongo-hexagonis. *Mich. amer.* 2. *p.* 271.

Filix virginiana non ramosa, foliis planis partim et dentatis, rachi medio apophysibus foliaceis per intervalla eleganter adnexis. *Pluk. alm.* 151. *t.* 284. *f.* 2. *bona.*

Sechseckiger Engelsüfs. W.

Habitat in Carolina, Virginia. 24. *(v. s.)*

* 133. POLYPODIUM *connectile.* †

P. frondibus bipinnatifidis ciliatis, pinnis oppositis contiguis adnatis, pinnulis subellipticis, stipite paleaceo, soris minutis. *Swartz synop. filic.* 40.

P. stipite paleaceo, fronde pubente ciliataque bipinnatifida, pinnis oppositis adnatis contiguis, pinnulis subellipticis, punctis minutis. *Mich. amer.* 2. *p.* 271.

Vereinigter Engelsüfs. W.

Habitat in Canada. 24.

* 134. POLYPODIUM *tottum.* W.

P. frondibus bipinnatifidis utrinque hirtis, pinnis superioribus inferioribusque sensim minoribus, laciniis oblongis obtusis, inferioribus subdentatis, soris solitariis, stirpe superne hirto. W.

P. pinnis oppositis lanceolatis inciso-pinnatifidis. *Thunb. prod.* 172?

Hottentotten-Engelsüfs. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24. *(v. s.)*

Frondes *spithamaeae et longiores bipinnatifidae utrinque hirtae.* Pinnae *alternae superiores et inferiores sensim minores, intermediae pollicares et longiores, omnes pinnatifidae, sessiles, summae subdecurrentes.* Laciniae *oblongae obtusae inferiores denticulatae reliquae integerrimae.* Sori *subrotundi minuti marginales.* Stipes *basi glaber superne pilis brevibus copiosis albidis tectus.* W.

* 135. POLYPODIUM *concinnum.* W.

P. frondibus bipinnatifidis pubescentibus, pinnis superioribus et inferioribus sensim minoribus, laciniis oblongis obtusis integerrimis, soris marginalibus minutis. W.

Zierlicher Engelsüfs. W.

Habitat ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Frondes *pedales et longiores bipinnatifidae utrinque pube tenui obductae.* Pinnae *intermediae sesquipollicares, superiores et inferiores sensim minores, alternae remotae horizontales pectinato-pinnatifidae.* Laciniae *oblongae obtusae integerrimae.* Sori *minutissimi marginales.* Stipes *tenuissima pube tectus.* W.

* 136. POLYPODIUM *oligocarpum.*

P. frondibus bipinnatifidis, pinnis superioribus et inferioribus sensim minoribus, laciniis oblongis acutis integerrimis ciliatis, venis hirtis, soris marginalibus minutis. W.

Polypodium oligocarpum. *Humboldt et Bonpland.*
Wenigfrüchtiger Engelsüfs. W.
Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 24. *(v. s.)*

Frondes *pedales bipinnatifidae.* Pinnae *intermediae bipollicares, superiores et inferiores sensim breviores alternae remotae pinnatifidae, venis hirtis.* Laciniae *oblongae acutiusculae integerrimae margine ciliatae.* Sori *minutissimi marginales.* Stipes *pilis minutissimis copiosis patentibus dense obsitus.* W.

* 137. POLYPODIUM *submarginale.*
P. frondibus bipinnatifidis glabris, laciniis oblongis integerrimis acutis, soris marginalibus stipite paleaceo. W.
Polypodium submarginale. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 12.
Randhäufiger Engelsüfs. W.
Habitat in insula Catharina Brasiliae. 24.

Simillimum P. caripensi, sed pinnae breviores parum latiores, laciniis in utroque latere tantum 15; *quum in P. caripense in utroque latere pinnae* 25 *ad* 30 *laciniae sint.* W.

* 138. POLYPODIUM *caripense.*
P. frondibus bipinnatifidis glabris, laciniis oblongis obtusis integerrimis, soris marginalibus, stipite paleaceo. W.
Polypodium caripense. *Humboldt et Bonpland.*
Caripescher Engelsüfs. W.
Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 24. *(v. s.)*

Frondes *bipedales pinnatifidae glabrae.* Pinnae *quadripollicares et longiores alternae pinnatifidae.* Laciniae *oblongo-lanceolatae obtusae integerrimae.* Sori *subrotundi marginales.* Stipes *paleaceus.* W.

* 139. POLYPODIUM *subincisum.* W.
P. frondibus bipinnatifidis glabris, laciniis ob-

longis obtusis, inferioribus dentato-incisis, reliquis integerrimis, soris marginalibus, stipite paleaceo. W.

Halbeingeschnittener Engelsüfs. W.

Habitat ad Caracas. 4. *(v. s.) Bredemeyer.*

Frondes *tripedales bipinnatifidae glabrae.* Pinnae *alternae tripollicares pinnatifidae.* Laciniae *oblongae obtusae inferiores pinnatifido-dentatae superiores integerrimae, margine subciliatae.* Sori *subrotundi marginales.* Stipes *paleaceus.* W.

* 140. POLYPODIUM *tetragonum.*

P. frondibus bipinnatifidis glabris, laciniis oblongis obtusis integerrimis, soris marginalibus, capsulis subhirtis, stipite tetragono laevi. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis oppositis lanceolatis subbipinnatifidis, laciniis ovatis obtusiusculis, soris biserialibus, capsulis hirtis, stipite tetragono. *Swartz synop. filic.* 37. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1670.*

Filix non ramosa major, surculis crebris, pinnulis longis angustis. *Sloan. hist.* 1. *t.* 50. *f.* 1?

Filix non ramosa latius dentata major. *Plum. fil.* 17. *t.* 21.

Viereckiger Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis Jamaicae, Hispaniolae, Guadeloupae *et* Cumanae. 4. *(v. s.)*

Species admodum varians, sed facile stipite *tetragono laevi agnoscenda. Variat* Frondium *pinnis longioribus et latioribus,* capsulis *omnibus hirtis vel una alterave tantum pilis instructa,* stipite *fronde breviore et plusquam duplo longiore.* W

* 141. POLYPODIUM *muscosum.* W.

P. fronde bipinnata, pinnulis oblongo-lanceolatis basi cuneatis pinnatifido-incisis, superioribus confluentibus integerrimis, laciniis acutis infi-

ma lateris superioris elongata, soris solitariis, stipite hirto. W.

Moosiger Engelsüfs. W.

Habitat in America *calidiore.* 24. *(v. s.)*

Frondes *sex- vel octopollicares bipinnatae.* Pinnae *inferiores quadripollicares, superiores sesquipollicares alternae.* Pinnulae *oblongo-lanceolatae, basi pinnatifidae apice dentatae, superiores confluentes integerrimae, petiolatae basi cuneatae.* Laciniae *lanceolatae acutae integerrimae, infima lateris superioris elongata.* Sori *subrotundi solitarii.* Stipes *fronde fere longior hirtus.* W.

* 142. POLYPODIUM *lunulatum.*

P. frondibus bipinnatis, pinnis apice cuspidatis, pinnulis linearibus subfalcatis acutis apice serratis, superioribus confluentibus, soris solitariis, stipite muricato. W.

P. frondibus bipinnatis, pinnis apice serratis setaceis, pinnulis lineari-oblongis falcatis, stipite aspero. *Swartz synop. filic.* 40. *et* 235.*

P. frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis, apice serratis setaceis, pinnis lineari-oblongis falcatis apice serrulatis, stipite aspero. *Forst. prod. n.* 456. *Schkuhr. crypt.* 18. *t.* 23.

Mondförmiger Engelsüfs. W.

Habitat in Societatis *insulis.* 24. *(v. s.)*

143. POLYPODIUM *decussatum.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis linearibus obtusis integerrimis parallelis approximatis, terminali lanceolata acuta repanda, stipulis ovatis, soris subrotundis solitariis. W.

P. frondibus bipinnatis, pinnis horizontalibus integerrimis obtusis, terminalibus lanceolatis. *Sp. pl.* 1555.

P. frondibus bipinnatis, pinnis oppositis longissimis basi stipulatis, pinnulis linearibus obtusis integerrimis horizontalibus, terminalibus lanceolatis. *Swartz synop. filic.* 40.

Filix taxiformis major. *Plum. fil.* 19. *t.* 24.
Filix taxi foliis major. *Petiv. fil.* 61. *t.* 2. *f.* 5.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 243.
Durchkreuzter Engelsüfs. W.
Habitat in Martinica. 24.

* 144. POLYPODIUM *diaphanum.*

P. frondibus bipinnatis diaphanis, pinnis ovatis subpinnatifidis laciniis apice dentatis, soris solitariis. W.
P. frondibus bipinnatifidis subdiaphanis stipiteque glabris, laciniis pinnarum distinctis crenato-serratis. *Swartz synop. filic.* 39.
P. frondibus subbipinnatis, pinnis profunde pinnatifidis, laciniis crenato-serratis. *Bory itin.* 1. *p.* 328.*
Durchscheinender Engelsüfs. W.
Habitat in insulae Borboniae *altis montibus.* 24. *(v. s.)*

Stipes *glaber bipollicaris et altior.* Frons *tripollicaris et longior diaphana bipinnata;* pinnis *vix pollicaribus;* pinnulis *trilinearibus apicem versus confluentibus, inferioribus pinnatifidis, superioribus indivisis,* laciniis *apice erosodenticulatis.* Sori *subrotundi solitarii.* W.

* 145. POLYPODIUM *latifolium.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis petiolatis basi cordatis sinuato-pinnatifidis, lobis subrepandis, soris solitariis. W.
P. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis lobatisve, lobis repandis crenatis, stipite glaberrimo nitido. *Swartz synop. filic.* 39. *et* 234.*
P. frondibus subbipinnatis, foliolis ovatis acuminatis pinnatifidis lobatisque, laciniis repandis crenatis, stipite glaberrimo nitido. *Forst. prod. n.* 457. *Schkuhr. crypt.* 19. *t.* 24.
Breitblättriger Engelsüfs. W.
Habitat in insulis Maris pacifici. 24. *(v. s.)*

†††††††† *Frondibus supradecompositis.*

* 146. POLYPODIUM *rugosulum.*

P. frondibus supradecompositis triplicato-pinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis inferioribus obtuse serratis, soris solitariis, stipite obtuse tetragono aspero, rachibus hirtis. W.

P. fronde supradecomposita, foliolis subbipinnatis, pinnulis elliptico-oblongis obtuse serratis, rachibus pilosis, stipiteque rugosulis. *Billard. Nov. Holl. 2. p. 92. t. 241.**

Runzelstrunkiger Engelsüfs. W.

Habitat in Novae Hollandiae Capite van Diemen. 24. *(v. s.)*

* 147. POLYPODIUM *pungens.*

P. frondibus supradecompositis bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis ovatis integerrimis, soris marginalibus, stipite glabro aculeato. W.

Stechender Engelsüfs. W.

Habitat in Brasilia. 24. *(v. s.) Comes de Hoffmannsegg.*

Stipes *glaber nitidus aculeis brevibus validis armatus.* Frondes *quadripedales bipinnatae.* Pinnae *pedales et longiores.* Pinnulae *sesqui- vel bipollicares pinnatifidae glabrae.* Laciniae *ovatae acutae integerrimae.* Sori *subrotundi marginales.* W.

* 148. POLYPODIUM *procerum.*

P. frondibus supradecompositis bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis ovatis apice subdenticulatis, soris marginalibus, stipite inermi, caudice arboreo. W.

Hoher Engelsüfs. W.

Habitat in Brasilia. ♄ *(v. s.) Comes de Hoffmannsegg.*

Caudex *arboreus duodecimpedalis.* Stipes *glaber inermis.* Frondes *bipinnatae.* Pinnae *sesquipedales et longiores.* Pinnulae *bi- vel tripollicares pinnatifidae glabrae.* Laciniae

ovatae apice leviter denticulatae. Sori *subrotundi marginales.* W.

* 149. POLYPODIUM *armatum.*

P. frondibus supradecompositis, foliolis subbipinnatis, pinnulis basi coadunatis linearibus crenulatis, subtus hirsutis, soris confertis, caudice arboreo aculeato. *Swartz synop. filic.* 41.

P. caudice arboreo aculeato, frondibus bipinnatis, pinnulis linearibus crenulatis subtus hirsutis, punctis confertis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1684.*

Bewaffneter Engelsüfs. W.

Habitat in Jamaicae *australis sylvis montium.* ħ.

* 150. POLYPODIUM *amplum.*

P. frondibus triplicato-pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis dentato-serratis, soris solitariis, stipite paleaceo. W.

Polypodium amplum. *Humboldt et Bonpland.*

Grofslaubiger Engelsüfs. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 24. *(v. s.)*

Frondes *amplae triplicato-pinnatifidae.* Pinnae *fere pedales;* Pinnulae *bipollicares pinnatifidae;* Laciniae *quadrilineares lineari-oblongae obtusae inferiores profunde serratae, superiores integerrimae.* Sori *solitarii.* Stipes *ejusque ramificationes paleis copiosis setaceis obtectus.* W.

* 151. POLYPODIUM *pruinatum.*

P. frondibus triplicato-pinnatis subtus albo-glaucis, pinnulis lanceolatis pinnatifido-dentatis, soris solitariis, caudice arborescente. W.

P. frondibus supradecompositis, foliolis tripinnatifidis subtus glaucis, pinnis pinnulisque lanceolatis, laciniis ovatis acutis, caudice arborescente. *Swartz synop. filic.* 41. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1682.*

P. *(glaucum)* frondibus quadripinnatis, ramis

ramulisque lanceolatis, pinnis lanceolatis pinnatifidis, laciniis ovatis acutis subtus glaucis. *Swartz prod.* 134.

P. *(cinereum)* caulescens, foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis subtus cinereis, fructificationibus solitariis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 610.

Bereifter Engelsüfs. W.

Habitat in sylvis montium Jamaicae *australis, inque insula* Chiloe. ♄ *(v. s.)*

* 152. POLYPODIUM *punctatum.*

P. frondibus triplicato-pinnatifidis, laciniis ovatis obtusiusculis apice serrulatis, soris solitariis, stipite punctato subvilloso. W.

P. fronde tripinnatifida, pinnulis lanceolatis obsis pinnatifidis stipite villoso. *Thunb. jap.* 337.*

P. frondibus supradecompositis, foliolis bipinnatifidis, pinnis lanceolatis obtusis, laciniis ovatis obtusiusculis apice serrulatis, stipite punctato subvilloso. *Swartz synop. filic.* 41.

Punktirter Engelsüfs. W.

Habitat in Japonia. 24.

* 153. POLYPODIUM *effusum.*

P. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus serratis acutis, rachi marginata nuda, soris solitariis, stipite glabro. W.

P. frondibus supradecompositis, foliolis tripinnatifidis membranaceis, pinnis pinnulisque lanceolatis, laciniis serrulatis, rachi marginata. *Swartz synop. filic.* 41. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1690.*

P. fronde quinquepinnatifida subglabra membranacea, pinnulis acutis argute serratis, rachibus ramulorum marginatis. *Swartz prod.* 134.

Adiantum nigrum ramosum maximum, foliis seu pinnulis tenuibus obtusis regulariter minutissime et pulcherrime sectis. *Sloan hist.* 1. *p.* 96. *t.* 57. *f.* 3.

Filix ramosa jamaicensis expansis alis, Cicutariam palustrem latifoliam albam quodammodo mentientibus. *Pluk. alm.* 153. *t.* 295.
Weitlaubiger Engelsüfs. W.
Habitat in montibus Jamaicae. 24. *(v. s.)*

* 154. POLYPODIUM *divergens.* W.

P. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis lanceolatis serratis acutis, rachi membranacea subtus villosa, soris solitaris, stipitis ramificationibus pubescentibus. W.
P. *(multifidum)* frondibus tripinnatis glabris, pinnulis oblongis pinnatifido-incisis in lobulos oblongos superne incisos et acuminatos. — *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 643. *Collect.* 3. *p.* 187.*
Sparriger Engelsüfs. W.
Habitat ad Caracas. 24. *(v. s.)*
Affine quidem praecedenti, sed pinnularum *forma*, rachi *villosa et* ramificationibus *stipitis basi scariosi pubescentibus diversa.* W.

155. POLYPODIUM *Dryopteris.*

P. frondibus ternatis bipinnatis patulo-deflexis laciniis obtusis subintegerrimis, soris marginalibus, radice filiformi. W.
P. frondibus supradecompositis, foliolis ternis bipinnatis. *Sp. pl.* 1555. *Fl. suec.* 852; 949. *Scop. carn. n.* 1276. *Weis. crypt.* 324. *Pall. it.* 2. *p.* 28. *Pollich. pal. n.* 966. *Schkuhr. crypt. p.* 19. *t.* 25. *Hoffm. germ. II.* 10.
P. fronde ternata bipinnata patulo-deflexa, laciniis obtusis subcrenatis, radice filiformi. *Smith brit.* 3. *p.* 1116.* *Swartz synop. filic.* 41.
Polystichum Dryopteris. *Roth. germ. III.* 80.
P. trifidum, ramis pinnatis, pinnis pinnatifidis. *Fl. lapp.* 387.
P. pinnis pinnatis conjugatis, pinnulis ovatis obtusis crenatis. *Hall. helv. n.* 1699.
Filix petraea quarta. *Tabern. hist.* 799.
Filix ramosa saxatilis, nigris maculis notata. *Moris. hist.* 3. *s.* 14. *t.* 4. *f.* 19.

Filix ramosa minor, pinnulis dentatis. *Bauh. pin.* 358. *Bauh. hist.* 3. *p.* 733.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 244.
Eichenwald-Engelsüfs. W.
Habitat in Angliae, Sueciae, Germaniae, Helvetiae, Galliae, Sibiriae *nemoribus.* 24. *(v. v.)*

In montosis umbrosis Germaniae saepius varietas hujus major, pinnulis serratis odore Geranii robertiani reperitur, quae nullo modo diversa. Vidi enim specimina intermedia odoris debilioris. W.

* 156. POLYPODIUM *calcareum.*

P. frondibus ternatis bipinnatis rectis rigidulis, laciniis obtusiusculis subintegerrimis, soris marginalibus confluentibus. W.
P. fronde ternata bipinnata erecta rigidula, laciniis obtusis subcrenatis, maculis fructiferis confluentibus. *Smith brit.* 3. *p.* 1117.
Polypodium Dryopteris. *Bolton filic.* 53. *t.* 1.
Nephrodium *(Dryopteris)* parvulum, fronde bipinnata, pinnis oppositis, pinnulis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis leviter crenatis, punctis submarginalibus demum contiguis. *Mich. amer.* 2. *p.* 270.
Dryopteris Tragi. *Ger. emac.* 1135.
Filix pumila saxatilis prima. *Clus. hist.* 2. *p.* 212.
Kalch-Engelsüfs. W.
Habitat in montosis Angliae, *inque* Canada. 24. *(v. s.)*

Planta Michauxii est eadem et indusiis re vera caret. Polypodium calcareum a Schleichero in Helvetia collectum est P. Dryopteris varietas major. Differt P. calcareum a praecedente: frondibus *rigidis,* pinnulis *duplo minoribus,* stipite *basi squamoso et* soris *confluentibus.* W.

* 1961. PLEOPELTIS.

Pleopeltis. Humboldt et Bonpland.

Sori subrotundi sparsi. *Indusia* subrotunda peltata numerosa in quolibet soro.

* 1. PLEOPELTIS *angusta.*

Pleopeltis angusta. *Humboldt et Bonpland.*
Schmalblättriger Schildfarrn. W.
Habitat in Mexico. 4. *(v. s.)*

Stipes *pollicaris laevis.* Frons *bi- vel tripollicaris profunde pinnatifida, basi cuneata et in stipitem decurrens, laciniis 4 vel 5 bipollicaribus lineari-lanceolatis obtusiusculis apicem versus repandis, utrinque squamulis fuscis raris valde dissitis tectis.* Sori *solitarii magnitudine seminis sinapis.* Indusia *fusca subrotunda peltata in quolibet soro ante maturitatem capsulae circiter 20, sorum arcte tegentia. Facies Polypodii fere multifidi sed a Polypodio indusiis diversa, ab Aspidiis discrepat indusiis numerosis in quolibet soro, nec unicum.* W.

* 1962. ASPIDIUM.

Swartz synop. filic. 3.

Sori subrotundi sparsi. *Indusium* umbilicatum vel uno latere dehiscens.

† *Frondibus simplicibus.*

* 1. ASPIDIUM *nodosum.* W.

A. frondibus simplicibus oblongis utrinque acutis marginatis, soris interrupte lineatim dispositis, stipite articulato glabro, caudice repente paleaceo hirsuto. W.
Aspidium articulatum. *Schkuhr. crypt. p. 28. t. 27. figura Plumieri.*
Lingua cervina lucida, pediculis articulatis. *Plum. fil. 118. t. 136.*

Knotiger Wurmfarrn. W.

Habitat in truncis arborum vetustis Martinicae. 24.

Distinctissimum ab Aspidio articulato frondibus oblongis utrinque acutis marginatis, soris in lineas catenulatim dispositis, stipite glabro. W.

* 2. ASPIDIUM *articulatum.*

P. frondibus simplicibus oblongo-lanceolatis acuminatis, soris solitariis irregulariter dispositis, stipite articulato paleaceo, caudice repente paleaceo hirsuto. W.

A. frondibus ellipticis glaberrimis, soris catenulatim longitudinaliter sparsis, stipite articulato e surculo repente. *Swartz synop. filic. p. 42. et 236. excluso synonymo Plumieri et Schkuhrii.*

Polypodium *(articulatum)* frondibus lanceolatis, nervis parallelis, petiolis basi articulatis, punctis sparsis sublongitudinaliter dispositis, surculo squamoso. *Lam. encycl. 5. p. 514.*

Gegliederter Wurmfarrn. W.

Habitat in arborum truncis insulae Mauritii. 24. *(v. s.)*

Caudex *crassitie fili emporetici crassioris, longe repens, ramosus, paleis scariosis cuspidatis ciliatis pilo terminatis, demum glabris, obsitus.* Stipes *articulatus semipollicaris pollicarisve, basi articulatus, paleis scariosis ad articulum confertissimis, superne sparsis, obtectus.* Frondes *simplices sex- vel novempollicares, pollicem vel binos pollices latae, oblongo-lanceolatae acuminatae integerrimae parallelovenosae.* Sori *subrotundi solitarii irregulariter dispersi. Variat frondibus angustioribus et latioribus.* W.

* 3. ASPIDIUM *neriiforme.* †

A. frondibus simplicibus lanceolato acuminatis, soris solitariis, stipite brevissimo articulato, caudice paleaceo scandente ramoso. W.

A. frondibus lanceolatis acuminatis glaberrimis,

soris solitariis, stipitibus articulatis e surculo scandente ramoso. *Swartz synop. filic.* 42. *et* 237.*

Aspidium pistillare. *Swartz in Schrad. Journ.* 1800. 2. *p.* 30.

Oleandra *(neriiformis)* caule fruticoso, foliis lanceolatis cuspidatis integerrimis glabris. *Cav. prael.* 1801. *n.* 623.

Oleanderblättriger Wurmfarrn. W

Habitat in Java *et in insulis* Philippinis. 2.

†† *Frondibus ternatis.*

* 4. ASPIDIUM *fimbriatum.* W.

A. frondibus ternatis, foliolis oblongo-lanceolatis margine fimbriato-ciliatis, lateralibus basi auriculatis, intermedio majore repando-subsinuato, soris subbiserialibus. W.

Polypodium auritum tricuspidatum oris pilosis. *Petiv. fil.* 20. *t.* 7. *f.* 4.

Hemionitis trifolia, villis tenuibus et rufis fimbriata. *Plum. fil.* 128. *t.* 149.

Gefranzter Wurmfarrn W.

Habitat in Hispaniola. 2.

5. ASPIDIUM *trifoliatum.*

A. frondibus ternatis, foliolis oblongis acuminatis margine glabris, lateralibus basi auriculatis, intermedio majore repando-subsinuato, soris biserialibus. W.

A. frondibus simplicibus cordato-trilobis ternatisve, intermedio majore, lateralibus basi auriculatis. *Swartz synop. filic.* 43. *Schkuhr. crypt.* 29. *t.* 28.

Polypodium *(trifoliatum)* frondibus ternatis sinuato-lobatis, intermedia majore. *Sp. pl.* 1547. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 638. *Collect.* 3. *p.* 185.*

Polypodium fronde ternata sinuata, foliolis lateralibus bifidis, intermedio petiolato trifido majore. *Hort cliff.* 475.

Polypodium trifoliatum. *Petiv. fil.* 18. *t.* 7. *f.* 3.
Lonchitis maxima trifolia americana. *Raj. suppl.* 66.
Hemionitis maxima trifolia. *Plum. amer.* 22. *t.* 32. *fil.* 127. *t.* 148.
Hemiontidi affinis Filix major trifida auriculata, pinnulis latissimis sinuatis. *Sloan jam.* 18. *hist.* 1. *p.* 85. *t.* 42.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 183.
Gedreiter Wurmfarrn. W.
Habitat in Hispaniolae, Jamaicae, Martinicae *nemoribus.* 24. *(v. s.)*

Polypodium Pica Lin. suppl. 446. *est hujus varietas fronde simplici ex sententia Clariss. Swartzii. Ceterum filix valde varians, junior frondibus cordatis indivisis gaudet, adultior trilobis et ternatis. Frons ternata variat iterum foliolis integerrimis, lateralibus basi auriculatis; vel foliolo intermedio sinuato, vel etiam foliolis omnibus profunde sinuatis, lateralibus bilobis. Saepius ex una radice omnes hae varietates veniunt.* W.

* 6. ASPIDIUM *subquinquefidum.*

A. frondibus ternatis, foliolis lateralibus bipartitis pinnatis, pinnis oblongis obtusis subrepandis; intermedio bipinnatifido, laciniis oblongis obtusis integerrimis, stipite superne rachique pilosis. W.
Aspidium subquinquefidum. *Beauv. fl. Owar. et Benin.* 1. *p.* 34. *t.* 19.
A. *(protensum)* frondibus ternatis, foliolis bipinnatifidis, laciniis obovatis obsolete crenatis, pinnis baseos foliolorum lateralium deorsum longioribus. *Swartz synop. filic.* 51?
Fünftheiliger Wurmfarrn. W.
Habitat in sylvis Oware *et* Benin. 24. *(v. s.) D. Flügge.*

Caudex *repens.* Stipes *sex- vel septempollicaris fuscus inferne nitidus glaber, superne pilis tenuioribus articulatis obsitus.* Rachis

frondis pilis similibus pubescens. Frons *ternata glabra.* Foliolum *intermedium quadri- vel quinquepollicare pinnatum, pinnis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis integerrimis vel in inferioribus obsolete subrepandis.* Foliola *lateralia tri- vel quadripollicaria bipartita pinnata; pinnis oblongis obtusis, inferioribus et majoribus repando-sinuatis, superioribus integerrimis.* Sori *subrotundi parvi solitarii.* W.

7. ASPIDIUM *cicutarium.*

A. frondibus ternatis, foliolis pinnatifidis, laciniis acuminatis sinuato-pinnatifidis integerrimis, lateralium infima et exteriore lacinia elongata, soris serialibus. W.

A. frondibus ternatis, foliolis bipinnatifidis, pinnis decurrentibus, terminalibus confluentibus, infimis lateralium basi bipinnatifidis elongatis, laciniis lobato-incisis crenatis. *Swartz synop. filic.* 51.

Polypodium *(cicutarium)* frondibus ternatis, foliolis bipinnatifidis basi laciniatis, obtuse inciso-serratis acuminatis, infimis gibbosioribus. *Sp. pl.* 1549.

Polypodium *(appendiculatum)* frondibus subdecussive bipinnatifidis, pinna infima basi bipinnatifida, laciniis inciso-crenatis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1677.

Polypodium minus triphyllum, foliis profunde divisis, lobis oblongis sublobato-crenatis. *Brown jam.* 97.

Filix ramosa major, pinnulis crebris brevibus latis obtusis subrotundis. *Sloan cat.* 23. *hist.* 1. *p.* 99.

Filix jamaicensis seu Polypodium Cicutariae latifoliae foetidissimae foliis quodammodo conveniens, pinnulis amplis mucronatis circa margines serris latiusculis profunde sinuosis. *Pluk. alm.* 153. *t.* 289. *f.* 4.

Filix ramosa jamaicensis apii degeneris foliis dis-

sectis longis, facie externa. *Pluk. alm.* 156. *t.* 296. *f.* 2.
Houttuyn *Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 192.
Schierlingsartiger Wurmfarrn. W.
Habitat in Virginia *inque altissimis montibus* Jamaicae. 4.

††† *Frondibus pinnatis.*

* 8. ASPIDIUM *repandum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus oblongo-lanceolatis acuminatis, fructificantibus repandis, soris biserialibus. W.
Tectaria *(crenata)* foliis pinnatis, pinnulis alternis lanceolatis crenatis, fructificationibus serialibus numerosissimis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 614?
Ausgeschweifter Wurmfarrn. W.
Habitat in insulis Philippinis. 4. *(v. s.)*

Frons *pinnata.* Pinnae *sexpollicares oblongo-lanceolatae acuminatae, frondium sterilium duos pollices latae integerrimae, frondium fertilium sesquipollices latae repandae.* Sori *biseriales subrotundi leviter immersi numerosi. In specimine meo tam sterili quam fructificante, pinna terminalis uno latere est bipartita. Descriptio Clariss. Cavanilles cum nostra specie convenit, praeter pinnas alternas, quae oppositae sunt.* W.

* 9. ASPIDIUM *pentaphyllum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis subsessilibus ovato-oblongis acuminatis integerrimis, soris biserialibus, stipite paleaceo. W.
Lingua cervina quinquefolia, foliis acuminatis et pediculis squamosis. *Plum. filic.* 99. *t.* 114.
Phyllitis maculata quinquefolia, pediculis squamosis. *Petiv. fil.* 14. *t.* 4. *f.* 13.
Fünfblättriger Wurmfarrn. W.
Habitat in Martinicae *nemoribus.* 4.

Caudex *repens squamosus crassitie fere di-*

giti minoris. Stipes *quindecimpollicaris ultra medium paleaceus.* Frons *pinnata.* Pinnae *quinque ovato-oblongae acuminatae; laterales quinquepollicares et longiores, basi rotundatae, brevissime petiolatae; terminalis decempollicaris basi angustata.* Sori *subrotundi biseriales.* W.

* 10. ASPIDIUM *heracleifolium.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis trilobis cordatis subrepandis acuminatis, soris biserialibus. W.

Polypodium pentaphylloides. *Petiv. fil.* 17. *t.* 7. *f.* 6.

Hemionitis altera pentaphylla elegantior. *Plum. filic.* 126. *t.* 147. *bona.*

Heilkrautblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in Hispaniola, *inque insulis* Philippinis. 24. *(v. s.)*

Stipes *pedalis laevis.* Frons *pinnata pedalis vel sesquipedalis.* Pinnae *quinque- vel sexpollicares petiolatae oblongo-lanceolatae acuminatae basi cordatae trilobae, lobis lateralibus brevibus, margine repando-dentatae vel obsolete repandae.* Sori *subrotundi biseriales.* W.

* 11. ASPIDIUM *macrophyllum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis, terminali tripartita sinuata, lateralibus subsinuato-repandis, infimis bi- trilobisve subsinuatis, soris biserialibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lato-lanceolatis sinuato-subcrenatis laciniatisve, infimis basi auriculatis, fronde stipiteque glaberrimis. *Swartz synop. filic.* 43. *et* 239.*

Aspidium martinicense. *Sprengel Anl.* 3. *p.* 133.

Polypodium auriculatum. *Petiv. fil.* 16. *t.* 7. *f.* 5.

Hemionitis maxima Linguae Cervinae affinis. *Plum. fil.* 124. *t.* 145.

Grofsblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in Martinica, Domingo, Eustache, Caracas, Cumana. 24. *(v. s.)*

Filix admodum varians, pinnis latioribus et angustioribus, plus minusve sinuatis. W.

* 12. ASPIDIUM *meniscioides.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis alternis grosse dentatis, basi cuneatis, soris biserialibus. W.

Mondfarrnartiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Brasilia. 24. *(v. s.) Comes de Hoffmannsegg.*

Integram frondem non vidi, videtur ex fragmento quod possideo, tripedalis. Stipes *glaber nitidus punctis minutis conspersus, crassitie pennae columbinae.* Frons *pinnata.* Pinnae *alternae valde distantes, quinquepollicares, pollicem fere latae, lineari-lanceolatae, basi cuneatae, breve petiolatae, grosse et obtuse dentatae.* Sori *biseriales mediocres approximati. Primo intuitu Meniscio facie et copia sororum simile.* W.

13. ASPIDIUM *falcatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovatis falcato-acuminatis remote obtuse serratis, terminali leviter triloba, soris sparsis, stipite paleaceo. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lato-cordatis falcatis acuminatis integris, stipite squamoso. *Swartz synop. filic.* 43.

Polypodium *(falcatum)* frondibus pinnatis, pinnis cordatis falcatis acuminatis integris, fructificationibus approximatis sparsis. *Thunb. jap.* 336. *t.* 35.

Polypodium (*falcatum*) frondibus pinnatis, pinnis petiolellatis cordato-lanceolatis falcatis crenatis, fructificationibus plurimis sparsis. *Linn. suppl.* 446.

Filix cheusanica latiori Lonchitidis serrato folio, aversa parte ferrugineis punctulis refertissimo. *Pluk. amalth.* 93. *t.* 405. *f.* 1.

Polypodium (*japonicum*) frondibus pinnatis, pinnis falcato-cordiformibus acutis integerrimis. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 187. *t.* 98. *f.* 3.
Sichelblättriger Wurmfarrn. W.
Habitat in Japonia. 24. (*v. s.*)

Stipes *decempollicaris paleis ovato-oblongis acuminatis magnis margine ciliato-denticulatis, praesertim basin versus, obsitus.* Frons *pinnata sexpollicaris.* Pinnae *breve petiolatae bipollicares alternae superiores parum breviores lato-ovatae basi rotundatae, vix cordatae, apice valde acuminatae falcatae, margine grosse et obtuse serratae.* Sori *subrotundi numerosi sparsi. In iconibus et descriptionibus pinnae a Thunbergio et Houttuynio integerrimae sunt, Linnaeus filius et Plukenetius serratas esse dicunt, in meo specimine, quod amicissimus D. Langsdorff mecum communicavit, omnino serratae sunt. Dubius haereo, utrum variet pinnis serratis et integerrimis, an forte varietas serrata sit species diversa?* W.

* 14. ASPIDIUM *rhizophyllum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundo-ovatis cuneatis obtusis crenatis, basi sursum subauritis, summis confluentibus, terminali lanceolata valde acuminata fructificante, apice radicante, soris solitariis, stipite paleaceo. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ovato-deltoideis, superioribus confluentibus in laciniam fructiferam radicantem. *Swartz synop. filic.* 44.

Polypodium (*rhizophyllum*) frondibus pinnatis decumbentibus apice caudatis, fructiferis radicantibus, pinnis ovato-deltoideis. *Swartz prod.* 132. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1657.
Wurzelblättriger Wurmfarrn. W.
Habitat in umbrosis montosis Jamaicae *australis.* 24. (*v. s.*)

* 15. ASPIDIUM *humile*. W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis ovato-oblongis obtusis crenatis, terminali lanceolata longissima basi cuneata. W.

Polypodium (*trapezoides*) frondibus pinnatis, pinnis oppositis ovatis denticulatis glabris, impari lanceolata longissima. *Burm. ind.* 233. *t.* 66. *f.* 2.

Niedriger Wurmfarrn. W.

Habitat in Java. 2.

Species praecedenti proxima, sed adhuc dubia. W.

* 16. ASPIDIUM *splendens*. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis linearibus acutiusculis basi cuneatis obtuse serratis sessilibus, soris solitariis, marginalibus immersis. W.

Polypodium (*punctulatum*) frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis subcrenatis punctulis nigris margine notatis, fructificationibus seriali-marginalibus. *Lam. encycl.* 5. *p.* 553.

Arana-panna. *Rheed. mal.* 12. *p.* 61. *t.* 31.

Schimmernder Wurmfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 2. (*v. s.*) *D. Klein.*

Frons *tripedalis pinnata nitida glabra.* Pinnae *inferiores quinquepollicares, superiores tripollicares, lineares, basi cuneatae, apice attenuatae acutiusculae, obtuse breviter serratae.* Sori *subrotundi solitarii marginales immersi.* W.

* 17. ASPIDIUM *punctulatum*.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis serratis, basi cuneatis, margine punctatis, soris solitariis marginalibus, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus glabris, basi rotundatis, rarius subauritis, margine punctatis dentatis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 46. *et* 245.*

Lonchitis cervina dentata, punctulis nigris notata. *Plum. fil.* 98. *t.* 112.

Schwarzpunktirter Wurmfarrn. W.

Habitat in Martinicae *umbrosis, inque* Guinea. 24.

Pinnae *fere quinquepollicares, et pollicem latae.* W.

* 18. ASPIDIUM *acuminatum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis crenato-serratis, basi cuneatis, margine punctatis, soris solitariis marginalibus, stipite paleaceo-piloso. W.

Langgespitzter Wurmfarrn. W.

Habitat in America *calidiore?* 24. *(v. s.) D. Flügge.*

Stipes *semitereti-triqueter, pilis sparsis articulatis paleaceis obsitus.* Frons *sesquipedalis pinnata.* Pinnae *bi- vel tripollicares et longiores, quatuor lineas latae, lanceolatae acuminatae, basi cuneatae, crenato-serratae.* Venae *ad marginem frondis terminantur in puncta parva nigra.* Sori *subrotundi solitarii marginales. Valde simile A. punctulato, sed diversum:* pinnis *angustioribus margine crenato-serratis,* stipiteque *paleaceo-piloso. Ab A. biserrato praecipue diversum:* pinnis *basi aequaliter cuneatis.* W.

* 19. ASPIDIUM *acutum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutis serrulatis, basi cuneato-truncatis sursum subauritis, subtus rachique hirtis, soris solitariis marginalibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lato-lanceolatis basi retusis sursum subauritis, margine subrepando-serrulatis, subtus rachive hirtis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 46.

A. frondibus pinnatis, pinnis acutis subundulatis crenatis, basi truncatis, sursum subauritis, subtus setaceis, rachive lanuginosa. *Schkuhr. crypt.* 32. *t.* 31.

Spitziger Wurmfarrn. W.
Habitat in India *orientali?* 4.

* 20. ASPIDIUM *semicordatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis subcrenatis, basi cordato-truncatis, lobo inferiore cordato majore, soris geminatis sparsis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis parallelis subintegris, basi oblique cordatis, lobo inferiore gibbosiore, soris utrinque biserialibus. *Swartz synop. filic.* 45.

Polypodium *(semicordatum)* frondibus pinnatis, pinnis parallelis lanceolatis glaberrimis, basi oblique cordatis, lobo inferiore gibbosiore, fructificationibus quadriseriatis. *Swartz prod.* 132. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1651.

Lingua cervina, foliis ensiformibus serratis. *Plum. fil.* 98. *t.* 113.

Filix latifolia non ramosa, foliis gladiformibus serratis. *Plum. amer.* 10. *t.* 15.

Halbherzförmiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Jamaicae, Hispaniolae *umbrosis montosis calcareis.* 4. *(v. s.)*

Sori *sparsi geminati, in utroque latere pinnae lineam longitudinalem duplicem formant.* W.

* 21. ASPIDIUM *gibbosum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutiusculis, apice crenatis medio subgibbosis, basi inferiore rotundatis, superiore auriculatis, superioribus fructificantibus, soris solitariis marginalibus. W.

Tectaria *(falcata)* foliis pinnatis, pinnulis lanceolatis falcatis, basi superiore auriculatis, fructificationibus solitariis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 615.

Höckriger Wurmfarrn. W.

Habitat in Philippinis, Marianis. 4. *(v. s.)*

Frons *tripedalis pinnata glabra.* Pinnae

tripollicares et longiores lanceolatae apice angustatae acutiusculae, medio vel in margine superiore, vel in inferiore dente magno, ac si rudimentum lobi esset, gibbosae, a medio ad apicem crenatae, basi superiore breviter auriculatae, inferiore rotundatae. Pinnae *superiores tantum fructificantes.* Sori *subrotundi marginales. Dignoscitur facile,* pinnis *uno alterove latere gibbosis.* W.

* 22 ASPIDIUM *undulatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis falcatis basi cordatis, sursum auritis, margine remote crenatis undulatis, soris solitariis. *Swartz synop. filic. 45. excluso synonymo.*

Wellenförmiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Sierra Leone. 24.

* 23. ASPIDIUM *sorbifolium.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis alternis obtusiusculis, serratis, basi superiore truncato-subauriculatis, inferiore cuneatis, rachi paleacea. W.

Ebereschenblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 2|. *(v. s. s. fruct.)*

Caudex *filiformis repens glaber.* Stipes *pollicaris glaber.* Rachis *paleis brevibus obsita.* Frondes *quinquepollicares pinnatae.* Pinnae *mediae pollicares, inferiores et superiores sensim breviores, lanceolatae obtusiusculae remote serratae, serraturis 5 vel 6 in utroque latere, basi superiore truncatae, vix manifeste auriculatae, inferiore cuneatae.* Costa media *paleis parvis ventricosis obsita.* Soros *perfectos non vidi.* W.

* 24. ASPIDIUM *pectinatum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis apice dentatis, basi superiore acute auriculatis, inferiore cuneatis, soris solitariis marginalibus, stipite glabro. W.

Aspidium trapezoides. *Schkuhr. crypt.* 30. *t.* 29. *b.*
Kammförmiger Wurmfarrn. W.
Habitat . . . . . 24. *(v. s.)*

Stipes *glaber.* Frons *decempollicaris, vel pedalis pinnata plabra.* Pinnae *quadrilineares oblongae obtusae, apice dentatae, basi superiore acute auriculatae, inferiore truncato-abbreviatae, brevissime petiolatae, petiolis sub lente observatis, quandoque fasciculo parvo pilorum articulatorum instructis.* Sori *subrotundi marginales solitarii.* W.

25. ASPIDIUM *Lonchitis.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis falcatis acutis ciliato-serratis, basi superiore acute auriculatis, inferiore cuneatis, superioribus fructificantibus, subtus stipite rachique paleaceis, soris solitariis marginalibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ciliato-serratis, stipite strigoso. *Swartz synop. filic.* 43. *Schkuhr. crypt.* 29. *t.* 29.

Polypodium (*Lonchitis*) frondibus pinnatis, pinnis lunulatis ciliato-serratis declinatis, stipitibus strigosis. *Sp. pl.* 1548. *Hort. cliff.* 475. *Scop. carn. n.* 1267. *Fl. dan. t.* 497. *Act. nidros.* 4. *t.* 5. *f.* 2. 3. *Gunn. norv. n.* 49. *Hoffm. germ. II. p.* 4. *Bolt. fil.* 34. *t.* 19.

Polystichum Lonchitis. *Roth. germ. III.* 71.

Polypodium foliis pinnatis, pinnis ciliatis dentatis appendiculatis. *Hall. helv. n.* 1711.

Filix mas non ramosa, pinnulis latis auriculatis spinosis. *Pluk. alm.* 152. *t.* 179. *f.* 6.

Lonchitis aspera. *Bauh. pin.* 359.

Lonchitis aspera major. *Moris. hist.* 3. *p.* 566. *s.* 14. *t.* 2. *f.* 1.

Lonchitis mas seu latifolia aspera minor. *Barr. ic.* 1121.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 183.

Buchtenfarrnartiger Wurmfarrn. W.

Habitat in alpinis et subalpinis Sueciae, Nor-

vegiae, Germaniae, Helvetiae, Italiae, Angliae, Galliae. 24. *(v. v.)*

* 26. ASPIDIUM *acrostichoides.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis falcatis acutis ciliato-serratis, basi superiore mucronato-auriculatis, inferiore cuneatis, superioribus fructificantibus minoribus, stipite rachique paleaceis, soris solitariis demum confluentibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis subsessilibus subserrato-ciliatis, basi sursum auriculatis, superioribus fructificantibus, stipite paleaceo. *Swartz synop. filic.* 44. *Willd. enum.* 1069.

Aspidium auriculatum. *Schkuhr. crypt.* 31. *t.* 30. *exclusis synonymis.*

Nephrodium (*acrostichoides*) stipite paleaceo, fronde longa pinnata, pinnis alternis subsessilibus, basi hinc auriculatis, levissime serratis ciliatis, superioribus tantum fructificantibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 267.

Polypodium fronde pinnata lanceolata, foliolis lunulatis ciliato-serratis declinatis, petiolis strigosis. *Gron. virg.* 123. *excluso synonymo Linnaei.*

Staubfarrnartiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Pensylvania, Virginia, Carolina. 24. *(v. v.)*

Dignoscitur facile: pinnis *superioribus tantum fructificantibus minoribus et* soris *demum confluentibus.* W.

* 27. ASPIDIUM *mucronatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis subfalcatis serratis apice spinulosis, basi superiore mucronato-auriculatis, inferiore rotundato-cuneatis, soris solitariis, stipite rachique paleaceis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis subfalcatis serrulatis, basi sursum auritis apiceque spinulosis,

stipite rachive squamoso hirsuto. *Swartz synop. filic.* 43.

Polypodium mucronatum. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1649.

Polypodium muricatum. *Swartz prod.* 131.

Trichomanes majus totum album, pinnis aculeatis trapezii figura. *Sloan jam. hist.* 1. *p.* 82. *t.* 36. *f.* 4. 5.

Weichstachlicher Wurmfarrn. W.

Habitat in sylvis montium Jamaicae *australis.* 4.

Huc pertinet sine dubio Aspidium mucronatum Schkuhr. crypt. t. 29. *b., quod sub A. triangulo allegavit Clariss. Swartz, a quo vero valde recedit.* W.

28. ASPIDIUM *triangulum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovatis triangularibus acutis dentatis, basi superiore longiore, soris solitariis, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis acute triangularibus dentatis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 44. *excluso synonymo Schkuhrii.*

Polypodium (*triangulum*) frondibus pinnatis, pinnis triangularibus dentatis. *Sp. pl.* 1549.

Trichomanes folio triangulo dentato. *Petiv. fil.* 76. *t.* 1. *f.* 10.

Lonchitis folio triangulari. *Plum. fil.* 54. *t.* 72. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst* 13. *p.* 187.

Dreieckiger Wurmfarrn. W.

Habitat in sylvis Jamaicae, Hispaniolae. 4.

29. ASPIDIUM *cordifolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovatis cordatis obtusis repandis, basi superiore longiore, inferioribus et summis minoribus, soris solitariis, stipite glabro, W.

A. frondibus pinnatis, pinnis parallelis oblongis obtusis obsolete serratis, basi oblique cordatis, sursum gibbosioribus vel auritis, soris solitariis, rachi subpubescente. *Swartz synop. filic.* 45. *excluso synonymo Schkuhrii.*

Polypodium (*cordifolium*) frondibus pinnatis, pinnis cordatis obtusis integerrimis repandis. *Sp pl.* 1549.
Trichomanes folio cordato. *Petiv. fil.* 75. *t.* 1. *f.* 11.
Lonchitis folio cordato. *Plum. fil.* 53. *t.* 71.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 187.
Herzförmiger Wurmfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola. 24.

30. ASPIDIUM *auriculatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolato-falcatis cuspidatis serratis, basi superiore truncato-auriculatis acutis, inferiore cuneatis, inferioribus et summis minoribus, soris solitariis, stipite glabro. W.
Aspidium auriculatum. *Swartz synop. filic.* 44. *excluso synonymo Schkuhrii et diagnosi.*
Polypodium (*auriculatum*) frondibus pinnatis, pinnis falcato-lanceolatis serratis, basi truncatis sursum auritis. *Sp. pl.* 1548. *Fl. zeyl.* 383.
Filix zeylanica lonchitidis facie. *Breyn. cent.* 189. *Raj. suppl.* 69. *Burm. zeyl.* 98. *t.* 44. *f.* 2. *bona.*
Lonchitis aspera zeylanica, alis falcatis levissime denticulatis et superiore latere auriculatis. *Moris. hist.* 3. *p.* 566.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 185.
Geöhrter Wurmfarrn. W.
Habitat in India *orientali*, Zeylona. 24. *(v. s.)*
Stipes *glaber.* Frons *sexpollicaris pinnata.* Pinnae *intermediae pollicares superiores et inferiores sensim minores, lanceolatae falcatae, apice cuspidatae, margine serratae, serraturis muticis, basi superiore acute auriculatae truncatae, basi inferiore cuneatae.* Sori *subrotundi solitarii marginales, tam in superioribus, quam in inferioribus pinnis. Clariss. Swartz hanc speciem cum Aspidio acrostichoide confudit.* W.

* 31. ASPIDIUM *trapezoides.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis subfalcatis acutis serratis, summis confluentibus, basi superiore truncato-auriculatis obtusis, inferiore cuneatis, soris solitariis, stipite paleaceo. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis trapezio-oblongis crenato-serrulatis striatis glabris, basi sursum acutis, stipite squamuloso. *Swartz synop. filic.* 44.

Polypodium trapezoides. *Swartz. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1647. *Sloan jam.* 1. *t.* 36. *f.* 1.

Schiefblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in montibus excelsis Jamaicae australis. 24. *(v. s.)*

Valde affine praecedenti, sed satis distinctum pinnarum *forma, summis confluentibus*, auriculis *obtusis*, serraturis *inaequalibus summis majoribus.* W.

* 32. ASPIDIUM *amboinense.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis obtuse serratis acutiusculis, summis confluentibus, basi truncatis, sursum obtuse auriculatis, soris sparsis, rachi pilosa. W.

Lonchitis amboinica alba. *Rumph. amb.* 6. *p.* 72. *t.* 30. *f.* 2?

Amboinischer Wurmfarrn. W.

Habitat in Amboina. 24. *(v. s.) Ventenat.*

Stipes *quinquepollicaris glabriusculus.* Rachis *frondis linea longitudinali pilosa in stipitem decurrente instructa.* Frons *quinquepollicaris pinnata superne pinnatifida.* Pinnae *fere pollicares lanceolatae apice obtusiusculae, margine obtuse serratae, basi truncatae superne breviter auriculatae, auriculis obtusis.* Sori *quatuor geminati parvi subrotundi inter venas transversales.* W.

* 33. ASPIDIUM *paraënse.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceola-

tis obtusis apice subserratis, basi cuneato-truncatis sursum subauritis, summis inferioribusque minoribus, soris solitariis, rachi pubescente. W.

Parascher Wurmfarrn. W.

Habitat in Para Brasiliae. 2. *Comes de Hoffmannsegg.*

Stipes *quadripollicaris nitidus glaber basi paleaceo-pubescens.* Rachis *tenuissime pubescens.* Frons *pedalis vel sesquipedalis pinnata.* Pinnae *subopposita, intermediae sesquipollicares, superiores et inferiores minores, oblongo-lanceolatae obtusae, apice subserratae basi truncato-cuneatae, sursum brevissime auriculatae, supra glabrae, subtus leviter pubescentes.* Sori *subrotundi marginales.* W.

34. ASPIDIUM *exaltatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutis apice serratis, supra margine albo-punctatis, basi superiore truncato-auriculatis acutis, inferiore cordatis, soris solitariis marginalibus, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis subfalcatis, basi cordatis sursum gibbis subserrulatis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 45. *Schkuhr. crypt.* 33. *t.* 32. *b.*

Polypodium (*exaltatum*) frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus integris, basi inferiore introrsum, superiore sursum gibbis. *Sp. pl.* 1548.

Lonchitis glabra minor. *Plum. amer.* 19. *t.* 28. *fil.* 48. *t.* 63.

Lonchitis altissima, pinnulis ex utroque latere auriculatis. *Sloan jam.* 16. *hist.* 1. *p.* 77. *t.* 31.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 185.

Hoher Wurmfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Antillis, *inque* Nova Andalusia. 2. *(v. s.)*

Stipes *nitidus glaber, rarissime basi paleis*

paucis instructus. Frons *pedalis vel quadripedalis pinnata.* Pinnae *sex- vel quindecimlineares lanceolatae acutae, apice obtuse serratae glabrae, supra ad marginem punctis albis notatae, basi superiore truncatae acute et breviter auriculatae, inferiore leviter cordatae.* Sori *solitarii marginales. In frondibus pedalibus pinnae apice obsolete serratae sunt, in quadripedalibus vero ad medium usque serraturis instructae.* W.

* 35. ASPIDIUM *sesquipedale.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutis apice subbiserratis, supra margine nigro-punctatis, basi superiore truncato-auriculatis acutis, inferiore abbreviatis, soris solitariis marginalibus, stipite paleaceo. W.

Anderthalbfufsiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Brasilia. 24. *(v. s.) Comes de Hoffmannsegg.*

Stipes *tri- vel quadripollicaris nitidus paleaceus.* Rachis *profunde canaliculata et in canaliculata parte piloso-paleacea.* Frons *sesqui- vel bipedalis pinnata.* Pinnae *pollicares et longiores glabrae acutae, apice acute simpliciter et biserratae, basi superiore truncatae breviter auriculatae acutae, inferiore valde abbreviatae, ut fere dimidiatae videntur.* Venae *ad marginem in superiore pagina in puncta nigricantia terminantur.* Sori *subrotundi solitarii marginales. Valde simile A. exaltato, sed* pinnis *non albo-punctatis, argute subbiserratis, basi inferiore admodum attenuatis diversum.* W.

* 36. ASPIDIUM *ensifolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis serrulatis, basi cuneatis, superiore obtuse leviter auriculatis, soris solitariis marginalibus, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus gla-

bris, basi retusis, sursum obsolete auritis, margine obtuse serrulatis, soris solitariis. *Swartz synop. filic.* 46. *excluso synonymo Plumieri.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus crenatis basi truncatis, sursum auritis, punctis fructiferis solitariis. *Schkuhr. crypt.* 32. *t.* 32.

Schwerdblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in India *occidentali?* 24.

* 37. ASPIDIUM *obtusifolium.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtuse serratis, apice rotundato-oblongis, basi superiore truncatis acutis, inferiore cordatis, soris solitariis marginalibus stipite rachique paleaceo-pilosis. W.

Stumpfblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.) D. Klein.*

Stipes *sesquipollicaris nitidus plerumque nudus canaliculatus, in canaliculata parte pilosus.* Rachis *profunde canaliculata, ut stipes paleaceo-villosa.* Frons *sesquipedalis pinnata.* Pinnae *octolineares oblongae obtuse serratae glaberrimae, apice rotundato-obtusae, basi superiore truncatae acutae, inferiore cordatae.* Sori *subrotundi marginales. Apex frondis videtur radicans esse.* W.

* 38. ASPIDIUM *biserratum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis obtuse duplicato-serratis, basi superiore cuneatis, inferiore rotundato-auriculatis, soris solitariis marginalibus, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus basi retusis, deorsum subauritis, margine obtuse serratis, serraturis bidentatis, soris versus marginem solitariis. *Swartz synop. filic.* 46. *et* 242. *Schkuhr. crypt.* 34. *t.* 33?

Doppeltgesägter Wurmfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 24.

Filix *bipedalis.* Stipes *tereti-angulatus gla-*

ber. Frons *pinnata oblonga.* Pinnae *oppositae sessiles patentes quadripollicares ensiformes, acuminatae basi subcordatae, angulo baseos inferioris paululum productiore rotundato, superiore obliterato, margine obtuse serratae, serraturis minutis bidentatis, utrinque glabrae, enerves, venis parallelis obliquis.* Rachis *supra sulcata, inferne teres glabra.* Sori *inter costam et marginem, cui propinquiores, solitarii subrotundi parvi.* Indusia *cordato-subrotunda planiuscula ferruginea.* Swartz l. c.

39. ASPIDIUM *hirsutulum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis obtuse subduplicato-serratis, basi superiore lanceolato-auriculatis, inferiore rotundatis, soris solitariis marginalibus, costa, rachi, stipiteque paleaceo-hirsutis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis lanceolatis obtuse serratis, basi sursum auriculatis, soris solitariis, costa stipiteque villosis. *Swartz synop. filic.* 45. *et* 241.* *Schkuhr. crypt.* 33. *t.* 33.

Polypodium (*hirsutulum*) frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtuse serratis, basi sursum auriculatis, stipite villoso. *Forst. prod. n.* 439. Spreuhaariger Wurmfarrn. W.

Habitat in insulis *maris* pacifici, *inque* India *orientali.* 2. *(v. s.) D. Klein.*

Stipes *poleaceo-hirsutus.* Rachis *sulco tenui exarata, paleis tenuibus piliformibus obsita.* Frons *pedalis vel sesquipedalis pinnata.* Pinnae *sesqui- vel bipollicares lanceolatae acuminatae serratae, serraturis in frondibus fructificantibus plerumque indivisis, in sterilibus vero bidentatis, basi superiore auriculatis, auriculo elongato lanceolato integerrimo, quandoque serrato, inferiore rotundatae, interdum fere subauriculatae.* Sori *subrotundi marginales.* Costa media *ut rachis paleaceo-hirsuta.* W.

* 40. ASPIDIUM *falcinellum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis subfalcatis rigidiusculis, basi sursum deorsumque auriculatis, margine obtuse serratis, serraturis bidentatis, soris solitariis subconfluentibus, rachi paleacea. *Swartz synop filic.* 46. *et* 243.*

Sichelartiger Wurmfarrn. W.

Habitat . . . . . 24. *(v. s.)*

* 41. ASPIDIUM *arbuscula.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutiusculis obtuse serratis, basi superiore truncato-auriculatis inferiore rotundatis, utrinque et rachi pubescentibus, soris sparsis, caudice arborescente. W.

A. (*triseriale*) frondibus pinnatis linearibus acutis dentatis interne subauritis, soris in quatuor lineis parallelis. *Bory in litt.*

Stämmiger Wurmfarrn. W.

Habitat in insulae Mauritii *ripis fluviorum ad sylvarum margines.* ♄ *(v. s.)*

Caudex *fruticosus simplex pedalis vel bipedalis erectus.* Frondes *octopollicares usque pedales pinnatae.* Pinnae *sesquipollicares lineari-lanceolatae acutiusculae utrinque pube tenui obductae, obtuse serratae, basi superiore cuneato-truncatae et obtuse auriculatae, inferiore rotundato-cuneatae.* Sori *subrotundi sparsi in utroque latere costae mediae lineas duas irregulares longitudinales formantes.* Rachis *semiteres tenui pube tecta.* W.

* 42. ASPIDIUM *pilosum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis obtuse serratis, basi superiore truncato-auriculatis, inferiore rotundatis, subtus rachi stipiteque pilosis, soris solitariis marginalibus. W.

Aspidium pilosum. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 16.

Haariger Wurmfarrn. W.

Habitat in Nukahiva. 24. *(v. s.)*

Rachis *pilis paleaceis fuscis obsita.* Frons *sesquipedalis pinnata.* Pinnae *bipollicares et longiores lanceolatae acuminatae obtuse grosse serratae, basi superiore truncatae et breviter obtuse auriculatae, inferiore rotundato-truncatae, subtus pilis paleaceis fuscis tectae.* Sori *solitarii marginales.* W.

* 43. ASPIDIUM *tomentosum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis obtuse serratis, basi superiore truncatis subauriculatis, inferiore rotundatis costa rachique tomentosis, soris solitariis marginalibus. W.

Filziger Wurmfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

Rachis *paleaceo-tomentosa.* Frondes *septem- vel octopollicares pinnatae.* Pinnae *octolineares oblongae apice parum attenuatae obtusae, remote obtuse serratae, basi superiore truncatae in angulum subauriculatae, inferiore rotundatae, subtus in costa media paleis tenuibus fuscis tomentosae, juniores ex toto tomentosae fuscae.* Sori *solitarii marginales.* W.

* 44. ASPIDIUM *tuberosum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis apice serratis, cordatis sessilibus amplexicaulibus, basi sursum auriculatis, soris solitariis marginalibus, stipite rachique paleaceis. W.

A. frondibus pinnatis linearibus obtusatis, pinnis deltoideo-ovatis interne auritis denticulatis. *Bory in litt.*

Knollentragender Wurmfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *arboribus.* 24. *(v. s.)*

Stipes *bipollicaris paleaceus.* Rachis *canaliculata paleacea.* Frondes *sesquipedales pinnatae.* Pinnae *octolineares parallelae approximatae oblongae obtusae apice serratae sessiles amplexicaules, basi cordatae, sursum auricu-*

latae, auriculis obtusis. Sori *subrotundi marginales.* Tubera *vivipara paleis obducta magnitudine nucis avellanae in rachi propullulant.* W.

* 45. ASPIDIUM *emarginatum.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis grosse dentatis, dentibus acute emarginatis, basi superiore inciso-auriculatis, inferiore cuneatis, soris solitariis. W.

Lonchitis auriculata et serrata. *Plum. fil.* 47. *t.* 62. *f. A.*

Ausgerandeter Wurmfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. ♃.

Frons *sesquipedalis pinnata.* Pinnae *sesquipollicares et longiores lanceolatae acuminatae grosse dentatae, dentibus apice acute emarginato-bidentatis, basi superiore lobo profunde auriculatae, auriculis elongatis subbifidis, laciniis apice plerumque bidentatis, basi inferiore cuneatae.* W.

††† *Frondibus bipinnatifidis, indusiis dimidiatis reniformibus.*

* 46. ASPIDIUM *Hippocrepis.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis, summis confluentibus decurrentibusque, reliquis sessilibus, infimis petiolatis, pinnatifidis; laciniis integerrimis subsinuatisque, soris lunatis, stipite basi paleaceo, venis hirtis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis acuminatis pubescentibus inciso-pinnatifidis, laciniis obtusis, terminalibus coadunatis, indusiis semilunaribus. *Swartz synop. filic.* 51.

Polypodium *(Hippocrepis)* frondibus subbipinnatis, foliolis lanceolato-oblongis acuminatis pinnatifide et obtuse incisis, superioribus confluentibus, floribus lunatis. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 641. *Collect.* 3. *p.* 186.*

Hemionitis laciniis crispis incisis. *Plum. fil.* 129. *t.* 150.

Hufeisentragender Wurmfarrn. W.
Habitat in Hispaniola, Venezuela. 24.

Stipes *basi paleaceus.* Frondes *variae formae, alteram depinxit descripsitque Illust. de Jacquin, alteram icone illustravit Plumier.* Filix *sequenti simillima tam diversa:* pinnis *superioribus decurrentibus,* laciniis *margine non serrulatis* venisque *hirtis.* Sori *in hac et sequenti specie lunati sunt.* W.

47. ASPIDIUM *varium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis pinnatifidis pinnatisque, pinnis summis confluentibus, reliquis petiolatis, laciniis remote adpresso-serrulatis, venis glabris. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis subpinnatis, terminalibus simplicibus, infimis basi bipinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 51.

Polypodium *(varium)* frondibus lateralibus bipinnatis, foliolo infimo pinnatifido. *Sp. pl.* 1551.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 204.

Verschiedengestalteter Wurmfarrn. W.

Habitat in India *orientali,* China. 24. *(v. s.)*

Stipes *nitidus glaber linea decurrente pilosa instructus.* Frondes *sub duplici forma occurrunt, nempe pinnatae, pinnis oblongis acuminatis bipollicaribus pinnatifidis, summis confluentibus basi rotundatis nec decurrentibus, inferioribus petiolatis basi leviter cordatis, laciniis remote adpresso serrulatis.* Frondes *aliae bipinnatae duplo fere majores, pinnis pinnatifidis, laciniis remote adpresso-serrulatis.* Sori *reniformes.* Venae *in omnibus frondibus glabrae. Descriptionem hujus sequentem loco citato dedit Linnaeus.* W.

Stipes *hirtus pilis vagis.* Frons *pinnata.* Foliolis *lateralibus ad basin pinnatifidis.* Pinnae *omnes sessiles argute et tenuissime serratae.* Pinnulae *baseos deorsum spectantes juxta stipitem longiores et semipinnatifidae, qua nota fa-*

cillime innotescit. Sic Frons *apice simpliciter pinnata, lateribus bipinnata, pinnula baseos elongata pinnatifida.* Sp. pl. l. c.

* 48. ASPIDIUM *incisum.* †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis incisis decurrentibus, soris sparsis. *Swartz synop. filic.* 47.

Tectaria *(incisa)* foliis pinnatis, pinnulis lanceolatis incisis decurrentibus, fructificationibus sparsis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 613.

Eingeschnittner Wurmfarrn. W.

Habitat in Porto Rico. 24.

Frondes *bipedales pedem latae,* Pinnae *alternae vario modo incisae, praecipue terminalis.* Cav. l. c.

* 49. ASPIDIUM *syrmaticum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis longissime acuminatis pinnatifidis, laciniis obtusis serratis, sinubus unidentatis. W.

Geschweifter Wurmfarrn. W.

Habitat in Peru, Chili. 24. *(v. s.)*

Stipes *glaber canaliculatus.* Frons *sesquipedalis pinnata.* Pinnae *alternae in qualibet fronde circiter* 19 *usque* 21 *fere tripollicares oblongo-lanceolatae pinnatifidae apice valde in caudam longam serratam elongatae.* Laciniae *lanceolatae obtusae serratae.* Sinus *laciniarum semper dente unico prominente instructi.* Sori *parvi subrotundi in qualibet lacinia solitarii. Habitu valde simile Pteridi macrourae a Plumiero tab.* 13. *depictae, sed praeter characterem generis ab hac,* pinnis *duplo minoribus alternis et copiosioribus diversum.* W.

* 50. ASPIDIUM *coriandrifolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis superioribus confluentibus, reliquis petiolatis, pinnatifidis basi cuneato-subcordatis utrinque pubescentibus, laciniis obtusis subrepando-crenatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis cordato-oblongis pinnatifidis, laciniis obtusis crenato-repandis pubescentibus. *Swartz synop. filic.* 51.

Polypodium (*coriandrifolium*) frondibus bipinnatifidis, pinnis oblongis cordatis laciniisque obtusis crenato-repandis pubescentibus. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1675.*

Filix non ramosa, pediculo hirsuto, coriandrii foliis, americana. *Pluk. alm.* 153. *t.* 284. *f.* 5.

Corianderblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in montibus Jamaicae. 24. *(v. s.)*

Pinnae *semipollicares basi cuneatae, quandoque leviter subcordatae.* W.

* 51. ASPIDIUM *deltoideum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis superioribus ovato lanceolatis pinnatifidis, laciniis subintegerrimis, inferioribus abbreviatis oblongo-triangularibus integerrimis deflexis, rachibus pubescentibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis inferioribus abbreviatis oblongis triangularibus integris reflexis. *Swartz synop. filic.* 49.

Polypodium (*deltoideum*) frondibus pinnatis, pinnis inferioribus abbreviatis integris oblongis deltoideis deflexis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1669. *Ejusd. prod.* 133.

Polypodium appendiculatum. *Lam. encycl.*

Deltaförmiger Wurmfarrn. W.

Habitat in montosis sylvaticis Jamaicae *australioris.* 24.

52. ASPIDIUM *retroflexum.* †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutis leviter pinnatifidis, laciniis obtusis integerrimis, basi auriculatis, superioribus erectis reliquis deflexis, soris solitariis. W.

Polypodium (*retroflexum*) frondibus subbipinnatis, foliolis infimis reflexis, pinnis laceris. *Sp. pl.* 1550.

Lonchitis acuminata auriculisque rotundis incisa. *Plum. fil.* 52. *t.* 68.

Filicula alis inferioribus pendulis. *Petiv. fil.* 72. *t.* 1 *f.* 9.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 203.
Zurückgebogener Wurmfarrn. W.
Habitat in Hispaniola. 24.

* 53. ASPIDIUM *stipulare.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis integerrimis, stipulis pinnatifidis acuminatis, soris approximatis. W.
Filix ad alas foliosa. *Plum. fil.* 18. *t.* 23.
Nebenblättriger Wurmfarrn. W.
Habitat in Martinica. 24.

Frons *orgyalis pinnata.* Pinnae *inferiores pedales pinnatifidae, laciniis lineari-lanceolatis integerrimis acutis.* Stipulae *bipollicares pinnatifidae, laciniis lineari-lanceolatis integerrimis, ad basin pinnae.* Sori *valde approximati solitarii, in linea longitudinali, ad costam mediam cujuslibet laciniae.* Indusia *albida.* W.

* 54. ASPIDIUM *serratum.*

A. frondibus pinnatis subtus pubescentibus, pinnis ensiformibus rectis attenuatis pinnatifidis, laciniis semiovatis subfalcatis. W.
A. frondibus lato-ovatis, pinnis patentibus ensiformibus rectis attenuatis profunde serratis, serraturis semiovatis subfalcatis nervosis. *Swartz synop. filic.* 47. *et* 246.*
Tectaria (*serrata*) foliis pinnatis, pinnulis lineari-lanceolatis profunde serratis, fructificationibus solitariis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 617.
Tiefgesägter Wurmfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia, *insulisque* Marianis. 24.

A. attenuato proximum, sed differt: laciniis *baseos aequalibus,* pinnis *longioribus magisve nervosis. A. unito quoque assimilatur, at* pinnae *longiores apice valde attenuatae, laci-*

niis acutis subfalcatis, serraturas mentientibus, nec ut in illo exacte semiovatis obtusis. Swartz l. c.

* 55. ASPIDIUM *pteroides.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus leviter pinnatifidis glabris, laciniis ovatis acutis, soris marginalibus. W,

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus remotiusculis subpinnatifidis, incisuris ovatis acutis, utrinque rachive glabris, soris submarginalibus. *Swartz synop. filic.* 47.

Polypodium (*pteroides*) fronde pinnata, pinnis alternis lanceolatis inciso-serratis, serraturis superioribus coalescentibus, fructificationibus marginalibus. *Retz obs.* 6. *p.* 39. *n.* 87.

Tectaria marginalis. *Cavan.*

Saumfarrnartiger Wurmfarrn. W.

Habitat in India *orientali*, Zeylona. 24.

* 56. ASPIDIUM *Serra.*

A. frondibus triangularibus pinnatis, pinnis alternis linearibus utrinque attenuatis, terminali latiore, pinnatifidis, subtus pubescentibus, laciniis semiovatis acutis, rachi hirta, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-ensiformibus subpinnatifidis attenuatis laxis, terminali latiore, incisuris semiovatis acutis nervosis, fronde deltoidea. *Swartz synop. filic.* 47. *Schkuhr. crypt.* 35. *t.* 33. *b. mala.*

Polypodium (*Serra*) frondibus subbipinnatifidis, pinnis linearibus longissimis attenuatis inciso-serratis, serraturis semiovatis acutis nervosis. *Swartz prod.* 132. *Ejusd. Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1665.

Filix non ramosa major, surculis raris brevioribus, pinnulis crebris latis brevibus. *Sloan jam.* 1. *p.* 90. *t.* 48. *mala.*

Filix bermudiensis non ramosa petraea, pinnis

acutioribus planis hirsutie pubescentibus. *Pluk. alm.* 151. *t.* 244. *f.* 4.

Sägenförmiger Wurmfarrn. W.

Habitat in sylvis interioribus Jamaicae. 24. *(v. s.)*

57. ASPIDIUM *unitum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis linearibus, basi cuneatis, pinnatifidis, subtus pubescentibus, laciniis ovatis acutis, rachi superne pubescente. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus subfalcatis strictis subpinnatifidis, incisuris semiovatis obtusis nervosis, nervis rachive pubescentibus, fronde elliptica. *Swartz synop. filic.* 47. *Schkuhr. crypt.* 34. *t.* 33. *b.*

Polypodium *(unitum)* frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus serratis, serraturis semiovatis ovato-nervosis. *Sp. pl.* 1548. *exclusis synonymis Sloani et Plukenetii.*

Filix maderaspatana elegans, pinnulis serratis. *Petiv. mus.* 10. *t.* 1. *f.* 55.

Filix zeylanica denticulata non ramosa. *Burm. zeyl.* 98. *t.* 44. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 186.

Verbundener Wurmfarrn. W.

Habitat in Tranquebaria, Zeylona. 24. *(v. s.)*

* 58. ASPIDIUM *obtusatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis linearibus basi cuneatis levissime pinnatifidis, subtus subpubescentibus, laciniis ovatis obtusis, rachi glabra, soris margini approximatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus sinuato-pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis. *Swartz synop. filic.* 48. *et* 248.*

Pteris *(interrupta)* frondibus pinnatis, pinnis acuminatis dentatis, linea fructificante ad marginem dentium. *Willd. phytog.* 13. *t.* 10. *f.* 1.

Abgestumpfter Wurmfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 24.

* 59. ASPIDIUM *davallioides.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis basi cuneatis levissime pinnatifidis glabris, laciniis oblongis obtusis, soris solitariis in apice laciniarum. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis apice attenuatis subpinnatifidis, laciniis remotiusculis obtusis soro solitario terminatis. *Swartz synop. filic.* 48. *et* 247.*

Ophioglossum *(acuminatum)* caule flexuoso, pinnis alternis acutissimis praelongis angustis. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 10. *p.* 53. *t.* 94. *f.* 3.

Davallienartiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Java. 24.

* 60. ASPIDIUM *pellitum.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis obtusis pubescentibus pinnatifidis, laciniis ovatis obtusis integerrimis, soris solitariis in sinubus frondis, stipite rachique villosis. W.

Filix non ramosa in obtusas pinnulas dissecta. *Plum. fil.* 34. *t.* 45.

Bepelzter Wurmfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. 24.

Distinguitur facile, soris solitariis inter laciniias pinnae positis. W.

* 61. ASPIDIUM *albo-punctatum*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis pinnatifidis supra margine albo-punctatis, laciniis oblongis integerrimis, infimis longioribus apice subcrenatis, soris sparsis, rachi hirta. W.

A. fronde oblonga pinnata, pinnis pinnatifidis, laciniis obtusatis margine punctatis. *Bory in litt.*

Polypodium *(umbilicatum)* frondibus pinnatis, foliolis pinnatifidis lanceolatis, pinnis obtusis crenulatis, fructificationibus sparsis, capsulis umbilicatis, stipite anguloso subsquamoso. *Lam. encycl.* 5. *p.* 528?

Weifspunktirter Wurmfarrn. W.
Habitat in monte igniwomo insulae Borboniae. 24. *(v. s.)*

Stipes *tripollicaris glaber, videtur paleis destitutus.* Rachis *hirta.* Costa *media pinnarum pilosiuscula.* Frons *pedalis et longior pinnata.* Pinnae *sesquipollicares pinnatifidae supra margine, punctis magnis albis instructae, utrinque glabrae.* Laciniae *oblongae obtusae, inferiores longiores, apice quandoque obsolete crenatae, omnes margine reflexae, inde in statu sicco crenatae videntur.* Sori *magni sparsi subrotundi.* W.

* 62. ASPIDIUM *sophoroides.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus pinnatifidis, laciniis ovatis subfalcatis acutis, infima superiore longiore, soris marginalibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus subpinnatifidis, laciniis ovatis subfalcatis acutis, infimis longioribus. *Swartz synop. filic.* 48.

Polypodium *(sophoroides)* frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus inciso-serratis, serraturis semiovatis-nervosis, infima serratura superiore longiore. *Thunb. in Act. Soc. Lin. Lond. 2. p.* 341.

Polypodium unitum. *Thunb. jap.* 336.

Sophorenartiger Wurmfarrn. W.
Habitat in Japonia. 24.

Frons *pedalis vel ultra, pinnata glabra.* Pinnae *lanceolatae acutae inciso-serratae, serraturae ovatae parallelo-nervosae mucronatae, saepe a marginibus revolutis subfalcatae, serratura infima in basi a latere superiore longior.* Pinna *terminalis simplex inciso-serrata.* Puncta *fructificantia juxta margines incisurarum. Differt a P. unito, cui valde similis:* pinnula *vel* serratura *baseos pinnarum a latere superiore longiore.* Thunb. in Act. l. c.

* 63. ASPIDIUM *attenuatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis

pinnatifidis, laciniis ovatis acutis subserratis, inferioribus longioribus, rachi pubescente. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolato-linearibus subpinnatifidis attenuatis, laciniis ovatis acutis subfalcatis. *Swartz synop. filic.* 48. *et* 249.*

Polypodium *(dissectum)* frondibus pinnatis, foliolis pinnatifidis, pinnulis oblongis obtuse serratis, inferioribus longioribus vix coalitis. *Forst. prod. n.* 441.

Polypodium exosum. *Gmel. syst. nat.* 2. *p.* 1311.

Verdünnter Wurmfarrn. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24.

* 64. ASPIDIUM *invisum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis pinnatifidis glabris, laciniis lanceolato-falcatis, infimis fere brevioribus. *Swartz synop. filic.* 48.

Polypodium (*invisum*) frondibus bipinnatifidis glabris, pinnis lineari-lanceolatis longissimis attenuatis, pinnis acutis falcatis, baseos aequalibus. *Swartz prod.* 133. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1672.* *Schkuhr. crypt.* 15. *t.* 18.

Filix non ramosa major, surculis crebris, pinnulis longis angustis. *Sloan jam. hist.* 1. *p.* 90. *t.* 50.

Filix latius dentata altera polypodii radice. *Plum. fil.* 18. *t.* 22?

Verhafster Wurmfarrn. W.

Habitat in sylvis Jamaicae. 24.

* 65. ASPIDIUM *patens.*

A. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis, infimis pinnarum ultimarum longioribus pinnatifido-incisis, venis subtus hirtis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis pinnatifidis attenuatis subtus pubescentibus, laciniis oblongis acutis baseos longioribus. *Swartz synop. filic.* 49.

Polypodium (*patens*) fronde bipinnatifida subtus villosiuscula, pinnis lineari-lanceolatis elongatis, pinnulis oblongis acutis integris, infimis longioribus. *Swartz prod.* 133. *Ejusd. Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1673. *Ait. Kew.* 3. *p.* 464.

Polypodium (*nymphale*) frondibus pinnatis pubescentibus, foliolis linearibus acuminatissimis serratis, basi pinnatifidis, segmentis oblongis obtusis vix antrorsum falcatis. *Forst. prod. n.* 442. *Schkuhr. crypt.* 36. *t.* 34.

Filix non ramosa minor, surculis crebris, pinnulis brevissimis angustis. *Sloan hist. jam.* 1. *p.* 91. *t.* 52. *f.* 1.

Ausgebreiteter Wurmfarrn. W.

Habitat in Antillis, Cumana, *inque insulis* Maris pacifici. 24. *(v. s.)*

Frons *sesqui- vel bipedalis pinnata.* Pinnae *quadripollicares et longiores pinnatifidae, venis subtus-hirtis.* Laciniae *lanceolatae integerrimae, margine subrevolutae, infimae longiores subserratae.* Lacinia *infima superior duorum parum inferiorum pinnarum semipollicaris pinnatifido-incisa. Hac nota facile ab omnibus affinibus distinguendum. Aspidium patens horti nostri botanici ab A. molli non est diversum.* W.

* 66. ASPIDIUM *pennigerum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis attenuatis glabris pinnatifidis, laciniis ovato-oblongis obtusis, infimis aequalibus. *Swartz synop. filic.* 49. *et* 250.*

Polypodium (*pennigerum*) frondibus pinnatis glabris, foliolis linearibus acuminatissimis subpinnatis, pinnis ovato-oblongis obtusis connatis. *Forst. prod. n.* 444. *Schkuhr. crypt.* 17. *t.* 22.

Federförmiger Wurmfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 24.

* 67. ASPIDIUM *molle.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis utrinque pilosis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis integerrimis, infimis subaequalibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolato-acuminatis pinnatifidis utrinque villosis, laciniis oblongis obtusis integris, infimis subaequalibus. *Swartz synop. filic.* 49. *Schkuhr. crypt.* 37. *t.* 34. *b.*

Polypodium (*molle*) frondibus subbipinnatis villosis mollibus, foliolis sublanceolatis acuminatis subpinnatifidis, lobulis integerrimis obtusis. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 640. *Collect.* 3. *p.* 188.*

Aspidium patens. *Willd. enum.* 1069.

Weicher Wurmfarrn. W.

Habitat in rupestribus udis ad Caracas. 4. (*v. v.*)

Diversum ab A. patente non esse, antea credidi, sed est re vera distinctum: frondibus *utrinque pubescentibus,* pinnis *brevioribus,* laciniis *inferioribus vix elongatis et integerrimis.* W.

68. ASPIDIUM *parasiticum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis utrinque pilosis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis apice obsolete crenatis, infima superiore majore. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolato-acutis pinnatifidis utrinque pubescentibus, laciniis oblongis obtusis integris, infima superiore rotundata majore. *Swartz synop. filic.* 49.

Polypodium (*parasiticum*) frondibus semibipinnatis lanceolatis, lobulis rotundatis integerrimis striatis. *Sp. pl.* 1551.

Kari-welli-panna-paravara. *Rheed. mal.* 12. *p.* 35. *t.* 17.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 204.

Schmarozer-Wurmfarrn. W.

Habitat in Malabariae, Javae, Sumatrae *arboribus.* 4. (*v. s.*)

Stipes *tripollicaris glaber.* Rachis *pilosa.* Frons *novempollicaris usque pedalis, utrinque pilosa, pinnata.* Pinnae *tripollicares lineari-lanceolatae acuminatae pinnatifidae.* Laciniae *oblongae obtusae, apice obsolete subcrenatae plerumque integerrimae, infima superior reliquis longior et parum latior.* Sori *parvi sparsi.* W.

* 69. ASPIDIUM *rotundatum.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis glabris pinnatifidis, laciniis oblongis rotundato-obtusis integerrimis, infima superiore majore. W.

Filix non ramosa, pinnulis rotundis non dentatis, major. *Plum. fil.* 29. *t.* 38.

Rundspitziger Wurmfarrn. W.

Habitat in Martinica. 4.

Valde simile praecedenti. W.

* 70. ASPIDIUM *Oreopteris.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis glabris subtus resinoso-glandulosis pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusis integerrimis, infimis sublongioribus, soris marginalibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis patentissimis subpinnatis, laciniis obtusis integris, subtus resinoso-glandulosis, infimis rachi parallelis, soris submarginalibus. *Swartz synop. filic.* 50. *Smith brit.* 3. *p.* 1120. *Schkuhr. crypt.* 37. *t.* 35. 36.

Polypodium Oreopteris. *Ehrh. crypt. n.* 22. *Fl. dan. t.* 1121. *Hoffm. germ. II. p.* 5. *Engl. bot. t.* 1019.

Polypodium Thelypteris. *Huds. angl.* 457. *Bolt. fil.* 40. *t.* 22. *f.* 1. 2. *Hedw. theor.* 44. *t.* 6.

Polypodium montanum. *Vogler dissert. Giſsae* 1781. *Willd. prod. berol. n.* 883.

Polypodium limbospermum. *Allion auctar. ad fl. pedem. p.* 49. *Billard. Act. Taurin.* 5. *p.* 253.

Polypodium pterioides. *Villars delph.* 3. *p.* 841.

Polystichum montanum. *Roth. germ. III.* 74.
Filix non ramosa nostras, pinnulis brevibus, acutioribus, integris, nonnihil falcatis, punctis ferrugineis ad oras pulverulentis. *Pluk. malth.* 91.
Randfrüchtiger Wurmfarrn. W.
Habitat in ericetis montosis Germaniae, Daniae, Angliae, Italiae, Galliae. 24. *(v. v.)*
Fronde *subtus glandulis resinosis adspersa abunde distinctum.* W.

71. ASPIDIUM *noveboracense.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusiusculis subintegerrimis ciliatis, soris marginalibus. W.
A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis oblongis integerrimis parallelis, stipite laevi. *Swartz synop. filic.* 55. *Schkuhr. crypt.* 47. *t.* 46.
A. (*Thelypterioides*) pinnis pinnatifidis sublinearibus, pinnulis oblongis subintegris, soris juxta margines pinnarum seriatis. *Swartz synop. filic.* 57.
Nephrodium (*Thelypterioides*) stipitibus erectis glabris, fronde pinnata, pinnis sublinearibus pinnatifidis, pinnulis oblongiusculis subintegris, punctis minusculis, juxta marginem pinnularum seriatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 267.
Polypodium (*noveboracense*) frondibus bipinnatis, pinnis oblongis integerrimis parallelis, stipite laevi. *Sp. pl.* 1552.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 233.
Neuyorkischer Wurmfarrn. W.
Habitat in Canada *et in montibus* Alleghanis. 24. *(v. v.)*
Stipite *laevi.* Rachi *pilosiuscula.* Frondes *semipedales et sesquipedales pinnatae subtus in venis pilosa et in margine laciniarum ciliata.* Pinnae *sesqui- et tripollicares lineari-lanceolatae profunde pinnatifidae.* Laciniae *oblongae obtusiusculae plerumque integerrimae, quan-*

doque perquam obsolete apice subcrenulatae. Sori *minutissimi marginales.* Indusia *reniformia. Dignoscitur facile* laciniis *pinnarum ciliatis. Variat* fronde *semipedali ut in figura Clariss. Schkuhrii, vel sesquipedali.* W.

* 72. ASPIDIUM *strigosum.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis glabris pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis integerrimis, infimis longioribus, costa media pinnarum strigoso-setosa, soris marginalibus. W.

Strieglichter Wurmfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 24. *(v. s.) D. Flügge.*

Stipes *glaber.* Rachis *pilis raris setosis patentibus obsita.* Frons *pedalis et longior pinnata.* Pinnae *fere bipollicares lanceolatae valde acuminatae pinnatifidae glabrae, inferiores breviores remotissimae.* Laciniae *lanceolatae acutae integerrimae, inferiores parum longiores.* Sori *minutissimi marginales.* Costa *media pinnarum setis adpressis obtecta.* Indusia *non vidi, quum specimen capsulis effoetis obsitum sit; hinc dubius sum an sit hujus vel Polypodii generis.* W.

* 73. ASPIDIUM *conterminum.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis pinnatifidis glabris, infimis brevissimis triangularibus, laciniis oblongis obtusissimis integerrimis, infimis longioribus, soris submarginalibus. W.

Lonchitis pinnulis rotundis non dentatis. *Plum. fil.* 36. *t.* 47.

Verwandter Wurmfarrn. W.

Habitat in Martinica. 24.

74. ASPIDIUM *Thelypteris.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis pinnatifidis glabris, laciniis ovatis acutis integerrimis, soris marginalibus contiguis demum confluentibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis subreflexis subpinnatis basi distinctis, laciniis acutiusculis apice subcrenulatis, infimis decussantibus, soris confluentibus, surculo repente. *Swartz synop. filic.* 50. *Smith brit.* 3. *p.* 1119. *Schkuhr. crypt.* 51. *t.* 52.

Polypodium Thelypteris. *Mant.* 505. *Syst. veg.* 788. *Doerr. nass. p.* 33. *Fl. dan. t.* 760. *Engl. bot. t.* 1018. *Hoffm. germ. II.* 5.

Polypodium pinnis pinnatis, pinnulis acutis integerrimis. *Hall. helv. n.* 1697.

Polypodium frondibus pinnatis, pinnarum laciniis cum nervo connatis ovatis integerrimis, prima majore. *Weifs. crypt. p.* 307.

Polystichum Thelypteris. *Roth. germ. III.* 77.

Acrostichum (*Thelypteris*) frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis integerrimis. *Sp. pl.* 1528. *Fl. suec.* 2. *n.* 939. *Reyg. gedan.* 2. *p.* 155. *Bolt. fil.* 78. *t.* 43. 44.

Filix tenuissime et profunde denticulata montbelgardica. *Bauh. hist.* 3. 731.

Filix minor non ramosa. *Bauh. hist.* 3. *p.* 732. *Mapp. alsat. ic.* 7.

Filix non ramosa minor sylvatica repens. *Moris. hist.* 3. *s.* 14. *p.* 580. *t.* 4. *f.* 17.

Thelypteris palustris non ramosa. *Rupp. jen.* 277. *Schmiedel ic. p.* 5. *t.* 11.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 223.

Sumpf-Wurmfarrn. W.

Habitat in Europae *et* Americae *borealis paludibus.* 24. *(v. v.)*

* 75. ASPIDIUM *riparium.*

A. frondibus pinnatis supra hispido-scabris, subtus glabris, resinoso-glandulosis, pinnis pinnatifidis, infima remotissima triloba, laciniis oblongis obtusis integerrimis, rachi stipiteque pilosis. W.

Aspidium riparium. *Bory in litt.*

Ufer-Wurmfarrn. W.

Habitat ad lacum magnum insulae Borboniae. 24. *(v. s.)*

Stipes *pollicaris pilosus, basi paleaceus.* Rachis *pilosa.* Frons *tri- vel quinquepollicaris pinnata.* Pinnae *semipollicares vel octolineares, superiores et inferiores sensim minores, inferiores remotae, infimae unguiculares trilobae, superiores pinnatifidae, supra hispido-scabrae vel si mavis in venis pilis brevissimis hirtae, subtus glabrae glandulis resinosis conspersae.* Laciniae *oblongae obtusae integerrimae.* Sori *minutissimi sparsi. Habitus praecedentis sed diversum:* fronde *supra hispido-scabra subtus glanduloso-resinosa,* pinnis *inferioribus valde distantibus sensim minoribus,* soris *sparsis,* stipite *piloso, denique* statura *minore.* W.

* 76. ASPIDIUM *prolixum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusiusculis, soris marginalibus dissitis, venis subtus rachique hirtis, stipite glabro. W.

Langer Wurmfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 2. *(v. s.) Ventenat.*

Stipes *pedalis glaber.* Rachis *inferne glabra, superne hirta.* Frons *bipedalis pinnata.* Pinnae *quinquepollicares patentes supra glabrae subtus in venis hirtae, lineari-lanceolatae acuminatae pinnatifidae.* Laciniae *lineares integerrimae obtusiusculae.* Sori *minutissimi marginales dissiti subrotundi.* W.

* 77. ASPIDIUM *nitidum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis integerrimis ciliatis, infima superiore serrata, soris marginalibus subconfluentibus, rachi stipiteque setoso-paleaceo. W.

Aspidium nitidum. *Bory in litt.*

Glänzender Wurmfarrn. W.

Habitat in sylvis insulae Mauritii. 2. *(v. s.)*

Stipes *quadripollicaris paleis setaceis obsitus.* Rachis *tenuissime pubescens paleisque co-*

piosis setaceis tecta. Frons *pedalis vel sesquipedalis pinnata.* Pinnae *tripollicares et longiores, lanceolatae acutae, supra glabrae, subtus glabriusculae pinnatifidae.* Laciniae *lanceolatae acutae integerrimae, margine ciliatae, infima superior parum longior serrata, inferior reliquis brevior basi inferiore unidentata.* Costa *media pinnarum et laciniarum, interdum etiam venae laterales setis sparsis paleaceis obsitae.* Sori *subrotundi marginales hic et illic confluentes.* W.

* 78. ASPIDIUM *limbatum.* †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis subpinnatis, laciniis oblongis serratis, infimis auriculatis, serraturis soriferis. *Swartz synop. filic.* 50. *et* 251.

Gesaumter Wurmfarrn. W.

Habitat in Caribaeis, Guadeloupe. 24.

79. ASPIDIUM *cristatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis subcordato-oblongis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis dentato-serratis, stipite paleaceo. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis subpinnatis cordato-oblongis, pinnulis ovatis obtusis incisis denticulato-serrulatis, fronde lanceolato-ovata, stipite paleaceo. *Swartz synop. filic.* 52. *Schkuhr. crypt.* 39. *t.* 37.

Polypodium (*cristatum*) frondibus subbipinnatis, foliolis ovato-oblongis, pinnis obtusiusculis apice acute serratis. *Sp. pl.* 1551. *Afzelius Act. holm.* 1787. *p.* 248. *t.* 9.*

Polypodium fronde duplicato-pinnata, pinnulis obtusis coadunatis crenatis. *Fl. suec.* 1. 848.

Polypodium (*Callipteris*) fronde subbipinnata, foliolis ovato-oblongis profunde pinnatifidis, laciniis ovatis duplicato-serratis, serraturis mucronulatis. *Ehrh. Beitr.* 3. *p.* 77. *Hoffm. germ. II.* 6.

Polystichum cristatum. *Roth. germ. III.* 84.

Nephrodium cristatum. *Mich. amer. 2. p.* 269?
Kammförmiger Wurmfarrn. W.
Habitat in Sueciae, Germaniae, Pensylvaniae *sylvis humentibus.* 24. *(v. v.)*

Nephrodium cristatum Michauxii forte eadem species, nam specimen pensylvanicum exacte cum nostra conveniens possideo. W.

80. ASPIDIUM *fragans.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis approximatis profunde pinnatifidis, laciniis oblongis obtuse dentatis, soris contiguis, rachi stipiteque dense paleaceis. W.
A. frondibus pinnatis, pinnis approximatis subpinnatis, laciniis obtuse serratis, indusiis imbricatis, stipite paleaceo. *Swartz synop. filic.* 51.
Polypodium *(fragrans)* frondibus subbipinnatis lanceolatis, foliolis confertis, lobis obtusis serratis, stipite paleaceo. *Sp. pl.* 1550.
Dryopteris rubum idaeum spirans. *Amm. ruth.* 251.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 203.
Wohlriechender Wurmfarrn. W.
Habitat in Sibiria. 24. *(v. s.)*

Stipes *fere sesquipollicaris dense paleis magnis ovatis fuscis obsitus.* Rachis *subtus paleis numerosis ovatis obtecta.* Frons *bi- vel tripollicaris pinnata.* Pinnae *lanceolatae quadrilineares numerosissimae valde approximatae profunde pinnatifidae.* Laciniae *unguiculares et minores oblongae obtusae atque obtuse dentatae.* Sori *ratione filicis magni, inferiorem paginam frondis obtegentes.* Indusia *reniformia imbricata.* W.

* 81. ASPIDIUM *pulchrum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis profunde pinnatifidis, laciniis linearibus obtusiusculis ciliatis, soris submarginalibus, stipite laevi. W.

Stipes *glaber.* Raches *glaberrimae.* Frondes *quadripedales.* Pinnae *primariae alternae pedales.* Pinnae *secundariae bipollicares.* Pinnulae *quadripollicares lanceolatae obtusae pinnatifidae oppositae distantes decurrentes.* Laciniae *oblongae integerrimae truncato-obtusae.* W.

* 145. ASPIDIUM *scandicinum.* W.

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lanceolatis acutis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis apice subbidentatis, rachibus paleaceis. W.

Kerbelblättriger Wurmfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 4. *(v. s.) D. Flügge.*

Stipes *subpaleaceus.* Raches *paleaceae.* Frondes *sesquipedales triplicato-pinnatae.* Pinnae *primariae alternae quinque- seu sexpollicares.* Pinnae *secundariae sesquipollicares alternae.* Pinnulae *suboppositae bi- vel trilineares lan-*

ceolatae acutae pinnatifidae. Laciniae *linearilanceolatae acutae plerumque apice bidentatae.* Sorus *oblongus unicus in qualibet pinnulae lacinia.* W.

* 146. ASPIDIUM *odoratum.*

A. frondibus ternatis bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis hirtis inciso-serratis, serraturis obtusis bidentatis, caudice paleaceo. W.

A. (*odoratum*) fronde ternata pinnata tomentosa, pinnulis pinnatifido-dentatis obtusis, stipite nudo, caudice paleaceo. *Bory in litt.* Wohlriehender Wurmfarrn. W.

Habitat in rupibus insulae Mauritii. 2. *(v. s.)*

Caudex *crassitie pollicis e fissuris rupium emergens, paleis brunneis semipollicaribus oblongo-lanceolatis longissime acuminatis integerrimis, densissime obsitus.* Stipes *tri- vel quadripollicaris glaber.* Raches *hirtae.* Frondes *ternatae bipinnatae quadri- vel quinquepollicares.* Pinnulae *lineares oblongae obtusae utrinque pilis brevibus hirtae profunde serratae.* Serraturae *obtusae bidentatae, inferiores saepius quadridentatae.* W.

* 147. ASPIDIUM *montanum.*

A. frondibus ternatis triplicato-pinnatis, pinnulis glabris lineari-lanceolatis, laciniis obtusis apice subdentatis, soris in qualibet lacinia solitariis, stipite paleaceo. W.

A. supradecompositum, foliolis ternis tripinnatifidis, lacinulis subfalcatis obtusis apice dentatis. *Swartz synop. filic.* 61. *Schkuhr. crypt.* 61. *t.* 63.

Polypodium (*montanum*) fronde tenera triangulari triplicato-pinnata, pinnulis pinnatifidis, segmentis ultimis oblongis obtusis, apice argute bifidis trifidisque. *Haenke in Jacq. Collect.* 2. *p.* 46. *Allion ped. n.* 2410. *Hoffm. germ. II. p.* 10.

Polypodium (*myrrhidifolium*) frondibus triangu-

lariter quadripinnatis, foliolis inciso-serratis apicibus confluentibus. *Villars delph.* 3. *p.* 851. *t.* 53.

Polypodium triplicato-pinnatum, pinnulis tertiis semipinnatis, lobulis bifidis. *Hall. helv. n.* 1710.

Cyathea montana. *Roth. germ. III.* 100.

Filix montana ramosa minor argute denticulata. *Vaill. paris.* 53. *Raj. synop.* 27.

Berg-Wurmfarrn. W.

Habitat in alpibus et subalpinis Austriae, Tyrolis, Salisburgi, Hevletiae, Italiae, Galliae. 4. *(v. v.)*

1963. ONOCLEA.

Willd. in Mag. d. Ges. naturf. Fr. z. Berl. 1809. *p.* 160.

Capsulae partem frondis inferiorem dense tegentes. *Indusia* squamiformia in formam baccae connata, non dehiscentia.

1. ONOCLEA *sensibilis.*

Onoclea sensibilis. *Sp. pl.* 1517. *Mich. amer.* 2. *p.* 272.

O. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis incisis, superioribus coadunatis, fructificantibus bipinnatis, pinnulis recurvato-globosis. *Swartz synop. filic.* 110.

Angiopteris. *Mitch. gen.* 29.

Osmunda frondibus pinnatis, foliolis superioribus basi coadunatis, omnibus lanceolatis pinnato-subulatis. *Hort. cliff.* 272. *Gron. virg.* 196.

Polypodium sensibile. *Munt. hist.* 290.

Filix indica Osmundae facie. *Bod. stap.* 320. *Breyn. cent.* 58. *t.* 56. *f. B.*

Filix mariana Osmundae facie racemifera. *Pluk mant.* 80. *t.* 404. *f.* 2.

Polypodium virginianum majus Osmundae facie

tenerius. *Moris. hist.* 3. *p.* 563. *s.* 14. *t.* 2. *f.* 10.
Filix indica polypodii facie. *Mentz. pug.* 6. *t.* 10.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 40.
Nordamerikanischer Fühlfarrn. W.
Habitat in Pensylvaniae, Virginiae, Carolinae *umbrosis.* 24. *(v. v.)*

* 1964. STRUTHIOPTERIS.

Willd. in Mag. d. Ges. naturf. Fr. z. Berl. 1809. *p.* 160.

Capsulae partem frondis inferiorem dense tegentes. *Indusia* squamiformia marginalia interius dehiscentia.

* 1. STRUTHIOPTERIS *germanica.* W.

S. frondibus sterilibus bipinnatifidis, laciniis integerrimis acutiusculis aequalibus. *Willd. enum.* 1071.
Osmunda *(Struthiopteris)* frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, scapo fructificante disticho. *Sp. pl.* 1522. *Fl. suec.* 841; 935. *Pall. it.* 1. *p.* 35. *Gunn. norv. n.* 1. *t.* 1. *f.* 1. 2. 3. *Fl. dan. t.* 169. *Amm. Act. petrop.* 10. *p.* 287. *t.* 18.
Onoclea *(Struthiopteris)* frondibus bipinnatifidis fructiferis, pinnis linearibus obtusis, pinnulis subrotundis. *Swartz synop. filic.* 111. *Hoffm. germ. II.* 11. *Roth. germ. III.* 37.
Filix palustris altera, fusco pulvere hirsuta. *Bauh. pin.* 358.
Filicastrum septentrionale et palustre. *Amm. ruth.* 175.
Lonchitis norvegica minor. *Raj. app.* 68.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 69.
Deutscher Straufsfarrn. W.
Habitat in Scandinavia, Russia, Germania, Helvetia, Hungaria. 24. *(v. v.)*

* 2. STRUTHIOPTERIS *pensylvanica.* W.
S. frondibus sterilibus bipinnatifidis, laciniis integerrimis obtusis, infima elongata acuta. W.
Pensylvanischer Straufsfarrn. W.
Habitat in Pensylvania. 24. *(v. s.) Mühlenberg.*
Valde similis praecedenti, sed diversa: pinnarum laciniis *rotundato-obtusis, infima longiore acuta.* W.

* 1965. LOMARIA.

Willd. in Mag. d. Ges. naturf. Fr. z. Berl. 1809. *p.* 160.

Capsulae partem frondis inferiorem dense tegentes. *Indusium* continuum marginale interius dehiscens in utroque latere frondis.

1. LOMARIA *spicata.* W.
L. fronde simplici lanceolata utrinque attenuata, apice lineari fructificante. W.
Onoclea *(spicata)* fronde simplici lanceolata, apice attenuata lineari fructificante. *Swartz synop. filic.* 110.
Acrostichum *(spicatum)* fronde simplici petiolato-lanceolata utrinque attenuata integerrima, spica terminali lineari. *Lin. suppl.* 444.* *Smith ic. ined. p.* 49. *t.* 49.* *Cav. prael.* 1801. *n.* 569.
Einfacher Randfarrn. W.
Habitat in insula Mauritii, Borboniae, *inque insulis* Marianis. 24. *(v. s.)*
Stipes *pollicaris glaber.* Frons *semipedalis lanceolata, basi in petiolum attenuata, apice etiam attenuata, in sterili obtusiuscula, in fructificante appendice lineari bipollicari et longiore instructa.* Indusium *continuum in utroque latere appendicis fructificantis subrepandum.* W.

* 2. LOMARIA *nuda.* W.
L. frondibus sterilibus pinnatifidis, laciniis linear-lanceolatis acuminatis integerrimis, infe-

rioribus brevissimis linearibus obtusis subcrenatis; fructificantibus pinnatis, pinnis linearibus, indusiis crenato-incisis. W.

Onoclea (*nuda*) frondibus sterilibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis subcrenulatis, fertilibus pinnatis, pinnis linearibus acuminatis, indusiis nudis. *Billard. nov. holland. 2. p. 96. t. 246.**

Nackter Randfarrn. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 24. *(v. s)*

Frondes *steriles bipedales et longiores profunde pinnatifidae.* Laciniae *sesqui- vel bipollicares lineari-lanceolatae acuminatae integerrimae, inferiores distantes semipollicares lineares obtusae subcrenulatae.* Frondes *fructificantes pinnatae ejusdem altitudinis.* Pinnae *lineares acuminatae sesquipollicares.* Indusium *ex utroque latere pinnae continuum crenato-incisum.* W.

* 3. LOMARIA *attenuata.* W.

L. frondibus sterilibus pinnatifidis, laciniis oblongo-lanceolatis acuminatis integerrimis, terminali longissima; fructificantibus pinnatis, pinnis linearibus, indusiis lacero-denticulatis. W.

Onoclea (*attenuata*) frondibus sterilibus subpinnatis, pinnis sessilibus ovato-lanceolatis attenuatis, lacinia terminali longissima; fructificantibus distinctis linearibus. *Swartz synop. filic. 112. et 308.**

Verdünnter Randfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 24. *(v. s.)*

Indusia *continua margine irregulariter lacero-denticulata.* W.

* 4. LOMARIA *lineata.* W.

L. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis lanceolatis subfalcatis tenuissime serrulatis sessilibus, basi superiore truncatis, inferiore cordatis;

fructificantibus pinnatis, pinnis linearibus; indusiis laceris. W.

Onoclea *(lineata)* frondibus pinnatis, sterilium pinnis oblique cordatis subintegris, fructiferis linearibus costa paleacea. *Swartz synop. filic.* 111. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1583.

Osmunda *(lineata)* frondibus pinnatis lanceolatis, basi oblique cordatis margine integris, fructificationibus, pinnis crenulatis medio squamosis. *Swartz prod.* 127.

Gestrichelter Randfarrn. W.

Habitat in lapidosis montosis Jamaicae. 4. *(v. s.)*

Pinnae *videntur integerrimae, sed sub lente observatae, tenuissime serrulatae sunt.* W.

* 5. LOMARIA *striata.* W.

L. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis lanceolatis apice serratis basi subcordatis; fructificantibus pinnatis, pinnis linearibus basi cordatis, indusiis laceris. W.

Onoclea *(striata)* frondibus pinnatis, sterilium pinnis subcordato-lanceolatis integris nervoso-striatis, apice attenuato-serratis, fructificantium linearibus basi cordatis. *Swartz synop. filic.* 422. *et* 304.*

Gestreifter Randfarrn. W.

Habitat in Martinica *et insula* St. Christophori. 4.

6. LOMARIA *capensis.* W.

L. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis cordato-lanceolatis serrulatis; fructificantibus pinnatis, pinnis linearibus, indusiis crenato-incisis. W.

Onoclea *(capensis)* frondibus pinnatis, sterilium pinnis cordato-lanceolatis serrulatis, fructificantium linearibus nudis. *Swartz synop. filic.* 111. *Thunb. prod.* 171.

Osmunda *(capensis)* frondibus pinnatis, pinnis cordato-lanceolatis crenulatis. *Mant.* 306. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 68.

Capischer Randfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

Frons *foliacea plusquam pedalis, simpliciter pinnata, stipite paleaceo.* Pinnae *sessiles ensiformes transversim striatae serrulatae approximatae, basi cordatae amplexicaules laeves.* Scapus *e fronde fructificante formatus.* Pinnae *lineares distichae alternae remotae digitales crassitie pennae anserinae, margine revolutae, tegentes primum fructificationem, demum discum marginibus interjectum ut in Acrostichis.* Mant. l. c.

7. LOMARIA *Boryana.* W.

L. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis sessilibus oblongo-lanceolatis obtusis integerrimis; fructificantibus pinnatis, pinnis linearibus, indusiis integerrimis, caudice arboreo. W.

Onoclea *(Boryana)* frondibus comosis pinnatis, sterilium pinnis ovato-oblongis obtusis integris, fructiferarum linearibus acutis strictis, caudice subarborescente. *Swartz synop. filic.* 111. *et* 306.*

Pteris *(osmundoides)* caule arboreo, frondibus pinnatis, pinnis sterilibus, pinnulis ovato-oblongis obtusis, floriferis strictissimis filiformibus acutis. *Bory itin. 2. p.* 194. *t.* 32.*

Boryscher Randfarrn. W.

Habitat in montosis sterilibus apricis insulae Borboniae. ♄ (*v. s.*)

Caudex *arboreus quadripedalis.* Frondes *steriles pinnatae bi- seu tripedales.* Pinnae *sesqui- vel bipollicares rigidae oblongo-lanceolatae basi angustatae sessiles, vel subsessiles, apice obtusae, margine revolutae parallelo-venosae.* Frondes *fructificantes pinnatae, sterilibus breviores.* Pinnae *tri- vel quadripollicares angustissimae lineares strictae.* Indusia *integerrima.* W.

* 8. LOMARIA *discolor.* W.

L. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis alternis sessilibus oblongis acutiusculis subserrulatis, subtus dealbatis; fructificantibus pinnatis, pinnis alternis linearibus basi dilatatis, indusiis denticulatis ciliatis. W.

Onoclea *(discolor)* frondibus pinnatis, pinnis alternis adnatis oblongis acutiusculis obsolete serrulatis, subtus dealbatis, fructiferis angustioribus, indusiis denticulatis paleaceis. *Swartz synop. filic.* 111.

Hemionitis discolor. *Schkuhr. crypt.* 7. *t.* 6.

Osmunda *(discolor)* frondibus pinnatis, pinnis oblongis acutiusculis integris sessilibus alternis approximatis. *Forst. prod. n.* 413.

Verschiedenfarbener Randfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 4.

* 9. LOMARIA *scandens.* W. †

L. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis lanceolatis nitidis costatis petiolatis basi rotundatis spinuloso-serratis; fertilibus pinnatis, pinnis linearibus, caudice scandente. W.

Onoclea (*scandens*) frondibus pinnatis, sterilium pinnis subpetiolatis lanceolato-ensiformibus attenuatis basi ovatis, striatis, subserrato-spinulosis, fertilium linearibus, surculo scandente. *Swartz synop. filic.* 112. *et* 309.*

Polypodium palustre. *Burm. ind.* 234.

Filix fronde pinnata, pinnis lanceolato-ensiformibus integris striatis setaceo-serratis. *Lin. zeyl. n.* 425.

Filix non ramosa altissima palustris, pinnis integris serratis acutis. *Burm. zeyl.* 100. *t.* 46. *frons sterilis.*

Filix zeylonica glabra latifolia maxima. *Herm. zeyl.* 38.

Filix non ramosa, foliis integris serratis zeylonica. *Breyn. cent.* 188.

Lonchitis volubilis. *Rumph. amb.* 6. *p.* 71. *t.* 31.

Panna valli. *Rheed. mal.* 12. *p.* 69. *t.* 35. *frons sterilis.*

Kletternder Randfarrn. W.

Habitat in Malabaria, Zeylona, *caudice arbores scandens.* 24. *(v. s.)*

In specimine meo re vera nullum indusium in fronde fructificante adest, nisi margo ipse integerrimus, videtur itaque species Acrostichi esse. W.

* 10. LOMARIA *fraxinea.* W.

L. frondibus sterilibus pinnatis, pinnis alternis subpetiolatis lanceolatis acuminatis integerrimis, basi cordatis; fructificantibus pinnatis, pinnis linearibus, indusiis integerrimis, caudice paleaceo repente. W.

Onoclea sorbifolia? *Bory in litt.*

Osmunda (*pollicina*) frondibus pinnatis, sterilium pinnis lanceolatis acuminato-setaceis, fertilium linearibus. *Willemet herb. maurit. in Ust. Annal.* 18. *p.* 61.

Eschenblättriger Randfarrn. W.

Habitat in arboribus insulae Mauritii. 24. *(v. s.)*

Caudex *crassitie pennae cygnei repens densissime paleis semipollicaribus lanceolatis longissime acuminatis subciliatis squarrosis obsitus.* Stipes Rachisque *paleis sparsis.* Frondes *steriles sesquipedales pinnatae.* Pinnae *bi- seu tripollicares alternae breve petiolatae lanceolatae acuminatae integerrimae, basi cordatae costato-venosae.* Frondes *fructificantes pedales vel sesquipedales, stipite rachique paleis sparsis obsitae.* Pinnae *lineares angustissimae utrinque parum attenuatae.* Indusia *integerrima. Ab Acrosticho sorbifolio satis distincta filix.* W.

* 11. LOMARIA *variabilis.* W.

L. frondibus sterilibus pinnatis compositisve, pinnatis, pinnis alternis petiolatis lanceolatis acuminatis integerrimis basi angustatis; fructi-

ficantibus pinnatis, pinnis linearibus, indusiis integerrimis, caudice scandente. W.

Onoclea (*myriothecaefolia*) frondibus sterilibus integerrimis pinnatis tripinnatifidisve, caudice scandente. *Bory in litt.*

Osmunda trifrons. *Bory itin. 3. p. 163.*
Veränderlicher Randfarrn. W.

Habitat in insulae Mauritii *arboribus magnis.* 4. *(v. s.)*

Caudex *scandens.* Frondes *steriles pinnatae tripedales.* Pinnae *quadri- vel quinquepollicares petiolatae alternae lanceolatae acuminatae basi cuneato-angustatae integerrimae costato-venosae.* Frondes *fructificantes pinnatae.* Pinnae *quinquepollicares et longiores lineares.* Indusia *integerrima. E relatione Clariss. Bory de St. Vincent frondes steriles pinnatae et etiam compositae sunt, vidi tantum frondes simpliciter pinnatas.* W.

* 1966. DAREA.

Jussieu gen. 15.

Sori lineares submarginales. *Indusia* e venis lateraliter orta exterius dehiscentia.

* 1. DAREA *flaccida.*

D. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis alternis, sterilibus repando-serratis, fructiferis pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusis integerrimis. W.

Caenopteris (*flaccida*) fronde pinnata, pinnis elliptico-lanceolatis incisis serratis. *Swartz synop. filic. 87. et 281.* Schkuhr. crypt. 77. t. 82.*

Caenopteris (*flaccida*) fronde pinnata, pinnis lanceolatis serratis. *Thunb. in Nov. Act. Petrop. 9. p. 158. t. D. fig. 1. 2.*

Asplenium (*flaccidum*) frondibus pinnatis, fo-

liolis alternis remotis pinnatifidis, segmentis linearibus strictis. *Forst. prod. n.* 426.
Welke Darea. W.
Habitat in Nova Zeelandia. 24.

* 2. DAREA *auriculata.*

D. frondibus pinnatis, pinnis oppositis oblongis obtusis pinnatifido-serratis, laciniis obtusis, infima superiore elongata bifida. W.
Caenopteris (*auriculata*) fronde pinnata ensiformi, pinnis oblongis obtusis incisis, laciniis linearibus, infimis bifido-auriculatis. *Swartz synop. filic.* 87.
Caenopteris (*auriculata*) fronde bipinnatifida, pinnulis lanceolatis obtusis, infimis bifido-auriculatis. *Thunb. in Nov. Act. Petrop.* 9. *p.* 158. *t. E. fig.* 2.*
Geöhrte Darea. W.
Habitat ad Cap. b. spei. 24.
Frondes *apice saepius radicantes viviparae.*
Thunb. l. c.

* 3. DAREA *odontites.*

D. frondibus pinnatis, pinnis alternis lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis acutis, inferioribus acute bifidis. W.
Caenopteris (*odontites*) fronde bipinnatifida, pinnulis lanceolatis acutis, inferioribus fissis. *Swartz synop. filic.* 87. *Thunb. in Nov. Act. Petrop.* 9. *p.* 158. *t. E. f.* 1.* *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 115. *t.* 3. *f.* 24. *Schkuhr. crypt.* 78. *t.* 82.
Spitzzähnige Darea. W.
Habitat ad Cap. b. spei. 24.

* 4. DAREA *appendiculata.*

D. frondibus pinnatis, pinnis alternis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis obtusis bidentatisve, infima superiore pinnatifida. W.
Caenopteris (*appendiculata*) fronde pinnata, pinnis lineari-lanceolatis, basi sursum appen-

diculatis, laciniis oblongis subacuminatis sparse bifidis. *Billard. Nov. Holland. 2. p. 94. t. 243.**

Anhängselblättrige Darea. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 4.

* 5. DAREA *furcata.*

D. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis subopppositis, laciniis spathulato-linearibus obtusis, inferioribus bipartitis, rachi alata. W.

Caenopteris (*furcata*) fronde bipinnata, pinnis imis furcatis, rachi compressa marginata. *Berg in Act. petrop. 6. p. 249. t. 7. f. 1.**

Adiantum (*borbonicum*) frondibus bipinnatis glabris, pinnulis oblongis, infima superiore bipartita, reliquis integerrimis. *Jacq. collect. 3. p. 286. t. 21. f. 1.**

Lonchitis (*bipinnata*) fronde bipinnata, rachi supra bisulcata, pinnis alternis, pinnulis linearibus confluentibus, interioribus emarginatis. *Forsk. descr.* 154.

Gabelblättrige Darea. W.

Habitat in insulae Borboniae *arboribus vetustis, inque sylvis montosis* Arabiae *felicis.* 4. *(v. s.)*

Stipes *quadripollicaris et altior compresso-subtetragonus glaber nudus, basi paleis oblongis acutis imbricatis obtectus.* Rachis *anguste alata.* Frondes *sex- vel septempollicares pinnatae.* Pinnae *semipollicares pollicaresve profunde pinnatifidae.* Laciniae *unguiculares spathulato-lineares obtusae, inferiores bipartitae. Hanc et sequentem conjunxerunt Clariss. Viri Thunberg et Swartz, sed re vera inter se differunt. Haec semper minus composita* rachi *ex toto alata et* pinnis *inferioribus oppositis, superioribus subalternis occurrit, denique sunt* laciniae *pinnarum breviores. Sequens species rachin apice tantum alatam,* frondem *bipinnatam* pinnas*que omnes alternas habet; observa-*

tur quidem interdum frons pinnata pinnis pinnatifidis Doreae furcatae simillima, quae tamen semper pinnis alternis, laciniis longioribus et rachi apice modo alata diversa. W.

* 6. DAREA *rutaefolia.*

D. frondibus bipinnatis, pinnis pinnulisque alternis, pinnulis inferioribus pinnatifidis, superioribus simplicibus, laciniis linearibus obtusis, rachi compressa. W.

Caenopteris (*rutaefolia*) frondibus pinnatifidis, laciniis linearibus planis obtusis. *Berg Act. petrop.* 6. *p.* 249. *t.* 7. *f.* 2.*

Caenopteris (*furcata*) fronde tripinnatifida apice bipinnatifida, pinnulis lanceolatis obtusis, sparsi bipartitis. *Swartz synop. filic.* 88. *Thunb. in Nov. Act. Petrop.* 9. *p.* 158. *t. F. fig.* 1.

Caenopteris (*rutaefolia*) pinnulis incisis, laciniis lanceolatis integris. *Thunb. prod.* 172.

Rautenblättrige Darea. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 4. *(v. s.)*

Pinnulae *inferiores sunt profunde pinnatifidae, laciniis linearibus obtusis, intermediae saepius bi- vel tripartitae, terminales simplices figura laciniarum. Adiantum furcatum Lin. suppl.* 447. *ex tribus filicibus est compositum, nam in descriptione haec et praecedens sunt permixtae, et synonymum Plukenetii ad Acrostichum bifurcatum spectat.* W.

* 7. DAREA *inaequalis.*

D. frondibus bipinnatis, pinnis suboppositis, pinnulis subalternis sessilibus lineari-cuneatis margine exteriore sub apice unidentatis acutiusculis, infima superiore petiolata obovato-cuneata apice dentata, rachi setaceo-paleacea. W.

Caenopteris (*inaequalis*) stipite pubescente, fronde bipinnata, pinnulis inferioribus erectis divisis, terminalibus confluentibus. *Bory in litt.*

Ungleiche Darea. W.

Habitat in sylvis insulae Borboniae. 4. *(v. s.)*

Stipes *tri- vel quadripollicaris paleis setaceis remotissimis tectus.* Rachis *canaliculata setis paleaceis praesertim basin versus obsita.* Frondes *sex- vel octopollicares bipinnatae.* Pinnae *sesquipollicares lanceolatae.* Pinnulae *bi- vel trilineares cuneato-lineares acutae, sub apice in margine exteriore dente unico brevi instructae, sessiles subdecurrentes.* Pinnula *infima superior petiolata reliquis longior et quadruplo latior obovato-cuneata apice dentata.* Apex *frondis plerumque radicans viviparus.* W.

* 8. DAREA *fumarioides.*

D. frondibus bipinnatis, pinnis pinnulisque alternis, pinnulis linearibus bipartitis obtusis, laciniis bipartitis, duobus paribus pinnularum inferioribus pinnatis, foliolis pinnularum superiorum forma. W.

Darea fumarioides. *Humboldt et Bonpland.*

Erdrauchartige Darea. W.

Habitat ad Caracas. 4. *(v. s.)*

Species pulcherrima. Radix *fibrosa nigra.* Stipes *canaliculatus glaber semipedalis.* Frondes *tri- vel quinquepollicares.* Pinnae *octolineares superiores sensim breviores, summae semiunguiculares patentes, inferiores oppositae, reliquae alternae.* Pinnulae *breve petiolatae lineares obtusae ad basin usque bipartitae, laciniis iterum bipartitis, summae tantum simpliciter bipartitae.* Pinnularum *paria duo inferiora pinnata quatuor lineas longa e foliolis structura pinnularum superiorum composita.* W.

* 9. DAREA *prolifera.* W.

D. frondibus bipinnatis, pinnis alternis apice caudatis, pinnulis linearibus decurrentibus arcuatis apice subbidentatis, pinnis inferioribus bipinnatis, rachi prolifera. W.

Caenopteris (*Fabiana*) frondibus bipinnatis, pin-

nis subcaudatis proliferis, pinnulis linearibus decurrentibus, inferioribus oppositis, superioribus alternis. *Bory in litt.*

Sprossende Darea. W.

Habitat in umbrosis insulae Borboniae *ad habitationem Domini* Fabien. 4. *(v. s.)*

Frondes *bipedales pendulae bipinnatae.* Pinnae *apice attenuatae radicantes.* Pinnulae *lineares decurrentes arcuatae, inferiores apice bifidae reliquae integerrimae.* Pinnae *inferiores bipinnatae.* Rachis *pinnarum vivipara.* Frondes *primordiales junioris filicis rhombeo-lanceolatae semipollicares ab apice ad medium serratae breviter stipitatae. Fragmenta tantum hujus vidi.* W.

* 10. DAREA *rhizophylla.*

D. frondibus bipinnatis, pinnis pinnulisque alternis, pinnulis subpetiolatis, inferioribus cuneiformibus bi- trilobisve, superioribus obovato-oblongis acutiusculis integerrimis. W.

Caenopteris (*rhizophylla*) fronde bipinnata apice radicante, pinnulis obovatis subfalcatis petiolatis, primordialibus lobatis. *Smith ic. ined.* 50. *t.* 50.*

Caenopteris (*rhizophylla*) fronde bipinnata, pinnulis distinctis obovatis subfalcatis, primordialibus deltoideis lobatis. *Swartz synop. filic.* 88. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1624.* *Thunb. Nov. Act. Petrop.* 9. *p.* 158.

Rutae murariae accedens filicula non ramosa minima, pinnulis subrotundis profunde scissis. *Sloan jam hist.* 1. *p.* 92. *t.* 52. *f.* 3.

Wurzelblättrige Darea. W.

Habitat in fruticetis montium Jamaicae *australis,* Hispaniolae, *inque in insula* Dominica. 4.

* 11. DAREA *cicutaria.*

D. frondibus bipinnatis, pinnis subalternis, pinnulis oblongo-cuneatis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis acutiusculis. W.

Caenopteris *(cicutaria)* fronde subtripinnata, pinnulis ovatis, laciniis lanceolatis coadunatis, primordialibus cuneatis incisis. *Swartz synop. filic.* 88. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1622.*

Caenopteris (*cicutaria*) fronde tripinnatifida, pinnulis lanceolatis saepissime bifidis. *Thunb. in Nov. Act. Acad. Petrop.* 9. *p.* 158. *t. C. f.* 1. *et t. F. fig.* 2.*

Asplenium cicutarium. *Swartz prod.* 130. *excluso synonymo.*

Filix pinnulis cristatis. *Plum. fil.* 34. *t.* 48. *f. A.*

Adiantum pinnis cristatis. *Petiv. fil.* 91. *t.* 5. *f.* 8.

Schierlingsartige Darea. W.

Habitat in India *occidentali et ad* Caracas. 24. *(v. s.)*

Variat laciniis pinnularum lineari-lanceolatis, et linearibus angustioribus. W.

* 12. DAREA *aspidioides.* W.

D. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis confluentibus pinnatifido-incisis, laciniis lanceolatis acutis inferioribus bifidis. W.

D. fronde bipinnata, pinnis pinnatifidis, laciniis inferioribus bifidis. *Willd. enum.* 1072.

Wurmfarrnartige Darea. W.

Habitat in India *orientali?* 24. *(v. v.)*

Facies Aspidii Filicis femineae minoris. Stipes *pollicaris et longior paleaceus.* Rachis *paleis sparsis obsita.* Frondes *octopollicares bipinnatae.* Pinnae *sesquipollicares alternae.* Pinnulae *sesquilineares lanceolatae decurrentes pinnatifido-serratae, laciniis lanceolatis acutis, inferioribus apice bidentatis.* W.

* 13. DAREA *myriophylla.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis alternis, pinnulis oblongo-ellipticis obtusis confluentibus, infimis obcordatis lobatisve, rachi alata. W.

Caenopteris (*myriophylla*) fronde tripinnata, pinnulis obovatis, primordialibus obcordatis lobatisve. *Swartz synop. filic.* 88. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1626.*

Vielblättrige Darea. W.

Habitat in Jamaicae *rupium fissuris.* 24. *(v. s.)*

* 14. DAREA *japonica.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis alternis, pinnulis petiolatis oblongis acutis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acuminatis trifidis integrisve. W.

Caenopteris (*japonica*) fronde tripinnata apice pinnata, pinnulis lanceolatis acutis incisis integrisve. *Swartz synop. filic.* 89. *Thunb. in Nov. Act. Petrop.* 9. *p.* 158. *t. C. f.* 2.*

Trichomanes (*japonicum*) frondibus supradecompositis, pinnulis inciso-trifidis acutis. *Thunb. jap.* 340.*

Japanische Darea. W.

Habitat in montosis Japoniae. 24.

15. DAREA *vivipara.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lineari-filiformibus integerrimis, rachi vivipara. W.

Caenopteris (*vivipara*) fronde tripinnata, pinnulis filiformibus. *Swartz synop. filic.* 89. *Thunb. in Nov. Act. Petrop.* 9. *p.* 158.

Caenopteris (*vivipara*) frondibus tripinnatis, laciniis subulatis rectis. *Berg Act. petrop.* 6. *p.* 250. *t.* 7. *f.* 3.*

Acrostichum (*viviparum*) frondibus viviparis bipinnatis, pinnis binatis unilateralibus, pinnulis pinnatifidis furcatis subulatis margine interiore fructificantibus. *Lin. suppl.* 444.*

Lebendiggebärende Darea. W.

Habitat in sylvis insulae Mauritii, Borboniae. 24. *(v. s.)*

1967. ASPLENIUM.

Swartz synop. filic. p. 4.

Sori lineares transversales sparsi. *Indusia* e venis lateralibus orta costam versus dehiscentia.

† *Fronde indivisa.*

* 1. ASPLENIUM *amboinense.* W. †

A. fronde lanceolata acuminata basi angustata subintegerrima, stipite undique squamoso. W.
Amboinischer Streifenfarrn. W.
Habitat in Amboina. 4. *(v. s.) Ventenat.*

Stipes *pollicaris dense paleis imbricatis ovatis fuscis obtectus.* Frons *pedalis vel quatuor decim-pollicaris lanceolata, sensim basin versus attenuata apice acuminata, margine integerrima, vel potius a venis transversalibus parallelis more perquam obsoleto subrepanda.* Fructificationes *non vidi, ex auctoritate Clariss. Ventenat ad hoc genus amandavi.* W.

* 2. ASPLENIUM *lanceum.*

A. fronde lanceolata utrinque attenuata integerrima, stipite basi piloso. W.
A. fronde elliptica glabra, stipite tereti squamoso. *Swartz synop. filic. 74.*
A. fronde simplici elliptica integra glabra, stipite tereti squamoso. *Thunb. jap. 333. Ejusd. ic. pl. jap. decas. 2.*
Lanzenförmiger Streifenfarrn. W.
Habitat in Japonia. 4.

Stipes *sesquipollicaris et longior adscendens basi pilis scariosis obsitus.* Frons *lanceolata tripollicaris et longior utrinque attenuata integerrima.* W.

3. ASPLENIUM *Nidus.*

A. fronde lato-lanceolata subsessili, soris confertissimis parallelis costae approximatis. W.
A. frondibus simplicibus lanceolatis integerrimis

glabris. *Sp. pl.* 1537. *Swartz synop. filic.* 74.

Phyllitis indica maxima latissimis foliis planis Musae facie. *Moris. hist.* 3. *p.* 558. *s.* 14. *t.* 1. *f.* 15.

Scolopendria indiae orientalis, Musae facie. *Breyn cent.* 129. *t.* 99.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 139.

Pisangblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in Tranquebariae, Javae, *insularum* Marianarum *et* Borboniae *arboribus summis.* 24. *(v. s.)*

Folia *bipedalia, latitudine spithamaea, robusta et consistentia, glabra, ad angulum acutum striata.* Lineae fructificantes *inter singulos nervos s. strias parallelas breves, utpote vix* $\frac{1}{3}$ *latitudinis folii attingentes.* Radix *insidet summis arboribus, unde folia exeunt in orbem digesta, erecta, instar umbellae, inter cujus centrum Aves plerumque nidos suos conficiunt.* Sp. pl. l. c.

4. ASPLENIUM *serratum.*

A. fronde lanceolata, breve stipitata, acuminata serrata, basi attenuata integerrima, soris approximatis parallelis. W.

A. frondibus simplicibus lanceolatis serratis subsessilibus. *Sp. pl.* 1538. *Swartz synop. filic.* 74. *Schkuhr crypt.* 61. *et* 64.

Lingua cervina longo lato serratoque folio. *Plum. amer.* 27. *t.* 39. *fil.* 108. *t.* 124.

Phyllitis major margine crenato. *Petiv. fil.* 106. *t.* 6. *f.* 7.

Phyllitis non sinuata, foliorum limbis leviter serratis. *Sloan jam.* 14. *hist.* 1. *p.* 72.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 139.

Gesägter Streifenfarrn. W.

Habitat in umbrosis Jamaicae, Hispaniolae, Martinicae. 24.

* 5. ASPLENIUM *proliferum.*

A. fronde subsessili lato-lanceolata, apice atte-

nuato-radicante. *Swartz prod.* 129. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1609. *Synop. filic.* 74.
Phyllitis non sinuata minor, apice folii radices agente. *Sloan jam.* 14. *hist.* 1. *p.* 71. *t.* 26. *f.* 1.
Sprossender Streifenfarrn. W.
Habitat in sylvis interioribus Jamaicae. 2.

Rachis *squamulosa fibrillas filiformes fuscas exserens.* Frondes *plures confertae subsessiles simplicissimae oblongae vel lato-lanceolatae bis. tripollicares integerrimae, basi angustiores, interdum longissimae attenuatae, apice ad terram demum deflexo, radicibusque emissis novae plantae originem proferente.* Frondes *primores obovatae venosae.* Sori *sparsi obliqui inaequales.* Indusium *versus costam dehiscens tenuissimum. Proximum A. rhizophyllo, quod tamen frondibus stipitatis, basi cordatis, satis diversum.* Swartz l. c.

6. ASPLENIUM *rhizophyllum.*

A. frondibus lanceolatis stipitatis subcrenatis, basi auriculato-cordatis apice longissimo lineari-filiforme radicante. W.
A. frondibus cordato-ensiformibus indivisis, apice filiformi radicante. *Sp. pl.* 1536. *Amoen. acad.* 2. *p.* 337. *Swartz synop. filic.* 74. *Gron. virg.* 2. *p.* 166.
A. pusillum glabrum, frondibus simplicibus subhastato-lanceolatis integris, summitate cirrhoso-radicantibus, fructificatione lineis brevibus inordinate sparsis. *Mich. amer.* 2. *p.* 264.
Phyllitis filicifolia parva saxatilis virginiana per summitates foliorum radicosa. *Pluk. alm.* 154. *t.* 105. *f.* 3.
Phyllitis saxatilis virginiana per summitates foliorum prolifera. *Moris. hist.* 3. *p.* 557. *s.* 14. *t.* 1. *f.* 14. *Petiv. gazoph. p.* 2. *t.* 105. *f.* 17. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 132.
Wurzelblättriger Streifenfarrn. W.
Habitat in Canada, Pensylvania, Virginia, Carolina. 2. (*v. s.*)

* 7. ASPLENIUM *vittaeforme.* †

A. fronde lineari subcrenata, subtus subpilosa, soris inter costam et marginem transversis subaequalibus. *Swartz synop. filic.* 74.

A. foliis linearibus subcrenatis, fructificationum lineis dorso transversim subaequalibus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 628.*

Bandförmiger Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Mauban. 24.

Frons *sesquipedalis, duodecim vel sedecim lineas lata.* Cav. l. c.

†† *Fronde angulata, lobata, divisave.*

* 8. ASPLENIUM *trapezoides.*

A. fronde rhombea subhastata, apice obtuse crenata, basi integerrima, stipite marginato. W.

A. fronde trapezoidea subtrilobata obtuse crenata, stipite marginato. *Swartz synop. filic.* 76. *Schkuhr. crypt.* 63. *t.* 67.

Rautenförmiger Streifenfarrn. W.

Habitat in Tarma Peruviae. 24.

* 9. ASPLENIUM *trilobum.*

A. fronde triloba crenata basi cuneata, lobo medio productiore stipite triplo breviore. W.

A. fronde trapezoidea indivisa et trilobata crenata, lobo medio acuminato producto, stipite fronde triplo longiore tereti. *Swartz synop. filic.* 75. *Cav. prael.* 1801. *n.* 629.*

Dreilappiger Streifenfarrn. W.

Habitat in insula St. Carlos de Chiloe, *inque insulis* Marianis. 24.

* 10. ASPLENIUM *palmatum.*

A. fronde quinqueloba cordata, lobis tribus intermediis acuminatis. W.

A. fronde cordata palmato-lobata. *Swartz synop. filic.* 75. *Schkuhr. crypt.* 62. *t.* 66.

A. frondibus simplicibus cordato-palmatis quinquelobis, lineis fructificantibus longis nume-

rosis tenuissimis. *Lam. encycl.* 2. *p.* 300. *Ejusd. illust. gen. t.* 867. *f.* 2.

Asplenium Hemionitis. *Brot. lusit.* 2. *p.* 398.

Hemionitis lusitanica elegantior. *Tournef. inst.* 546. *t.* 322. *fig. B.*

Filix Hemionitis dicta maderensis, hederae arboreae aliquatenus aemula. *Pluk. alm.* 155. *t.* 287. *f.* 4.

Handförmiger Streifenfarrn. W.

Habitat in Hispania, Lusitania, Azoribus, Canariis, Barbaria. 24. (*v. s.*)

11. ASPLENIUM *bifolium.* †

A. fronde bipartita, laciniis lanceolatis sinuato-dentatis. W.

A. frondibus binatis, foliolis lanceolatis subsinuatis connatis. *Sp. pl.* 1538. *Swartz synop. filic.* 75.

Lingua cervina geminato folio. *Plum. fil.* 116. *t.* 133.

Phyllitis folio geminato dentato. *Petiv. fil.* 107 *t.* 13. *f.* 11.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 141.

Zweiblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in sylvis Hispaniolae. 24.

Forte Scolopendrii species. Swartz l. c.

12. ASPLENIUM *septentrionale.*

A. frondibus subbipartitis, laciniis linearibus, apice acute subtridentatis, longissime stipitatis. W.

A. fronde inferne nuda, apice bipartita, foliolis linearibus apice laciniatis. *Swartz synop. filic.* 75. *Schkuhr. crypt.* 62. *t.* 65. *Hoffm. germ. II.* 12.

Acrostichum *(septentrionale)* frondibus nudis linearibus laciniatis. *Sp. pl.* 1524. *Fl. lapp.* 380. *Fl. suec.* 856; 937. *Amoen. acad.* 1. *p.* 269. *Fl. dan. t.* 60. *Roy. lugdb.* 507. *Dalib. paris.* 314. *Weiss. crypt.* 301. *Scop. carn. n.* 1259. *Doerr. nass.* 32. *Pollich. pal. n.* 955.

Acrostichum caule bifurcato. *Hall. helv. n.* 1714.
Holosteum petraeum. *Tabern.* 736.
Filicula saxatilis carniculata. *Bauh. pin.* 358.
Filix saxatilis Tragi. *Lob. ic.* 47.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 80.
Nördlicher Streifenfarrn. W.
Habitat in Europae *fissuris rupium.* 24. *(v. v.)*

13. ASPLENIUM *australe.*

A. fronde tripartita, laciniis bipartitis linearisubulatis margine revolutis curvato-secundis, stipite frondem subaequante. W.
A. fronde inferne nuda apice dichotoma, foliolis subulatis curvato-secundis. *Swartz synop. filic.* 75. *et* 250. *t.* 3. *f.* 1.*
Acrostichum *(australe)* stipitibus nudis glaberrimis apice dichotomo-ramosis quinque- seu sexradiatis subulatis laterifloris. *Lin. suppl.* 444.*
Südlicher Streifenfarrn. W.
Habitat in insula Mauritii, Borboniae. 24. *(v. s.)*

* 14. ASPLENIUM *radiatum.*

A. fronde radiato-multipartita, laciniis linearibus dichotomis apice bidentatis, stipite fronde multoties longiore. W.
A. fronde inferne nuda, apice dichotomo-radiata, laciniis linearibus acutis rectis. *Swartz synop. filic.* 75.
Acrostichum radiatum. *König.*
Acrostichum australe. *Vahl. symb.* 1. *p.* 84. *t.* 25. *excluso synonymo Linnaei.*
Acrostichum *(dichotomum)* foliis linearibus dichotomis pollicaribus. *Forsk. descr.* 184.
Strahlenförmiger Streifenfarrn. W.
Habitat in Tranquebaria, Arabia *felici.* 24. *(v. s.)*

††† *Fronde ternata.*

* 15. ASPLENIUM *pumilum.*

A. frondibus ternatis, foliolo intermedio pinnatifido, lateralibus tripartitis dentatis. W.

A. fronde trilobata ternata pinnatave, foliolis lobatis tripartitisve. *Swartz synop. filic.* 76. *Ejusd. fl. ind. occid.* 3. *p.* 1610.*

Asplenium *(anthriscifolium)* frondibus pinnatis, pinnis obtuse lobato-serratis. *Jacq. collect.* 2. *p.* 103. *t.* 2. *f.* 3. 4.*

Hemionitis pumila pentaphylla et rotunde dentata. *Plum. fil.* 126. *t.* 66. *f. A.*

Adiantum pentaphyllum humile. *Petiv. fil.* 119. *t.* 11. *f.* 7.

Niedriger Streifenfarrn. W.

Habitat ad Caracas, *in* Cumana, *inque* Jamaica *atque* Martinica. 4. *(v. s.)*

Frons *admodum varians pollicaris usque tripollicaris, ternata foliolis omnibus tripartitis, vel ternata foliolo intermedio pinnatifido aut pinnato.* W.

†††† *Fronde pinnata.*

16. ASPLENIUM *marginatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis cordatis amplexicaulibus marginatis subintegerrimis, opposita minore, stipite tetragono W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oppositis cordato-lanceolatis submarginatis integerrimis. *Sp. pl.* 1539. *excluso synonymo.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 158.

Gerandeter Streifenfarrn. W.

Habitat in America *calidiore.* 4. *(v. s.)*

Stipes *laevis crassitie pennae cygni supra et subtus canaliculatus, inde tetragonus.* Frons *magna pinnata.* Pinnae *oppositae quarum altera quadri- vel novempollicaris, altera opposita duplo fere brevior tamen ejusdem latitudinis, sunt ovato-lanceolatae acuminatae subintegerrimae marginatae, basi profunde cordatae amplexicaules.* Sori *tenuissimi simplices paralleli.* Indusium *breve membranaceum. A sequenti diversissimum* pinnis *cordatis amplexicaulibus oppositis minoribus,* soris *tenuissimis,*

stipite*que tetragono.* Margo *pinnarum interdum basin versus denticulatus.* W.

* 17. ASPLENIUM *limbatum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oppositis ovato-lanceolatis membranaceo-marginatis denticulatis, basi rotundatis. W.

A. *(marginatum)* fronde pinnata, pinnis oppositis ovato-lanceolatis, margine membranaceo-subdenticulatis. *Swartz synop filic. 76. excluso synonymo Linnaei.*

Lingua cervina latifolia, membrana tenui marginata. *Plum. fil. 88. t. 106.*

Phyllitis ramosa margine membranaceo. *Petiv. fil. 108. t. 12. f. 2.*

Gesäumter Streifenfarrn. W.

Habitat in Hispaniola, Martinica. 2.

Venae *hujus bifidae, quae in praecedente ut plurimum simplices et tenuiores.* Sori *a costa media et margine remoti in disco pinnarum, quod etiam in praecedente, sed sunt crassiores et ob venas bifidas geminati, nec ut in Diplazio.* W.

* 18. ASPLENIUM *decussatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis oblongo-lanceolatis grosse serratis, basi subcordatis utrinque subauriculatis, soris transversim ad angulum acutum inter venas positis, rachi bulbifera. W.

A. fronde pinnata, pinnis subcordatis lato-lanceolatis serratis, basi utrinque obtuse auritis, soris ad angulum acutum per paria parallele decussantibus. *Swartz synop. filic. 76. et 260**

A. *(proliferum)* frondibus pinnatis proliferis, pinnis oblongo-lanceolatis serratis basi subincisis, nervis lateralibus lineis fructificationis duplici serie imbricatim adornatis. *Lam encycl. 2. p. 304.**

Gallipteris (*prolifera*) frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis crenatis, fructificationi-

bus anastomosantibus. *Bory itin.* 1. *p.* 283. *excluso synonymo Plumieri.*

Durchkreuzter Streifenfarrn. W.

Habitat in sylvis insulae Mauritii *et* Borboniae. 4. *(v. s.)*

Frons *magna quadripedalis.* Sori *in dispositione ab omnibus mihi notis speciebus differunt, inter venas enim ad angulum acutum transversim sunt siti.* Stipes *muricatus.* W.

* 19. ASPLENIUM *grande.* †

A. frondibus pinnatis, pinnis linearibus acutis longissimis integerrimis glabris, basi subrotundatis, soris parallelis horizontalibus. *Swartz synop. filic.* 77.

A. (*macrophyllum*) foliis pinnatis, pinnulis lineari-acutis longissimis glabris integerrimis, fructificationum lineis parallelis, ad nervum fere perpendicularibus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 640.

Grofser Streifenfarrn. W.

Habitat in insulis Marianis. 4.

Frons *circiter quinquepedalis cum stipite, qui semipedalis.* Cav. l. c.

* 20. ASPLENIUM *macrophyllum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis subpetiolatis trapezio-ovatis acuminatis inciso-serratis, soris radiato-parallelis longissimis. *Swartz synop. filic.* 77. *et* 261.*

Grofsblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 4.

21. ASPLENIUM *cultrifolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis ovato-lanceolatis acuminatis subfalcatis argute serratis, inferioribus basi sursum acute auriculatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis falcatis lanceolatis inciso-serratis basi deorsum angulatis. *Sp.*

pl. 1538. *Hort. cliff.* 474. *Swartz synop. filic.* 78.

Lonchitis latifolia pediculis lucidis et glabris. *Plum. fil.* 45. *t.* 59.

Lonchitis auriculata et crenata. *Petiv. fil.* 111. *t.* 3. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 145.

Messerklingenförmiger Streifenfarrn. W.

Habitat in Martinica *et ad* Caracas. 4. *(v. s.)*

* 22. ASPLENIUM *sorbifolium.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis lineari-lanceolatis grosse serratis, serraturis apice subtridentatis, basi utrinque auriculatis. W.

Ebereschenblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 4. *(v. s.) D. Klein.*

Stipes *laevis tetragonus superne canaliculatus.* Frons *bipedalis pinnata.* Pinnae *alternae bi- seu tripollicares lineari-lanceolatae acuminatae brevissime petiolatae, grosse remote serratae, serraturis apice bi- vel tridentatis, basi utrinque auriculatae, auricula superiore cuneata majore, margine interiore serrulata, auricula inferiore rotundata apice denticulata.* Sori *lineares tenuissimi.* Indusium *breve membranaceum.* W.

* 23. ASPLENIUM *Serra.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis lanceolatis acuminatis argute serratis, basi superiore rotundatis, inferiore cuneatis, soris costae mediae approximatis. W.

Asplenium Serra. *Langsdorff et Fischer ic filic. t.* 19.

Sägenartiger Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Catharina Brasiliae. 4. *(v. s.)*

Stipes *tetragonus quadrisulcatus.* Frons *pinnata bipedalis.* Pinnae *alternae bipollicares et longiores, brevissime petiolatae, lanceolatae acuminatae, argute serratae, tenuissime parallelo-venosae, basi superiore rotundatae, infe-*

riore abbreviato-cuneatae. Sori *lineares costae mediae approximati subimbricati.* Indusia *membranacea. Ab omnibus Asplenii dispositione sororum longe diversum, qui faciem fere Woodwardiae habent.* W.

24. ASPLENIUM *salicifolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis lanceolatis acuminatis falcatis serratis, serraturis inferioribus obtusissimis, superioribus acutis, basi superiore truncato-obtuse-auriculatis, inferiore cuneatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis falcato-lanceolatis crenatis, basi sursum angulatis. *Sp. pl.* 1538.

A. frondibus pinnatis, pinnis subtrapezio-lanceolatis falcatis inaequaliter crenatis, basi sursum obtuse rectangulis. *Swartz synop. filic.* 77.

Lonchitis glabra major. *Plum. amer.* 18. *t.* 27. *fil.* 46. *t.* 60. *Raj. suppl.* 67.

Lonchitis striata, *Petiv. fil.* 110. *t.* 3. *f.* 2.

Lonchitis major, pinnulis latioribus leviter denticulatis, superiore latere auriculatis. *Sloan jam.* 16. *hist.* 1. *p.* 78.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 145.

Weidenblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola, Martinica. 24.

* 25. ASPLENIUM *angustifolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis, superioribus suboppositis, lineari-lanceolatis subrepandis, basi superiore truncatis, inferiore leviter rotundatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis remote alternis lanceolato-integerrimis, fronde lanceolata glabra. *Swartz synop. filic.* 76. *Schkuhr. crypt.* 63. *t.* 67. 69.

A. glabrum, fronde pinnata, pinnis remote alternis, longo-linearibus integris, fructificatio-

ne lineis densis, totum fere discum obtegentibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 265.

Asplenium pycnocarpon. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 112.

Lonchitis virginiana foliis longioribus acutis et disjunctis variis. *Moris. hist.* 3. *p.* 569. *s.* 14. *t.* 2. *f.* 25.

Schmalblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in America *boreali ad ripas fluminis* Ohio. 24. (*v. s.*)

* 26. ASPLENIUM *lineatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lato-lanceolatis acuminatis serratis lineatis, basi sursum rectangulis, soris decussato-parallelis. *Swartz synop. filic.* 77. *et* 262.

Gestrichelter Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 24. (*v. s.*)

Stipes *angulatus laevis fusco-viridis.* Frons *bipedalis lanceolata pinnata.* Rachis *glabra fusca.* Pinnae *suboppositae subsessiles bipollicares lato-lanceolatae, latitudine semiunciali, leviter falcatae apice lineari-attenuatae, margine subaequaliter serratae, basi sursum rectangulatae, angulo postico obtusiore, parallele-nervosae, quasi lineatae, glabrae laete virentes.* Sori *lineares per totam pinnam a costa ad margines producti, parallele decussantes aequales approximati.* Capsulae *rubro-ferrugineae.* Indusia *versus costam dehiscentia.* Swartz l. c.

27. ASPLENIUM *obtusifolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis oblongis obtusis sinuatis crenatis basi superiore auriculatis, inferiore cuneatis, rachi alata. W.

A. frondibus subpinnatis, pinnis obtusis sinuatis decurrentibus alternis. *Sp. pl.* 1538.

A. fronde pinnata, pinnis alternis decurrentibus ovatis obtusis sinuatis diaphanis, stipiteque glaberrimis. *Swartz synop. filic.* 76.

Lonchitis aquatica membrana teneri contexta. *Plum. fil.* 51. *t.* 67.
Adiantum alis latioribus. *Petiv. fil.* 117. *t.* 2. *f.* 4.
Stumpfblättriger Streifenfarrn. W.
Habitat in saxosis muscosis udis Martinicae. 24.

* 28. ASPLENIUM *lucidum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis adpresso-serratis, basi utrinque cuneatis, stipite nudo. W.
A. frondibus pinnatis, pinnis elliptico-acuminatis serratis, soris decussato-parallelis. *Swartz synop. filic.* 78. *et.* 269. *Schkuhr. crypt.* 66. *t.* 72.
A. frondibus pinnatis, foliolis oppositis oblongo-ovatis acuminatis serrulatis. *Fors. prod. n.* 427.
Leuchtender Streifenfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia. 24. *(v. s.)*
Pinnae *quadri- vel quinquepollicares, longe acuminatae, aequaliter adpresso-serratae.* W.

* 29. ASPLENIUM *obliquum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acutis obtuse serratis basi inaequalibus utrinque cuneatis, stipite squamuloso-paleaceo. W.
A. frondibus pinnatis, pinnis trapezio-oblongis acuminatis obtuse serratis, stipite squamuloso. *Swartz synop. filic.* 78. *et* 268.* *Schkuhr. crypt.* 66. *t.* 71.
A. frondibus pinnatis, stipitibus squamulosis, foliolis oblongis oppositis acuminatis serratis, margine exteriore breviore. *Fors. prod. n.* 429.
Schiefer Streifenfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia, *insula* Mauritii. 24. *(v. s.)*
Stipes *squamis minutis sparsis adpressis obsitus. Simillimum praecedenti, notis indicatis vero diversum.* W.

* 30. ASPLENIUM *decurrens.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis inferioribus obtusis, superioribus acutiusculis grosse serratis, basi inaequalibus utrinque cuneatis, rachi alata. W.

Asplenium obliquum. *Billard. Nov. Holl.* 2. *p.* 93. *t.* 242. *f.* 1. *exclusis synonymis.*

Herablaufender Streifenfarrn. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 24. (*v. s.*)

Caudex *pugniformis, squamis longis fere pollicaribus lanceolatis obsitus.* Stipes *nudus.* Rachis *alata.* Frons *sesquipedalis et altior pinnata.* Pinnae *pollicares oblongae alternae inferiores obtusissimae, superiores acutiusculae petiolatae basi inaequales, utrinque cuneatae, in rachin usque decurrentes, margine serratae, serraturis magnis obtusis.* Sori *oblongi crassi.* Indusia *pallida membranacea. A praecedente toto coelo diversum.* W.

* 31. ASPLENIUM *sarmentosum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis acutis trijugis obtuse serratis, basi inaequalibus utrinque cuneatis, rachi alata, caudice sarmentoso. W.

Asplenium obtusatum. *Billard. Nov. Holl.* 2. *p.* 93. *t.* 242. *f.* 2. *exclusis synonymis.*

Schöfslingmachender Streifenfarrn. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 24.

Caudex *magnitudine nucis juglandis, squamis longis obtectus basi sarmenta filiformia exserens.* Stipes *laevis.* Rachis *alata.* Frondes *simplices, ternatae, et impari-pinnatae, pinnis bi- vel trijugis.* Pinnae *octolineares oblongae acutae, obtuse et grosse serratae basi inaequales utrinque cuneatae et in rachin decurrentes.* Sori *oblongi. Affine praecedenti, sed sarmentis caudicis et fronde minori, satis diversum.* W.

* 32. ASPLENIUM *obtusatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis rotundato-obtusis crenatis, basi superiore truncatis, inferiore cuneatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis serratis, basi oblique truncatis, soris parallelis. *Swartz synop. filic.* 78. *et* 267.* *Schkuhr. crypt.* 64. *t.* 68.

A. frondibus pinnatis, foliolis oppositis oblongis obtusis serratis. *Forst. prod. n.* 430.

Abgestumpfter Streifenfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 24.

A praecedente pinnis *numerosioribus rotundato-obtusis crenatis basi superiore truncatis et* rachi *non alata diversum.* W.

* 33. ASPLENIUM *tenerum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis obtuse dentatis, basi superiore truncato-subauriculatis, inferiore cuneato-abbreviatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis rhombeo-oblongis obtusis inciso-serratis. *Swartz synop. filic.* 78. *et* 266.* *Schkuhr. crypt.* 65. *t.* 69.

A. frondibus pinnatis, foliolis rhombeo-oblongis obtusis inciso-serratis. *Forst. prod. n.* 431.

Zarter Streifenfarrn. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24.

* 34. ASPLENIUM *laetum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis trapezio-oblongis acutis inciso-serratis deorsum basi sublunatis, infimis deflexis. *Swartz synop. filic.* 79. *et* 271.*

Freundlicher Streifenfarrn. W.

Habitat in India *occidentali.* 24.

Affine A. lunulato et marino, sed differt ab utroque magnitudine, pinnis*que longioribus acutis et inaequaliter inciso-serratis et* basi *subtus sublunatis.* Swartz l. c.

35. ASPLENIUM *marinum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis obtusis inciso-serratis, basi superiore rotundato-subauriculatis, inferiore truncatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis obovatis serratis, superne gibbis obtusis basi cuneatis. *Sp. pl.* 1540. *Hort. cliff.* 474. *Bolt. filic.* 26. *t.* 15. *Lightf. scot.* 2. *p.* 664.

A. frondibus pinnatis, pinnis trapezio-ovatis obtusis serratis, basi sursum lobatis. *Swartz synop. filic.* 79. *Schkuhr. crypt.* 64. *t.* 68.

A. fronde pinnata, pinnis ovatis obliquis serratis obtusis, basi inaequalibus cuneatis. *Smith brit.* 3. *p.* 1128.

Chamaefilix marina anglica. *Raj. synop.* 119. *Moris. hist.* 3. *p.* 573. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 25. *Pluk. alm.* 9. *t.* 253. *f.* 5. *Ger. emac.* 1143.

Filicula maritimis ex insulis stoechadis. *Bauh. pin.* 359. *Burs. XX.* 39.

β. Asplenium trapeziforme. *Huds. angl.* 460.

A. majus coriandri folio et Adianto vero affinis minor scotica. *Raj. synop.* 124. *Sibb. scot.* 7. 8. *t.* 3. *f.* 1. 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 148.

Meerstrands-Streifenfarrn. W.

Habitat in rupibus marinis Angliae, Hispaniae, Barbariae, *inque* Canariis. 24. (*v. v.*)

* 36. ASPLENIUM *bidentatum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis suboppositis petiolatis obtusiusculis dentatis, dentibus bifidis, basi inaequaliter cuneatis. W.

Trichomanes crenulis bifidis incisum. *Plum. fil.* 56. *t.* 74.

Trichomanes pinnis bifidis. *Petiv. fil.* 121. *t.* 2. *f.* 16.

Spaltzähniger Streifenfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. 24.

* 37. ASPLENIUM *elongatum.* †

A. frondibus pinnatis, pinnis ovato-oblongis

crenatis basi sursum auriculatis, terminali lanceolata longa productiore. *Swartz synop. filic.* 79.

A. *(caudatum)* foliis pinnatis, pinnis ovato-oblongis crenatis, ultima lanceolata longiore. *Cav. prael.* 1801. *n.* 632.

Verlängerter Streifenfarrn. W.

Habitat in Palapa *insularum* Marianorum. 4.

* 38. ASPLENIUM *pellucidum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acutis serratis, basi superiore truncato-auriculatis, inferiore cuneatis, rachi hirta. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis basi sursum auritis diaphanis, stipite subvilloso. *Swartz synop. filic.* 79.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis utroque latere serratis, basi sursum auriculatis. *Lam. encycl. 2. p.* 303. * *excluso synonymo Plumieri.*

Durchscheinender Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 4. *(v. s.) D. Flügge.*

Frons *sesqui vel bipedalis pinnata.* Pinnae *bipollicares lanceolatae inferiores et superiores minores acutae aequaliter serratae, basi superiore truncato-auriculatae dentato-serratae, basi inferiore cuneatae, subtus in costa media pilis atris sparsis obsitae.* Sori *lineares paralleli.* Rachis *fusca, supra canaliculata, pilis atris copiosis tecta.* W.

* 39. ASPLENIUM *alatum.*

A. frondibus pinnatis apice radicantibus, pinnis oppositis oblongo-lanceolatis obtusiusculis petiolatis, obtuse inaequaliter serratis, basi rotundato-cuneatis sursum subauriculatis, rachi lineari-alata. W.

Asplenium alatum. *Humboldt et Bonpland.*

Geflügelter Streifenfarrn. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 4. *(v. s.)*

Stipes *bi- vel tripollicaris marginato-ala-*

tus. Frons *pedalis et longior pinnata apice radicans.* Pinnae *oppositae breviter petiolatae pollicares et longiores oblongo-lanceolatae inaequaliter obtuse serratae basi latiores rotundato-cuneatae, sursum subauriculatae.* Sori *lineares tenues.* Rachis *linearis utrinque membrana foliacea alata.* W.

* 40. ASPLENIUM *compressum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis serratis, basi sursum lobo conniventibus, deorsum decurrentibus, rachi marginata stipite compresso. *Swartz synop. filic.* 79. *et* 270.*

Flachstrunckiger Streifenfarrn. W.

Habitat in insula St. Helenae. 2.

Stipes *crassus compressiusculus glaber.* Frons *pinnata glabra.* Pinnae *suboppositae quadripollicares subsessiles oblongo- vel lato-lanceolatae, latitudine fere pollicari, basi obliquae, sursum productae quasi semicordatae, lobis supra rachin conniventibus, deorsum truncatis, decurrentibus, hinc rachis marginata anceps, margine obtuse serratae venosae utrinque glabrae.* Swartz l. c.

* 41. ASPLENIUM *arboreum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis, superioribus confluentibus, inferioribus acuminatis, grosse dentatis, dentibus serratis, basi cuneatis, sursum auriculatis, caudice arboreo. W.

Baumartiger Streifenfarrn. W.

Habitat ad Caracas. ♄ *(v. s.) Bredemeyer.*

Caudex *octopedalis, diametro tripollicari.* Frondes *longe stipitatae bipedales pinnatae, apice pinnatifidae.* Pinnae *inferiores quinquepollicares et multo longiores, apice longe acuminatae grosse dentatae, dentibus acute et breviter serratis, basi cuneatae, sursum breviter auriculatae.* Laciniae *partis pinnatifidae frondis bi- vel tripollicares lanceolatae acutae sub-*

aequaliter serratae. Sori *lineares transversales.* Indusia *membranacea.* W.

* 42. ASPLENIUM *abscissum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis, superne simpliciter serratis, inferne subduplicato-serratis, basi superiore truncatis, inferiore abscisso-cuneatis, rachi marginata. W.

Asplenium laetum. *Schkuhr. crypt.* 65. *t.* 70.

Abgeschnittener Streifenfarrn. W.

Habitat ad Caracas *inque insulis* Portorico *et* St. Thomae. 4. *(v. s.)*

Caudex *magnitudine nucis juglandis minoris squamis lanceolatis fere pollicaribus obtectus.* Stipes *quadripollicaris laevis.* Rachis *membrana tenui marginata.* Frons *pinnata sex- vel octopollicaris.* Pinnae *inferiores bipollicares superiores sensim minores horizontaliter patentes; lanceolatae serratae, serraturis superioribus simplicibus, inferioribus subduplicatis, basi sursum truncatae, deorsum valde cuneatae ac si abscissae essent. Ab A. laeto satis diversum praeter alias notas: pinnis omnibus horizontalibus nec inferioribus deflexis.* W.

* 43. ASPLENIUM *cirrhatum.*

A. frondibus pinnatis, apice filiformibus radicantibus, pinnis lanceolatis subduplicato-obtuse serratis, basi superiore truncatis subauriculatis, inferiore cuneatis. W.

Asplenium cirrhatum. *Richard in litt.*

Rankiger Streifenfarrn. W.

Habitat in Guadeloupe. 4. *(v. s.)*

Stipes *glaber quinque- vel sexpollicaris.* Frons *longitudine stipitis, pinnata, rachi filiformi elongata radicante terminata.* Pinnae *pollicares vel sesquipollicares superiores sensim minores summa unguicularis, lanceolatae, inferiores acutae, summae obtusae, subduplicato-serratae, serraturis obtusis.* Sori *lineares breves a margine et costa distantes. Affine praecedenti.* W.

* 44. ASPLENIUM *resectum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis serratis, serraturis bidentatis, basi superiore truncatis, inferiore abscisso-cuneatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis trapeziformibus acuminatis inciso-crenatis, postice integris. *Smith ic. ined. 72. t. 72.* Swartz synop. filic.* 80.

Weggeschnittener Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 2.

Pinnae *valde inaequales fere dimidiatae.* W.

* 45. ASPLENIUM *inaequilaterale.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis serratis, basi superiore truncatis, inferiore abscisso-cuneatis, rachi nuda. W.

A. *(Polypodium)* frondibus pinnatis, pinnis alternis linearibus dentatis, soris subsphaericis. *Bory in litt.*

Ungleichseitiger Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 2. *(v. s.)*

Stipes *nudus semiteres quadripollicaris.* Frons *pinnata sex- vel octopollicaris.* Pinnae *pollicares et longiores alternae lineari-lanceolatae acutiusculae serratae, serraturis superioribus simplicibus, inferioribus subduplicatis, basi superiore truncatae, inferiore abscisso-cuneatae.* Sori *breves oblongi ob capsularum copiam demum convexi. Valde affine A. abscisso sed praeter* pinnas *angustiores forma diversas,* rachi *nuda, nullo modo marginata, diversum. A praecedente discrepat* pinnis *serratis nec duplicato-dentatis,* sorisque *copiosioribus et crassioribus.* W.

46. ASPLENIUM *monanthemum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis obtusis aequaliter obtuse serratis, basi superiore truncatis, inferiore abscisso-cuneatis, soro in qualibet pinna subsolitario. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis trapeziformibus obtusis, superne crenatis, soro solitario. *Swartz synop. filic.* 80.

A. frondibus pinnatis, pinnis trapeziformibus obtusis serratis, postice integris, linea fructificationis subsolitaria. *Smith ined.* 73. *t.* 73.

A. *(monanthes)* frondibus pinnatis, pinnis trapeziis obtusis superne crenatis, linea fructificationis unica. *Mant.* 130.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 150. *t.* 97. *f.* 2. Einhäufiger Streifenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei, *in insulis* Philippinis, Marianis, Peru, Nova Hispania. 24.

* 47. ASPLENIUM *nanum.* W. †

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis dimidiatis, latere superiore incisis, laciniis obtusis emarginatis, soro in qualibet pinna solitario oblongo. W.

Lonchitis pumila foliis superius incisis. *Plum. fil.* 50. *t.* 66. *f. B.*

Adiantum trichomanoides summo crenatum et crispum. *Petiv. fil.* 90. *t.* 10. *f.* 8.

Zwerg-Streifenfarrn. W.

Habitat in rupestribus Martinicae. 24.

* 48. ASPLENIUM *plumosum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis inaequaliter serratis, basi superiore truncatis, inferiore abscisso-cuneatis, rachi paleaceo-hirta. W.

A. *(plumosum)* fronde lineari-pinnata, pinnis deltoideo-linearibus serratis. *Bory in litt.*

Federartiger Streifenfarrn. W.

Habitat in insulae Mauritii *arboribus magnis.* 24. *(v. s.)*

Frons *pedalis interdum bipedalis pinnata.* Pinnae *pollicares vel bipollicares lanceolatae acuminatae inaequaliter serratae, basi superiore truncatae, inferiore abscisso-cuneatae.* Sori *lineares angusti transversales paralleli.* Rachis

pilis paleaceis sparsis brevibus apicem frondis versus copiosioribus obsita. Ab affinibus fronde *teneriore circumscriptione fere lineari, et* rachi *piloso-paleacea diversum.* W.

* 49. ASPLENIUM *lunulatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis rhombeo-ovatis falcatis obtusis crenulatis. *Swartz synop. filic.* 80.

A. *(falcatum)* pinnis alternis falcatis ovatis obtusis crenatis, summis confluentibus. *Thunb. prod.* 172.

Mondförmiger Streifenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

50. ASPLENIUM *dentatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis obovatis obtusis obsolete crenatis basi inaequaliter utrinque cuneatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis cuneiformibus obtusis crenato-emarginatis. *Sp. pl.* 1540.

A. frondibus pinnatis, pinnis rhombeo-ovatis obsolete dentatis crenatisque, deorsum integris. *Swartz synop. filic.* 80.

Polytrichum saxatile dentatum. *Plum. amer.* 35. *t.* 50.

Trichomanes latifolium dentatum. *Plum. fil.* 58. *t.* 101. *f. C.*

Trichomanes striatum vulgaris facie. *Petiv. fil.* 120. *t.* 2. *f.* 15.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 148.

Gezähnter Streifenfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola. 24. (*v. s.*)

* 51. ASPLENIUM *polyodon.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovatis acuminatis duplicato-dentatis, basi rotundato-cuneatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis trapezoideis acuminatis duplicato-dentatis. *Swartz synop. filic.* 77. *et* 263.*

A. frondibus pinnatis, pinnis trapezoidibus acu-

minatis acutis duplicato-serratis. *Forst. prod. n.* 428.
Vielzähniger Streifenfarrn. W.
Habitat in Nova Zeelandia, *inque* India *orientali.* 24. *(v. s.)*

* 52. ASPLENIUM *zamiaefolium.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis coriaceis apice serratis, basi attenuato-cuneatis, stipite paleaceo. W.
Keulpalmenblättriger Streifenfarrn. W.
Habitat in umbrosis ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *tripollicaris paleis subulatis obsitus.* Frons *pinnata quadripollicaris.* Pinnae *pollicares vel sesquipollicares coriaceae, oblongo-lanceolatae acuminatae, a medio ad apicem inaequaliter serratae, a medio ad basin cuneato-attenuatae integerrimae, striato-venosae.* Sori *lineares angusti paralleli fere verticales.* Indusia *angusta. Valde simile sequenti praeter habitum diversum vero* stipite *paleaceo distinctum.* W.

53. ASPLENIUM *falcatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis acuminatis coriaceis inaequaliter serratis basi cuneatis, stipite glabro. W.
A. frondibus pinnatis, pinnis subtrapezio-lanceolatis falcatis apice attenuatis inciso-serratis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1618.* *Ejusd. synop. filic.* 77.
A. fronde pinnata, pinnis falcatis acuminatis inciso-serratis, basi integris. *Retz obs.* 6. *p.* 37.
A. frondibus pinnatis, pinnis falcato-lanceolatis striatis inciso-serratis, stipitibus subsquamosis. *Lam. encycl.* 2. *p.* 303.
Trichomanes *(adiantoides)* frondibus pinnatis, pinnis ensiformibus acuminatis inciso-serratis, serraturis bifidis. *Sp. pl.* 1561. *Fl. zeyl.* 385. *Burm. ind.* 236.

Filix non ramosa zeylanica foliis adianti in modum serratis. *Burm. zeyl.* 97. *t.* 43.

Nella panna maravara. *Rheed. mal.* 12. *p.* 37. *t.* 18?

Houttuyn Lin. Pfl. Syst 13. *p.* 271.

Sichelblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in Zeylona, Malabaria, *insula* Mauritii, *inque sylvis montosis* Jamaicae. 24. *(v. s.)*

Caudex *est paleis obtectus, sed stipes nunquam nisi basi. Varietatem hujus possideo minorem pinnis basi valde inaequalibus.* W.

* 54. ASPLENIUM *nitens.* †

A. frondibus pinnatis, pinnis subtrapezio-lato-lanceolatis apice longissime attenuatis striatis, baseos abbreviatis rhomboideis obtusis, soris costa subcontiguis. *Swartz synop. filic.* 421. *et* 264.*

Glänzender Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 24.

Frondes *bipedales et forsan ultra, lato-lanceolatae pinnatae.* Rachis *semiteres supra canaliculata glabra.* Pinnae *subopposita e, superiores alternae, baseos sessiles rhomboideae obtusae pollicares, superiores bi- s. tripollicares subpetiolulatae vel basi cuneatae, trapezio-lato- vel ovato-lanceolatae, apice longissimo subcaudatae. Summa seu terminalis saepe latior, lacinia apice longissime exserta. Omnes margine crenulatae vel obtuse serrulatae, nervis dichotomis approximatis a costa ad marginem oblique dispositis striatae, utrinque glabrae, subtus pallidiores, scarioso-membranaceae. A. falcato in quibusdam convenit, diversum tamen, pinnis variis harumque figura et consistentia.* Swartz l. c.

* 55. ASPLENIUM *auritum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis acuminatis grosse serratis, basi superiore lo-

bato-auriculatis inferiore cuneatis, rachi marginata. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis suboppositis lanceolatis inciso-serratis, basi sursum auritis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1616.* *Ejusd. synop. filic.* 78. *Schkuhr. crypt.* 199. *t.* 130. *b.* Lonchitis major, pinnis angustioribus leviter denticulatis, superiore latere auriculatis. *Sloan cat.* 16. *hist.* 1. *p.* 78. *t.* 33. *f.* 2.

Geöhrter Streifenfarrn. W.

Habitat in sylvis montium Jamaicae *australis, inque umbrosis ad* Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Pinnae *lineari-lanceolatae brevissime petiolatae suboppositae profunde serratae basi lobo auriculatae, lobo apice denticulato.* Rachis *margine foliaceo angusto cincta.* W.

56. ASPLENIUM *erosum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis valde acuminatis inciso-serratis, serraturis cuspidatis, basi cuneatis, sursum auritis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis trapezio-oblongis striatis erosis basi acutis. *Sp. pl.* 1539.

A. frondibus pinnatis, pinnis trapezio-lanceolatis subfalcatis crenato-serrulatis, basi sursum auritis. *Swartz synop. filic.* 78.

A. simplex nigrum, foliis oblongis acuminatis, margine quasi laceratis. *Brown jam.* 94.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 159.

Zernagter Streifenfarrn. W.

Habitat in India *occidentali.* 24. *(v. s.)*

* 57. ASPLENIUM *dimidiatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongis subdimidiatis laciniato-incisis serratis acuminatis, basi cuneatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis dimidiatis trapezio-oblongis attenuato-acuminatis laciniato-serratis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1615.* *Ejusd. synop. filic.* 77.

Halbblättriger Streifenfarrn. W.
Habitat in sylvis Jamaicae. 24. *(v. s.)*

* 58. ASPLENIUM *bipartitum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis obtusis grosse serratis basi superiore bipartito-auriculatis, auriculis cuneiformibus apice serratis. W.

Asplenium bipartitum. *Bory in litt.*
Zweitheiliger Streifenfarrn. W.
Habitat in insula Borboniae. 24. *(v. s.)*

Stipes *glaber tripollicaris viridis canaliculatus.* Frons *quadripollicaris et longior pinnata.* Pinnae *petiolatae inferiores octolineares, superiores sensim minores lanceolatae obtusae profunde serratae, basi superiore bipartitae, inferiore cuneatae.* Auriculae *cuneiformes apice serratae.* Sori *lineares paralleli.* Indusia *tenuia.* W.

* 59. ASPLENIUM *erectum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis serratis, inferioribus basi utrinque auriculatis, superioribus basi inaequalibus cuneatis sursum auriculatis. W.

A. *(erectum)* frondibus pinnatis, pinnis alternis oblongo-ovatis dentatis, interne dilatatis. *Bory in litt.*

Aufrechter Streifenfarrn. W.
Habitat in truncis arborum vetustarum insulae Borboniae. 24. *(v. s.)*

Stipes *semiteres canaliculato-marginatus bipollicaris glaber.* Frons *pedalis pinnata.* Pinnae *fere semipollicares lanceolatae grosse serratae, superiores et inferiores sensim minores, infimae reflexae; inferiores basi cuneatae utrinque auriculatae, auriculis apice serratis; superiores basi inaequaliter cuneatae sursum auriculatae.* Sori *oblongi paralleli. Simile A. ebeneo.* W.

60. ASPLENIUM *ebenum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus lanceolatis serrulatis basi cordatis, sursum auriculatis. W.

A. fronde pinnata, pinnis lanceolatis subfalcatis serratis basi auriculatis, stipite laevissimo simplici. *Ait. Kew.* 3. *p.* 462. *Swartz synop. filic.* 79.

A. *(polypodioides)* frondibus pinnatis, pinnis cordato-oblongis subserratis, basi utrinque auritis, inferioribus brevioribus. *Swartz synop. filic.* 79. *et* 272.* *Schkuhr. crypt.* 67. *t.* 73.

A. *(trichomanoides)* fronde pinnata glabra, pinnis sessilibus subhastato-oblongis obtusiusculis, leviter serratis, fructificatione lineis brevissimis. *Mich. amer.* 2. *p.* 265.

Acrostichum *(platyneuron)* frondibus pinnatis, pinnis alternis ovatis crenatis sessilibus sursum arcuatis. *Sp. pl.* 1527. *exclusis synonymis.*

Filix parva virginiana, pinnulis productioribus subrotundis asperis, ad basin utrinque auriculatis. *Pluk. alm.* 152. *t.* 287. *f.* 2.

Filix virginiana pinnulis oblongis angustis auriculatis tenuissime crenatis longe ab invicem distantibus non spinosa. *Pluk. alm.* 152. *t.* 89. *f.* 8.

Lonchitis virginiana minor, pinnulis oblongis angustis auriculatis, ab invicem distantibus, pediculo nigrescente. *Moris. hist.* 3. *p.* 567. *t.* 2. *f.* 12.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 89.

Schwarzstrunkiger Streifenfarrn. W.

Habitat in Carolina, Virginia, Pensylvania. 24. *(v. s.)*

* 61. ASPLENIUM *formosum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis dimidiatis margine superiore inciso-dentatis, laciniis inferioribus bifidis, basi sursum auriculatis. W.

Zierlicher Streifenfarrn. W.

Habitat in sylvis umbrosis ad Caracas. 4. *(v. s.) Bredemeyer.*

Radix *fibrosa fusco-atra.* Stipites *fusci nitidi glabri basi paleis aliquot lanceolatis obsiti pollicares.* Frons *pedalis pinnata.* Pinnae *trilineares subopppositae superiores et inferiores minores, inferiores valde distantes, lanceolatae dimidiatae, margine superiore inciso-dentatae, laciniis inferioribus bi- et quandoque trifidis, superioribus integris, basi superiore truncato-cuneatae auriculatae.* Sori *oblongi duo rarius tres in qualibet pinna.* Indusia *fusca.* W.

* 62. ASPLENIUM *incisum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis basi utrinque incisis acute dentatis. *Swartz synop. filic.* 81.

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis incisis serratis. *Thunb. Act. Soc. Lin. Lond. 2. p.* 342.

Asplenium Trichomanes. *Thunb. jap.* 334.

Fakona Kfa. *Kaempf. amoen.* 890.

Eingeschnittener Streifenfarrn. W.

Habitat in Japonia. 4.

Frondes *e radice plures erectiusculae vel diffusae pinnatae glabrae, digitales et ultra.* Pinnae *subsessiles alternae subrotundae dentato-serratae, inferiores incisae subtrilobae, semiunguiculares, supremae minores.* Thunb. Act. l. c.

* 63. ASPLENIUM *germanicum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis lanceolato-cuneatis apice dentatis, inferioribus bipartitis. W.

Asplenium germanicum. *Weifs. crypt.* 299. *Hoffm. germ. II.* 13. *Lam. encycl. 2. p.* 307.*

A. (*alternifolium*) fronde pinnata, pinnis alternis cuneiformibus erectis apice erosis. *Smith*

brit. 3. *p.* 1130.* *Wulfen in Jacq. misc.* 2. *p.* 51. *t.* 5. *f.* 2.* *Murr. syst. veg.* 14. *p.* 933.

A. (*Breynii*) frondibus subbipinnatis, foliolis oblanceolatis alternis, apice serrulatis. *Retz. obs.* 1. *p.* 32.*

A. (*Breynii*) frondibus alternatim subdecompositis, pinnulis cuneiformibus apice incisis. *Swartz synop. filic.* 85. *Schkuhr. crypt.* 77. *t.* 81.

Scolopendrium alternifolium. *Roth. germ. III.* 53.

A. caule pinnato, pinnis imis trifoliatis, superioribus simpliciter dentatis. *Hall. helv. n.* 1690.

Adiantum novum germanicum Rutae murariae facie. *Breyn cent.* 189. *t.* 97.

Adiantum foliis in oblongum scissis, pediculo viridi. *Moris. hist.* 3. *p.* 585. *s.* 14. *t.* 5. *f.* 25.

Ruta muraria procerior germanica. *Tournef. inst.* 541.

Deutscher Streifenfarrn. W.

Habitat in rupestribus et subalpinis Germaniae, Helvetiae, Angliae. 24. (*v. v.*)

64. ASPLENIUM *Trichomanes.*

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundo-oblongis obtusis crenatis, basi truncato-cuneatis, stipite discolore. *Willd. enum.* 1072.

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis crenatis. *Sp. pl.* 1540. *Fl. lapp.* 388. *Fl. suec.* 854; 942. *Hort. cliff.* 474. *Mat. med.* 483. *Roy. lugdb.* 498. *Dalib. paris.* 311. *Scop. carn. n.* 1263. *Weis. crypt.* 296. *Pall. itin.* 2. *p.* 28. *Pollich. pal. n.* 958. *Fl. dan. t.* 119. *Bolt. fil.* 22. *t.* 13. *Hoffm. germ. II.* 13. *Roth. germ. III.* 55. *Blackw. t.* 370.

A. frondibus pinnatis, pinnis subsessilibus subrotundis obovatis, basi subtruncatis crenulatis. *Swartz synop. filic.* 80. *Schkuhr. crypt.* 69. *t.* 74.

A. foliis pinnatis, pinnis ovatis crenatis. *Hall. helv. n.* 1693.

Trichomanes seu Polytrichum officinarum. *Bauh. pin.* 356. *Plum. fil.* 26. *t. V. f. i.*

Trichomanes. *Raj. synop.* 119. *Fuchs. hist.* 796. *Camer. epit.* 925.
Trichomanes mas. *Ger. emac.* 1146.
Adiantum album. *Cord. hist.* 172. *f.* 1.
β. Trichomanes foliis eleganter incisis. *Raj. synop.* 120. *Tournef. inst.* 539. *t.* 315. *f. C.*
Adiantum maritimum segmentis subrotundis. *Pluk. alm.* 9. *t.* 73. *f.* 6.
γ. Trichomanes minus et tenerius. *Bauh. pin.* 356.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 145.
Wiederthon-Streifenfarrn. W.
Habitat in Europae *et* Orientis *fissuris rupium.* 24. *(v. v.)*

* 65. ASPLENIUM *melanocaulon.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis obtusis crenatis basi cuneatis, stipite discolore. *Willd. enum.* 1072.
A. (*Trichomanes*) parvulum glaberrimum, stipitibus atro-fuscis, frondibus pinnatis, pinnulis suborbiculatis crenulatis. *Mich. amer.* 2. *p.* 264.
Schwarzstenglicher Streifenfarrn. W.
Habitat in Canada, Pensylvania *et excelsis montibus* Carolinae. 24. *(v. v.)*
Stipes *atro-fuscus nitidus glaber.* Frons *bipollicaris vel parum longior pinnata.* Pinnae *semi lineam vel lineam longae, subrotundae obtusae, basi cuneatae, obtuse crenatae.* Sori *oblongi, plerumque tres in qualibet pinna. A praecedente parvitate frondis et pinnarum figura diversum.* W.

* 66. ASPLENIUM *viride.*

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundo-ovatis, basi cuneatis, obtuse serratis, stipite concolore. *Willd. enum.* 1072.
A. frondibus pinnatis, pinnis petiolatis rhombeo-subrotundis triangulisque inciso-crenatis. *Swartz synop. filic.* 80. *Schkuhr. crypt.* 68. *t.* 73.

A. fronde pinnata, pinnis alternis elliptico-subrotundis crenatis, rachi subtus complanata. *Smith brit.* 3. *p.* 1127.

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis crenatis basi truncatis. *Huds. angl.* 453. *Lightf. scot.* 2. *p.* 663. *Bolt. fil.* 24. *t.* 14. *Hoffm. germ. II.* 13.

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis incisocrenatis, stipite viridi. *Roth. germ. III.* 56.

β. A. (*Trichomanes ramosum*) frondibus duplicato-pinnatis, pinnis obovatis crenatis, foliolis inferioribus minoribus. *Sp. pl.* 1541. *Roy. lugdb.* 498. *Bolt. fil.* 25. *t.* 2. *f.* 3.

Trichomanes ramosum majus et minus. *Bauh. pin.* 356.

Trichomanes ramosum. *Bauh. hist.* 3. *p.* 747. *Raj. angl.* 3. *p.* 119.

Trichomanes minus et tenerius. *Moris. hist.* 3. *p.* 591. *s.* 14. *t.* 3. *f.* 11.

Grünstrunkiger Streifenfarrn. W.

Habitat in rupibus subalpinis Germaniae, Austriae, Salisburgi, Helvetiae, Angliae, Galliae. 24. *(v. v.)*

* 67. ASPLENIUM *flabellifolium.*

A. frondibus pinnatis, apice filiformibus radicantibus, pinnis cuneiformi-subrotundis apice acute dentatis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis rhombeo-subrotundis, antice dentatis, rachi laxa filiformi radicante. *Swartz synop. filic.* 81. *et* 273. *t.* 3. *f.* 2.*

A. foliis pinnatis, pinnulis rotundis crenatis cuneatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 636.

Fächerblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in Nova Hollandia. 24. *(v. s.)*

* 68. ASPLENIUM *stoloniferum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis rhombeo-subdimidiatis, basi cuneatis, apice obtuse inaequaliter dentatis, caudice sarmentoso. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis deltoideis, superne lobatis. *Bory itin* 1. *p.* 329.*

A. frondibus pinnatis, pinnis triangularibus antrorsum lobato-dentatis, stolonibus radicalibus. *Swartz synop. filic.* 81.

Wuchernder Streifenfarrn. W.

Habitat in rupibus montium altissimorum insulae Borboniae. 2. *(v. s.)*

Caudex *pisi majoris magnitudine, radicibus copiosis nigricantibus instructus, latere sarmenta filiformia emittens.* Stipes *bipollicaris laevis viridis.* Frons *quadri- vel sexpollicaris pinnata.* Pinnae *lineam longae rhombeae subdimidiatae, basi inaequaliter cuneatae, apice obtuse inaequaliter dentatae, tenues membranaceae, inferiores remotae.* Sori *oblongi duo vel tres in qualibet pinna.* Indusia *membranacea flavescentia.* W.

69. ASPLENIUM *rhizophorum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovatis repando-subauritis, terminalibus remotis parvis integerrimis, fronde apice radicante. *Swartz synop. filic.* 81.

A. frondibus pinnatis apice radicantibus, pinnis ovatis repando-subauritis, minimis remotis integerrimis. *Sp. pl.* 1540.

Lonchitis asplenii facie, pinnulis variis seu subrotundis ex utroque latere auriculatis. *Sloan jam.* 16. *hist.* 1. *p.* 76. *t.* 29. 30. *f.* 1.

Adiantum seu Filix trichomanoides jamaicensis, radiculas ex nutante apice ad terram demittens. *Pluk. alm.* 9. *t.* 253. *f.* 4.

Wurzelbringender Streifenfarrn. W.

Habitat in Jamaica. 2.

†††† *Fronde bipinnatifida.*

* 70. ASPLENIUM *bissectum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis apice

elongato-acuminatis, pinnatifidis, laciniis bifidis, stipite nitido glabro. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis duplicato-incisis, apice attenuatis linearibus. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1614. *Ejusd. prod.* 130. *exclusis synonymis.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis lanceolatis apice attenuato-linearibus subpinnatifidis, laciniis bidentatis, stipite laevi. *Swartz synop. filic.* 82. *exclusis synonymis.*

Doppeltgetheilter Streifenfarrn. W.

Habitat in Jamaica. 24. *(v. s.)*

Frons *pinnata.* Pinnae *lanceolatae apice longissime attenuatae, pinnatifidae.* Laciniae *inferiores subopppositae apice bifidae, superiores alternae et in pinnae elongata parte brevissime lanceolatae indivisae remotae atque alternae. Plumieri tab.* 46. *similem filicem, sed longe diversam, repraesentat.* W.

* 71. ASPLENIUM *caudatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis, pinnatifidis, laciniis oblongis truncatis apice dentatis, rachi hirta. W.

A. frondibus pinnatis, foliolis pinnatifidis linearibus apice setaceis, segmentis obtusis apice inciso-serratis, stipite hirto. *Forst. prod. n.* 432.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatifidis linear-lanceolatis apice attenuato-setaceis, laciniis inciso-serratis, stipite hirto. *Swartz synop. filic.* 82. *et* 277.* *Schkuhr. crypt.* 72. *t.* 77.

Geschwänzter Streifenfarrn. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24.

* 72. ASPLENIUM *dareaefolium.*

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis profunde pinnatifidis, laciniis lanceolato-cuneatis apice inaequaliter dentatis, soris su-

perioribus costae mediae pinnae parallelis, rachi hirta. W.

Asplenium dareaefolium. *Bory de St. Vincent in litt.*

Dareablättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in sylvis insulae Borboniae. 4. (*v. s.*)

Stipes *glabriusculus.* Rachis *pilis scariosis tenuibus hirta.* Frons *pedalis pinnata.* Pinnae *subopposítae bi- vel tripollicares, lanceolatae acuminatae profunde pinnatifidae.* Laciniae *distantes lineari-lanceolatae leviter cuneatae, apice inaequaliter dentatae.* Sori *lineares in laciniis inferioribus, plerumque duo, in superiore parte pinnae ad laciniarum basin costae mediae pinnae paralleli. Valde simile praecedenti, ut pro varietate haberem, sed differt:* pinnis *profunde pinnatifidis,* laciniis *angustioribus apice inaequaliter dentatis, denique* sororum *dispositione.* W.

* 73. ASPLENIUM *japonicum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis acutis inciso-pinnatifidis serrulatis, stipite squamoso. *Thunb. jap.* 334.

A. frondibus bipinnatifidis, pinnis inciso-pinnatifidis, laciniis acutis serrulatis, stipite squamoso. *Swartz synop. filic.* 82.

Japanischer Streifenfarrn. W.

Habitat in Japoniae *montibus* Nagasaki. 4.

Stipes *compressus sulcatus, inferne squamosus, superne glaber erectus bipedalis.* Frons *pinnata.* Pinnae *oppositae sessiles lanceolatae acutae incisae pollicem latae, palmares, inferiores longiores, suprema incisa subtriangularis acuminata.* Lobi *ovati obtusi serrulati.* Lineae *fructificantes disci parallelae approximatae tres vel quatuor contiguae.* Thunb. l. c.

* 74. ASPLENIUM *Thelyptroides.*

A. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus lanceolatis acuminatis profunde pinnatifidis, laciniis

lanceolatis obtusis obtuse-subserratis, soris parallelis demum confluentibus. W.

A. majusculum glabellum, fronde pinnata, pinnis longis pinnatifidis, laciniis ovalibus rotundato-obtusis levissime denticulatis, fructificatione lineis breviusculis aequalibus oblique approximato-parallelis. *Mich. amer. 2. p. 265.*

A. frondibus bipinnatifidis, pinnis ensiformibus pinnatifidis horizontalibus, laciniis oblongis obtusis obsolete dentatis, soris brevissimis parallelis, fronde triangulari. *Swartz synop. filic. 82.*

β. A. *(acrostichoides)* frondibus bipinnatifidis, pinnis ensiformibus, laciniis ovatis acutis subserratis, soris transversis confertis. *Swartz synop. filic. 82. et 275.* Schkuhr. crypt. 71. t. 76. b.*

Wurmfarrnartiger Streifenfarrn. W.

Habitat in Pensylvania, *inque montibus* Virginiae *et* Carolinae *borealis.* 24. *(v. s.)*

Rachis *pilis scariosis tenuibus articulatis parce obsita.* Laciniae *pinnarum obtusae quandoque acutiusculae, inferiores obtuse serratae, superiores integerrimae; superne in venis, sub lente observatae, pilis raris paleaceis minutis obsitae.* W.

* 75. ASPLENIUM *radicans.*

A. frondibus pinnatis apice radicantibus, pinnis petiolatis lanceolatis acuminatis profunde pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusis obtuse serratis, soris parallelis confluentibus. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis rhombeo-ovatis obtusis dentatis baseos subauritis, frondibus apice remote pinnatis radicantibus. *Swartz synop. filic. 84. Schkuhr. crypt. 70. t. 76.*

Asplenium rhizophorum. *Swartz in Schrad. Journ. 1800. 2. p. 56.*

Asplenium bulbiferum. *Bernhard. Act. Erford. 1802. t. 4. f. 7.*

Gipfelwurzlicher Streifenfarrn. W.
Habitat in Jamaica. 24.
Sori *nonnulli hujus ut in Diplazio.* W.

* 76. ASPLENIUM *caracasanum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusis apice subserratis, soris in laciniarum apice. W.
Caracasanischer Streifenfarrn. W.
Habitat in sylvis umbrosis ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *tetragono-sulcatus glaber.* Frons *sesqui- vel bipedalis et altior pinnata.* Pinnae *bi- vel tripollicares lanceolatae acuminatae, superiores sensim minores, pinnatifidae.* Laciniae *inferiores profundiores lanceolatae obtusae apice quandoque obsolete serratae.* Sori *breves lineares transversales parallelae, tantum in apice laciniarum.* Indusia *membranacea fusca.* W.

77. ASPLENIUM *striatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis petiolatis oblongis acuminatis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis acute serratis, soris parallelis. W.
A. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis obtusis crenatis, terminali acuminata. *Sp. pl.* 1539.
A. frondibus bipinnatifidis, pinnis lanceolatis, laciniis oblongis obtusis serratis, terminali acuminata. *Swartz synop. filic.* 82.
Filix pinnulis latioribus dentatis major. *Plum. fil.* 15. *t.* 18.
Filix pinnulis latioribus dentatis minor. *Plum. fil.* 16. *t.* 19.
Filix striata pinnis crenatis major. *Petiv. fil.* 113. *t.* 3. *f.* 3.
Filix striata pinnis crenatis minor. *Petiv. fil.* 114. *t.* 3. *f.* 4.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 158.
Gestrichelter Streifenfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Martinica. 24. *(v. s.)*

* 78. ASPLENIUM *costale.*

A. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis ovato-lanceolatis acutis serrulatis, soris costae utrinque contiguis. W.

A. frondibus bipinnatifidis, pinnis lanceolatis, laciniis lanceolato-falcatis acutis serrulatis, soris costae utrinque contiguis. *Swartz synop. filic.* 82 *et* 276.

Rippenfrüchtiger Streifenfarrn. W.

Habitat in Jamaica. 24.

* 79. ASPLENIUM *praemorsum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis cuneato-ovatis acutis profunde pinnatifidis, laciniis lanceolato-cuneatis apice inaequaliter acute dentatis, rachi hirta. W.

A. frondibus subbipinnatis, pinnis cuneatis, segmentis apice eroso-dentatis. *Swartz prod.* 13. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1620.* *Synop. filic.* 83.

Adiantum exoticum Rutae murariae aemulum, pinnulis oblongis angustis, in summitate tripartitis. *Pluk. alm.* 10. *t.* 73. *f.* 5.

Abgebissener Streifenfarrn. W.

Habitat in sylvis montium Jamaicae *et ad* Caracas. 24. *(v. s.)*

* 80. ASPLENIUM *canariense.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ovatis acuminatis profunde-pinnatifidis, laciniis lineari-cuneatis acutis apice tri- vel quinquedentatis, rachi pinnisque subtus basi paleaceis. W.

A. *(geminaria)* frondibus subbipinnatis, pinnis cuneiformibus tricuspidatis, fructificationibus geminatis ad extremitatem nervorum dichotomorum. *Bory ess. sur les isles fortun.* 313.

Canarischer Streifenfarrn. W.

Habitat in Teneriffa. 24. *(v. s.) Broussonet.*

Stipes *fuscus nitidus glabriusculus.* Rachis

ejusdem coloris paleis oblongis apice setaceis reticulatis sparsis obsita. Frons *sesquipedalis pinnata.* Pinnae *sesquipollicares ovatae acuminatae, subtus ad basin paleis obtecta, profunde pinnatifida, laciniis lineari-cuneatis acutis apice tri- vel quinquedentatis.* Sori *longitudinales lineares subgeminati. Medium tenet inter praecedens et sequens.* W.

†††††† *Fronde bipinnata.*

* 81. ASPLENIUM *furcatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis cuneatis trifidis, superioribus confluentibus, laciniis acutis apice inaequaliter dentatis, rachi hirta. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis subpinnatis, pinnulis cuneatis apice trifidis, laciniis acutis dentatisque. *Swartz synop. filic.* 83. *Schkuhr. crypt.* 73. *t.* 79.

A. pinnulis obovatis incisis serratis, stipite hirto. *Thunb. prod.* 172.

A. *(falsum)* fronde subbipinnata, pinnis oppositis, pinnulis alternis cuneiformi-trifidis acutis. *Retz obs.* 6. *p.* 38.*

A. *(adiantoides)* frondibus bipinnatis, foliolis cuneato-linearibus apice dentatis subincisis. *Lam. encycl.* 2. *p.* 306.

Asplenium fragrans. *Schkuhr. crypt.* 199. *t.* 130. *b.*

Adiantum africanum Rutae murariae aemulum, segmentis longioribus acutis. *Pluk. alm.* 10. *t.* 123. *f.* 6.

Gabelblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei, *inque insula* Mauritii *et in* Tranquebaria. 2. *(v. s.)*

Variat pinnulis latioribus et angustioribus. Varietatem latifolium depinxit Cl. Schkuhr; in figura Plukenetii apex frondis varietatis angustifoliae est depictus; etiam hujus varietatis iconem sub nomine Asplenii fragrantis dedit Cl. Schkuhr. W.

82. ASPLENIUM *Ruta muraria.*

A. frondibus basi bipinnatis, apice simpliciter pinnatis, pinnulis rhombeo-oblongis obtusis, apice obtuse denticulatis. W.

A. frondibus alternatim decompositis, foliolis cuneiformibus crenulatis. *Sp. pl.* 1541. *Roy. lugdb.* 498. *Fl. suec.* 855; 943. *Mat. med.* 484. *Dalib. paris.* 311. *Scop. carn. n.* 1265. *Weis. crypt.* 298. *Pall. itin.* 1. *p.* 188. *Pollich. pal. n.* 959. *Fl. dan. t.* 190. *Hoffm. germ. II.* 12. *Swartz synop. filic.* 85. *Schkuhr. crypt.* 75. *t.* 80. *b.*

Scolopendrium Ruta muraria. *Roth. germ. III.* 52.

A. fronde laxa ramosa, ramis secundis trifoliis, superioribus semitrilobis rhomboideis circumserratis. *Hall. helv. n.* 1691.

Ruta muraria. *Bauh. pin.* 356.

Adiantum album. *Tabern.* 796. *Blackw. t.* 219.

Paronychia. *Cam. epit.* 785. *Matth.* 1041.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 151.

Mauer-Streifenfarrn. W.

Habitat in Europae *muris rupibusque.* 4. (*v. v.*)

Triplex varietas occurrit, nempe: 1) *frondibus simpliciter pinnatis;* 2) *frondibus pinnatis, pinnis ternatis;* 3) *frondibus pinnatis, pinnis inferioribus pinnatis, intermediis ternatis, superioribus simplicibus. Variat praeterea pinnulis indivisis trilobisve.* W.

* 83. ASPLENIUM *obtusum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis inferioribus oblongis pinnatifidis, superioribus cuneatis obtusis apice inaequaliter acute dentatis, rachi marginata. W.

Asplenium obtusum. *Kitaibel in litt.*

Stumpfer Streifenfarrn. W.

Habitat in rupibus subalpinis Croatiae. 4. (*v. s.*)

Stipes *tripollicaris semiteres canaliculatus viridis, basi fuscescens.* Rachis *viridis margine angusto foliaceo cincta.* Frons *bi- vel tripol-*

licaris bipinnata circumscriptione ovata. Pinnae *alternae, inferiores pollicares, superiores breviores.* Pinnulae *inferiores tri- vel quadrilineares profunde pinnatifidae, laciniis cuneiformibus obtusis apice acute inaequaliter dentatis.* Pinnulae *superiores lineares cuneiformes rotundato-obtusae, apice acute inaequaliter dentatae.* Sori *lineares in qualibet pinnula simplici plerumque quatuor.* Indusia *membranacea. Habitus praecedentis sed compositio frondis et pinnularum forma differunt. Accedit etiam ad sequens.* W.

* 84. ASPLENIUM *montanum.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis tri- vel bidentatis. W.

A. *(Adiantum nigrum)* parvulum, fronde glabra bipinnata, pinnulis ovalibus seu lanceolatis subpinnatifidis, lobulis ad apicem denticulatis. *Mich. amer. 2. p.* 265.

Berg-Streifenfarrn. W.

Habitat in altis montibus Carolinae. 24. *(v. s.)*

Stipes *bipollicaris tenuis fucescens.* Rachis *viridis nuda.* Frons *bipollicaris bipinnata circumscriptione triangulari-oblonga.* Pinnae *inferiores semipollicares, superiores sensim minores.* Pinnulae *lineares vel sesquilineares oppositae pinnatifidae.* Laciniae *inferiores apice tridentatae, intermediae bidentatae, summae integerrimae.* Sori *lineares breves.* Indusia *membranacea.* W.

* 85. ASPLENIUM *cuspidatum.* †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis cuspidatis bi- seu tridentatis integerrimisve. W.

A. frondibus elongatis alternatim decompositis, foliolis lanceolatis cuspidatis subintegris, stipite glabro filiformi. *Lam. encycl. 2. p.* 307.* *Swartz synop. filic.* 85.

Zugespitzter Streifenfarrn. W.

Habitat in Peru. 24.

* 86. ASPLENIUM *ambiguum.*

A. frondibus bipinnatis apice simpliciter pinnatis, pinnulis lanceolatis acutis obtuse dentatis basi utrinque breviter auriculatis. W.

A. frondibus bipinnatis superne pinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis basi utrinque auritis serratis, soris ad venas transversales utrinque decussantibus. *Swartz synop. filic.* 81. *et* 274.* *Schkuhr. crypt.* 69. *t.* 75. *a. b.*

Para-panna-marawara. *Rheed. mal.* 12. *p.* 31. *t.* 15.

Malabarischer Streifenfarrn. W.

Habitat in Java, Malabaria. 24.

87. ASPLENIUM *squamosum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis petiolatis ovato-lanceolatis acutis sinuato-dentatis, stipite rachique squamosis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis acuminatis incisis, stipite squamoso. *Sp. pl.* 1539.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis ovatis acuminatis sinuatis, stipite rachive squamosis. *Swartz synop. filic.* 83.

Lingua cervina ramosa, foliis acuminatis et sinuosis. *Plum. fil.* 86. *t.* 103.

Lonchitis ramosa, caule squamoso. *Petiv. fil.* 112. *t.* 5. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 158.

Schuppiger Streifenfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. 24.

* 88. ASPLENIUM *affine.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis subpetiolatis rhombeo-ovatis acutiusculis dentato-serratis, inferioribus basi auritis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis rhomboideo-ovatis subacutis serrato-dentatis, inferioribus basi auritis, fronde apice attenuata. *Swartz synop. filic.* 84. *et* 279.*

Verwandter Streifenfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 24.

* 89. ASPLENIUM *nitidum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis petiolatis rhombeo-ovatis obtusis dentato-serratis, infimis basi sursum auritis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis rhomboideo-ovatis obtusis serrato-dentatis lineato-striatis, infimis basi auritis, fronde deltoidea. *Swartz synop. filic.* 84. *et* 280.* *Schkuhr. crypt.* 76. *t.* 81.

Glanzvoller Streifenfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.) D. Klein.*

* 90. ASPLENIUM *martinicense.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis sessilibus rhombeo-ovatis obtusis dentato-serratis, inferioribus basi sursum auritis, rachi partiali alata. W.

Filix Adianti nigri facie minor. *Plum. fil.* 31. *t.* 41.

Adiantum striatum nigri facie. *Petiv. fil.* 115. *t.* 3. *f.* 7.

Martiniquischer Streifenfarrn. W.

Habitat in Martinica. 24.

* 91. ASPLENIUM *cuneatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis obovato-cuneatis obtusis, apice inaequaliter dentatis, superioribus confluentibus. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis cuneatis apice rotundatis inciso-dentatis. *Swartz synop. filic.* 84.

A. frondibus bipinnatis, pinnis infimis suboppositis, foliolis cuneatis apice obtusis rotundatis inciso-crenatis. *Lam. encycl.* 2. *p.* 306.

Ruta muraria maxima, foliis oblongis crenatis. *Sloan jam. hist.* 1. *p.* 93. *t.* 46. *f.* 2. *Raj. suppl.* 87.

Keilblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Portorico, *insula* Mauritii. 24. *(v. s.)*

Specimina ex insula Mauritii, ab americanis nullo modo diversa. W.

* 92. ASPLENIUM *serrulatum.* †

A. frondibus bipinnatis, pinnulis petiolatis cuneato-trapeziis serratis, serraturis spinescentibus. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis, pinnulis petiolatis cuneato-trapeziis serratis, serraturis spinescentibus, fronde lanceolata. *Swartz synop. filic.* 83. *Cav. Annales de hist. nat.* 4. *p.* 105.

Gesägter Streifenfarrn. W.

Habitat in Africa *boreali ad* Mogodor. 4.

* 93. ASPLENIUM *bulbiferum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis pinnatifido-serratis, laciniis integerrimis, rachi alata bulbifera. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis marginatis, pinnulis decurrentibus oblongis inciso-serratis, superne proliferis. *Swartz synop. filic.* 84. *et* 278.* *Schkuhr. crypt.* 74. *t.* 79.

A. frondibus subbipinnatis, foliolis decurrentibus oblongis obtusis pinnatifidis, fructificationibus proliferis. *Forst. prod. n.* 433.

Zwiebeltragender Streifenfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 4.

* 94. ASPLENIUM *fragrans.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis utrinque acutis apice serratis, summis confluentibus. W.

A. frondibus subtripinnatis, pinnis pinnulisque alternis, foliolis lanceolatis apice serratis. *Swartz prod.* 130. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1612.* *synop. filic.* 84.

Filix saxatilis Rutae murariae foliis americana seu Adiantum album folio filicis ex insula Jamaicensi. *Pluk. alm.* 150. *t.* 282. *f.* 1. *mala.*

Wohlriechender Streifenfarrn. W.

Habitat in sylvis saxosis montium Jamaicae *australis.* 4. *(v. s.)*

Filix *odore Anthoxanthi seu Holci odorati.* Pinnulae *inferiores pinnae infimae basi pinnatifidae.* W.

* 95. ASPLENIUM *lanceolatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis obovatis obtusis basi cuneatis, apice acute dentatis, inferioribus incisis, soris demum confluentibus. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnatis ovato-lanceolatis, pinnulis obovatis argute dentatis. *Swartz synop. filic.* 83.

A. fronde lanceolata bipinnata, pinnulis obovatis dentato-incisis, dentibus acuminatis. *Smith brit.* 3. *p.* 1182.*

A. frondibus duplicato-pinnatis lanceolatis, foliolis alternis, pinnis obovatis inciso-crenatis. *Huds. angl.* 454. *Engl. bot. t.* 240.

Filix elegans Adianto nigro accedens, segmentis rotundioribus. *Raj. synop.* 127.

Dryopteris candida. *Dodon. pempt* 465. *Ger. emac.* 1135.

Lanzettfiedriger Streifenfarrn. W.

Habitat in Angliae *rupibus.* 4. (*v. s.*)

A. Adianto nigro simile, sed pinnulis *obovatis obtusis basi cuneatis, apice acute serratis, inferioribus incisis, satis diversum.* W.

96. ASPLENIUM *Adiantum nigrum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acutis, pinnulis oblongis pinnatifido-incisis, laciniis apice dentatis, soris demum confluentibus. W.

A. frondibus subtripinnatis, foliolis alternis, pinnis lanceolatis inciso-serratis. *Sp. pl.* 1541. *Scop. carn. n.* 1264. *Pollich. pal. n.* 960. *Fl. dan. t.* 250. *mala. Blackw. t.* 220. *Allion ped. n.* 2397. *Bolt. fil.* 30. *t.* 17. *f.* 1. 2. 3. *Hoffm. germ. II.* 12. *Roth. germ. III.* 57. *Swartz synop. filic.* 84. *Schkuhr. crypt.* 74. *t.* 80. *a.*

A. foliis triangularibus, pinnis pinnatis, pinnu-

lis semipinnatis, lobulis ovatis serratis. *Hall. helv. n.* 1692.

A. frondibus duplicato-pinnatis, foliis inferioribus majoribus, foliolis ovatis snperne crenatis. *Roy. lugdb.* 498. *Dalib. paris.* 311.

Adiantum pulcherrimum. *Bauh. hist.* 3. *p.* 737.

Adiantum foliis longioribus pulverulentis, pediculo nigro. *Bauh. pin.* 355.

Dryopteris nigra. *Dod. pempt.* 466.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 153.

Schwarzer Streifenfarrn. W.

Habitat in rupibus Angliae, Germaniae, Helvetiae, Italiae, Galliae, Hispaniae. 24. *(v. v.)*

Frons *plerumque bipinnata, quandoque inferne tri- et supernę bipinnata. A sequente tamen satis diversum:* pinnis *nunquam caudatis, id est longissime acuminatis,* pinnulis *non acuminato-dentatis, et* fronde *nunquam ex toto triplicato-pinnata.* W.

†††††† *Fronde triplicato-pinnata.*

* 97. ASPLENIUM *acutum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis longissime acuminatis, pinnulis pinnatifido-incisis, laciniis apice acute subbidentatis, soris demum confluentibus. W.

Asplenium acutum. *Bory in litt.*

Asplenium Adiantum nigrum. *Bory ess. sur les isles fortun.* 313.

Spitziger Streifenfarrn. W.

Habitat in rupibus Teneriffae, *inque* Hispania. 24. *(v. s.)*

Duplo majus praecedente et ex toto triplicato-pinnatum. Apex pinnarum longissime acuminatus. W.

* 98. ASPLENIUM *laserpitiifolium.* †

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis cuneiformibus obtusis subinciso-crenatis. W.

A. frondibus amplis tripinnatis, pinnis alternis

compositis, foliolis cuneatis apice rotundatis inciso-crenatis. *Lam. encycl.* 2. *p.* 307.

A. frondibus tripinnatis, pinnulis cuneatis apice rotundatis inciso-crenatis. *Swartz synop. filic.* 85.

Laserkrautblättriger Streifenfarrn. W.

Habitat in Nova Britannia *ad portum* Praslin. 4.

Frons *tripedalis et plusquam pedem lata triplicato-pinnata.* Pinnulae *parvae numerosae basi cuneiformes, apice obtusae vel rotundatae crenatae quandoque incisae.* Rachis *canaliculata glabra griseo-fusca.* Sori *lineares recti duo in qualibet pinnula.* Lam. l. c.

* 99. ASPLENIUM *fissum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis cuneiformibus tripartitis, laciniis linearibus, apice obtusis emarginatis. W.

Asplenium fissum. *Kitaib. in litt.*

Zerschlitzter Streifenfarrn. W.

Habitat in alpibus et subalpinis Croatiae. 4. *(v. s.)*

Stipes *glaber tripollicaris basi fuscescens, superne viridis.* Frons *bipollicaris triplicato-pinnata circumscriptione ovato-oblonga.* Pinnulae *admodum parvae tripartitae, basi cuneatae.* Laciniae *lineares obtusae plerumque emarginatae.* Sori *in lacinia solitarii interdum duo.* Indusia *membranacea. Habitus filicis fere Aspidii alpini.* W.

* 1968. SCOLOPENDRIUM.

Smith Act. taur. 5. *p.* 410. *t.* 9. *f.* 2.

Sori lineares transversales sparsi. *Indusium* duplex, utrumque latus sori occupans, superficiarium, quasi sutura longitudinali dehiscens.

1. SCOLOPENDRIUM *officinarum.*

S. frondibus lato-lanceolatis basi cordatis, stipite paleaceo. W.

S. frondibus cordato-lingulatis, stipitibus hirtis. *Swartz synop. filic.* 89. *Schkuhr. crypt.* 78. *t.* 83.

Scolopendrium Phyllitis. *Roth. germ. III.* 47.

Asplenium *(Scolopendrium)* frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis. *Sp. pl.* 1537. *Mat. med.* 224. *Scop. carn. n.* 1291. *Weis. crypt.* 292. *Pollich. pal. n.* 957. *Doerr. nass. p.* 54. *Hoffm. germ. II.* 13.

Asplenium petiolis hirsutis folio longe lineari-lanceolato integerrimo, postice cordato. *Hall. helv. n.* 1695.

Asplenium frondibus ensiformibus integris basi cordatis inflexis, petiolis hirsutis. *Vir. cliff.* 103. *Hort. cliff.* 474. *Fl. suec.* 843; 941. *Roy. lugdb.* 498. *Dalib. paris.* 310. *Sauv. monsp.* 27.

Stipes *glaber.* Frons *quinque- vel sexpedalis et altior pinnata.* Pinnae *breve petiolatae alternae pedales et longiores, profunde pinnatifidae.* Laciniae *bi- vel quadripollicares distantes lanceolatae acuminatae, apice serratae, serraturis cuspidatis.* Sinus *frondis non rotundati, sed biangulati. Affinis praecedenti sed omnibus partibus major, sinubus et serraturis diversa. An sequens ab hac satis distincta sit, affirmare haud ausim.* W.

* 61. PTERIS *altissima.* †

P. frondibus subbipinnatis, pinnulis lato-lanceolatis integerrimis basi coadunatis, inferioribus pinnatifidis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 722. *Swartz synop. filic.* 99.

Höchster Saumfarrn. W.

Habitat in Portorico. 24.

* 62. PTERIS *confluens.* †

P. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis pinnatifidis integerrimis. *Thunb. prod.* 171.

Zusammenfliefsender Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

Descriptio nimis brevis. W.

* 63. PTERIS *aurantiaca.*

P. frondibus pinnatis, supra pilosiusculis, subtus farinoso-aurantiacis, pinnis oppositis profunde pinnatifidis, laciniis ovato-oblongis obtusis crenatis ciliatis. W.

P. frondibus bipinnatis, supra villosis, subtus farinoso-aurantiacis, pinnis oppositis acuminatis, pinnulis oblongis ciliatis, baseos inciso-crenatis. *Swartz synop. filic.* 104.

P. foliis bipinnatis, foliolis oblongis ciliatis, ba-

si profunde crenatis, postice aurantiacis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 659.*

Pomeranzenfarbiger Saumfarrn. W.

Habitat in Nova Hispania *prope* Chalmam. 24. (*v. s.*)

Stipes *atro-fuscus nitidus glaber.* Frons *septempollicaris usque pedalis pinnata, supra pilis sparsis obsita, subtus pulvere aurantii coloris farinaceo dense obtecta.* Pinnae *sessiles oppositae pollicares vel paulo longiores distantes, profunde pinnatifidae.* Laciniae *ovato-oblongae obtusae crenatae, crenis basin versus profundioribus, margine ciliatae.* W.

* 64. PTERIS *lutea.*

P. frondibus pinnatis, supra glabris, subtus farinoso-flavis, pinnis alternis profunde pinnatifidis, laciniis ovato-oblongis obtusis integerrimis. W.

P. frondibus subbipinnatis, subtus farinoso-luteis, pinnis obtusis, pinnulis basi coadunatis ovatis obtusis subrepandis. *Swartz synop. filic.* 104.

P. foliis bipinnatis, pinnulis primariis alternis ovato-lanceolatis, secundariis ovato-oblongis obtusis oppositis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 660. Gelber Saumfarrn. W.

Habitat in Nova Hispania. 24.

Differt a praecedente: pinnis *alternis longioribus obtusis nec apice attenuatis,* laciniis *integerrimis,* colore *subtus cerino flavo.* Cav. l. c.

* 65. PTERIS *sinuata.* †

P. frondibus bipinnatifidis, pinnulis sinubnsque rotundatis. *Thunb. jap.* 332.

Buchtiger Saumfarrn. W.

Habitat in Japonia. 24.

Frons *debilis erecta bipinnatifida sesquipedalis.* Pinnae *alternae patentes, vix digitales pinnatifidae.* Laciniae *suboppositae rotundatae*

integerrimae undulatae nervosae glabrae. Sinus *rotundati nec acuti.* Thunb. l. c.

* 66. PTERIS *rigida.*

P. frondibus pinnatis utrinque hirtis, pinnis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusiusculis, indusio transversim striato. W.

P. frondibus bipinnatifidis ovatis acuminatis utrinque hirtis, laciniis coadunatis e basi lata ovatis obtusis, indusio involuto transversim striato. *Swartz synop. filic.* 104. *et* 299. Steifer Saumfarrn. W.

Habitat in Nova Hispania *prope* Chalmam. 24.

Filix *spithamaea.* Stipes *niger teres basi paleaceus, superne pariter ac rachis frondis pilosus.* Frons *ovata acuta bipinnatifida.* Pinnae *suboppositae sessiles ovato-lanceolatae sesquipollicares patentes.* Pinnulae *s.* Laciniae *alternae basi lato-coadunatae oblongae, apice obtusiusculae, utrinque hirtae, subtus lineato-nervosae.* Fructificationes *marginales continuae tectae.* Indusio *e margine toto involuto transversim striato. A P. involuta diversa: fronde tantum bipinnatifida et pubescentia.* Swartz l. c.

†††††††† *Fronde bipinnatifida, bi- s. triplicato-pinnata, pinna infima bipartita.*

67. PTERIS *biaurita.*

P. frondibus pinnatis, pinnis suboppositis pinnatifidis laciniis linearibus obtusis apice dentatis, pinna infima bipartita, stipite laevi. W.

P. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, infima bipartita. *Sp. pl.* 1534.

P. frondibus bipinnatifidis, pinnis lanceolatis, infimis bipartitis, laciniis obtusis dentato-serratis, terminali attenuata. *Swartz synop. filic.* 98. *exclusis patria et synonymo Retzii.*

Filix pinnulis lonchitidis obtusis non dentatis ad oras pulverulentis. *Plum. amer.* 10. *t.* 14. *fil.* 13. *t.* 15.

Filix lonchitidis pinnis. *Petiv. fil.* 134. *t.* 3. *f.* 11.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 113.
Zweigeöhrter Saumfarrn, W.
Habitat in Domingo, Martinica, Jamaica, Portorico. 4. *(v. s.)*

Figura Plumeri habitum bene exprimit sed denticulos in apice laciniarum pinnae neglexit et pinnas lanceolatas pinxit, quae lineares in specimine meo americano. W.

* 68. PTERIS *atrovirens.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis suboppositis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis apice inaequaliter dentatis, pinna infima bipartita, stipite laevi. W.
Dunkelgrüner Saumfarrn. W.
Habitat in regno Oware *et* Benin Africes. 4. *(v. s.)* *D. Flügge.*

Similis praecedenti sed frons *crassior rigidior atro-virens nec tenuis et laete virens,* laciniae *oblongae obtusae apice inaequaliter grosse dentatae,* divisio *inferior pinnae infimae superiore longior.* W.

* 69. PTERIS *quadrialata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusis apice dentatis, pinnarum paribus duobus infimis bipartitis, stipite laevi. W.
P. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis apice dentatis, infimis quatuor paribus bifidis. *Retz. obs.* 6. *p.* 38.
Vieröhriger Saumfarrn. W.
Habitat in Zeylona. 4.

Stipes *tetragonus laevis.* Frons *pinnata, pinnis ad nervum fere pinnatifidis, laciniis obtusis apice dentatis, terminali lanceolata acuminata longa, serrata, imprimis versus apicem.* Infima duo *pinnarum paria bifida vel duplicata, ceterum similia. A P. biaurita distinctis-Lin. Sp. Pl. Tom. V. P. I.*

sima magnitudine, serraturis et numero pinnarum bifidarum. Retz. l. c.

* 70. PTERIS *nemoralis.*

P. frondibus pinnatis, pinnis oppositis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis obtusis integerrimis, pinna infima bipartita, stipite laevi. W.

P. frondibus bipinnatifidis, pinnis oppositis triquadrijugisve, infima bipartita, laciniis lineati-oblongis obtusis subintegerrimis. *Willd. enum.* 1073.

P. *(semiovata)* frondibus bipinnatis, pinnis lanceolatis acuminatis, infimis bipartitis, laciniis semiovato-linearibus obtusis integris. *Lam. encycl.* 5. *p.* 723?

Pteris biaurita. *Loureiro cochin.* 835. *Petiv. gazoph. t.* 80. *f.* 3.

Filix furcata Polypodii angustioribus pinnis, suprema admodum prolixa ex insula Johanna. *Pluk. mant.* 83. *t.* 401. *f.* 1?

Wald-Saumfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *et* Mauritii *marginibus nemorum, inque* Tranquebaria *et* Cochinchina. 4. *(v. v.)*

Stipes *laevis glaber quadri- vel quinquepollicaris.* Frons *sesquipedalis pinnata.* Pinnae *quadri- vel quinquepollicares oppositae breve petiolatae pinnatifidae.* Laciniae *lineari-lanceolatae obtusae integerrimae.* Pinna *infima bipartita. In filice juniore frons tri- vel quadrijuga, in adulta vero septem- vel decemjuga. A P. biaurita laciniis pinnarum integerrimis lanceolato-linearibus, venarumque structura diversa.* W.

* 71. PTERIS *scabra.*

P. frondibus pinnatis utrinque punctato-scabris, pinnis oppositis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis obtusis apice dentatis, pinna infima bipartita, stipite basi aspero. W.

Pteris scabra. *Bory in litt.*
Scharfer Saumfarrn. W.
Habitat in insulae Mauritii *et* Borboniae *nemoribus.* 4. *(v. s. s. fr.)*

Stipes *sexpollicaris superne glaber, inferne muricato-asper.* Frons *sex- vel octopollicaris pinnata.* Pinnae *quadri- vel subquinquejugae pinnatifidae breve petiolatae utrinque scabrae et punctis minutis sub lente tantum visibilibus obsitae* Laciniae *lineari-lanceolatae obtusae apice dentatae.* Pinna *infima bipartita.* W.

* 72. PTERIS *pungens.* W.

P. frondibus pinnatis, pinnis alternis pinnatifidis, inferioribus bipartitis, laciniis lanceolatis obtusis apice dentatis, terminali longissima, axillis venarum pinnae spina armatis, stipite aculeato. W.
Filix alia caudata et spinosa. *Plum. fil.* 12 *t.* 14.
Filix aculeata apice pyramidali. *Petiv. fil.* 133. *t.* 4. *f.* 3.
Stechender Saumfarrn. W.
Habitat in Hispaniola. 4.

Discrepat ab affinibus stipite aculeato, pinnis inferioribus, nec infima tantum, bipartitis, denique spina in venarum pinnae axillis ubi costa media laciniae excurrit. W.

* 73. PTERIS *arguta.*

P. frondibus pinnatis, pinnis suboppositis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis argute serratis, pinna infima bipartita, stipite laevi. W.
P. frondibus subbipinnatis, pinnis infimis deorsum bis bipartitis, pinnulis lanceolatis subfalcatis serratis. *Swartz synop. filic.* 98.
P. fronde bipinnatifida, ramis infimis deorsum ramosis, pinnis lanceolatis serratis. *Ait. Kew.* 3. *p.* 458.
P. frondibus subbipinnatis, foliolis infimis bis

bipartitis, pinnis lanceolatis serratis. *Vahl. symb.* 1. *p.* 84.*

P. *(serrulata)* fronde supradecomposita; pinnis secundariis concatenatis lanceolatis serrulatis, infimis sejunctis pinnatis. *Forsk. descr.* 187.*

P. *(incompleta)* foliis bipinnatis, pinnis lanceolatis, primariis oppositis, infimisque decompositis, secundariis basi confluentibus, apice serratis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 663. *Annal. de cienc. nat.* 4. *p.* 107.*

Filix non ramosa jamaicensis pediculo albicante, alis Marrubii aquatici fere divisuri, quarum pinnulae a tergo linea candidissima, aspergine conflata, et per ambitum ducta ornatae sunt. *Pluk. alm.* 153. *t.* 290. *f.* 2.

Spaltlaubiger Saumfarrn. W.

Habitat in Canariis, Azoribus, Arabia *felici.* 24. *(v. s.)*

* 74. PTERIS *angusta.*

P. frondibus pinnatis, pinnis suboppositis profunde pinnatifidis, laciniis linearibus acutis argute serratis, pinna infima bipartita vel bipinnatifida, stipite laevi. W.

Pteris angusta. *Bory in litt.*

Schmallaubiger Saumfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii. 24. *(v. s. s. fr.)*

Stipes *tri- vel quadripollicaris laevis.* Frons *pedalis pinnata.* Pinnae *tripollicares vel parum longiores profunde pinnatifidae fere pinnatae.* Laciniae *semipollicares angustae lineares acutae argute serratae parallelo-venosae.* Pinna *infima bipartita, vel bipinnatifida. A praecedente jam primo intuitu habitu angusto diversissima.* W.

75. PTERIS *semipinnata.*

P. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, superioribus latere inferiore tantum pinnatifidis, infima bipartita, lacinia inferiore externe mo-

do pinnatifida, laciniis lineari-lanceolatis obtusis integerrimis, stipite laevi. W.

P. frondibus subbipinnatis, foliolis lateralibus loboque infimo semipinnatifidis. *Sp. pl.* 1534. *Osb. itin.* 232. *t.* 3. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 119. *nec icon.*

Halbgefiederter Saumfarrn. W.

Habitat in China. 4.

Pteris semipinnata Swartz synop. filic. 97. *quoad diagnosin diversa videtur. Icon Houttuyni juniorem frondem nostrae Pteridis dimidiatae denotare videtur, sed est integerrima. Pteris alata Lam. illustr. t.* 869. *est forte species nova, ab hac et a P. dimidiata diversa.* W.

* 76. PTERIS *Pseudo-Lonchitis.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis obtusis serratis, pinna infima bipartita, stipite laevi. W.

Pteris Pseudo-Lonchitis. *Bory in litt.*

Buchtenfarrnartiger Saumfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 4. *(v. s.)*

Stipes *glaber.* Frons *bipedalis bipinnata.* Pinnae *subopposita sex- vel septempollicares.* Pinnulae *bi- vel tripollicares alternae pinnatifidae.* Laciniae *lineari-lanceolatae obtusae serratae.* Pinna *infima bipartita.* Sorus *continuus saepe interruptus et tantum in laciniarum sinubus.* Indusium *margo inflexus frondis.* W.

* 77. PTERIS *glauca.*

P. frondibus triplicato-pinnatis utrinque glaucescentibus, pinnis infimis bipartitis, pinnulis linearibus obtusis. W.

P. frondibus quinquangulis tripinnatis glabris, pinnis infimis bipartitis, pinnulis linearibus obtusis teretiusculis margine revolutis. *Swartz synop. filic.* 105.

P. foliis tripinnatis, foliolis linearibus, inferne

pinnatis, limbo communi rotundato. *Cav. prael.* 1801. *n.* 668.

Acrostichum glaucum. *Cav. Annal. de cienc. nat.* 1. *p.* 107.

Grauer Saumfarrn. W.

Habitat in Nova Hispania *ad* Huanajuato. 24.

†††††††††† *Fronde bi- s. tripinnata.*

* 78. PTERIS *elegans.* †

P. frondibus bipinnatis, pinnis lanceolatis, pinnulis minimis ovalibus integerrimis, inferioribus pinnatifidis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 718. *Swartz synop filic.* 104.

Schöner Saumfarrn. W.

Habitat in India *orientali?* 24.

* 79. PTERIS *hirsuta.* †

P. frondibus bipinnatis utrinque rufo-villosissimis, pinnis ovato-oblongis, pinnulis linearibus obtusis, inferioribus lobatis, lobis rotundatis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 719. *Swartz synop. filic.* 104.

Behaarter Saumfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 24.

* 80. PTERIS *involuta.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis sessilibus subcordato-ovatis obtusis, terminali triloba, indusio plicato, stipite paleaceo hirto. W.

P. frondibus bipinnatis, pinnulis subcordato-ovatis adnatis, indusio plicato, stipite paleaceo hirto. *Swartz synop. filic.* 104. *et* 300.

Eingewickelter Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

Stipes *bi- seu tripollicaris teres atro-purpureus nitidus, paleis pallide ferrugineis membranaceis reticulatis tenuissimis obsitus.* Frons *oblongo-lanceolata tri- seu quadripollicaris bipinnata.* Rachis *paleacea.* Pinnae *oppositae breves oblongae.* Pinnulae *alternae adnatae*

subcordato-ovatae obtusae, terminali triloba vel hastata, omnes integerrimae, subinvolutae, utrinque glabrae, fusco-virides. Fructificationes *marginales continuae.* Capsulae *pallide ferrugineae.* Indusia *e margine pinnularum inflexo integro sed plicato, quasi crenulato, membranaceo-albido.* Swartz l. c.

* 81. PTERIS *adiantoides.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis subpetiolatis lanceolatis obtusis integerrimis, inferioribus hastato-auriculatis, stipite glabro. W.

Pteris adiantoides. *Bory in litt.*

Krullfarrnartiger Saumfarrn. W.

Habitat in apricis insulae Mauritii, Borboniae. 24. *(v. s.)*

Stipes *atropurpureus bipollicaris nitidus glaber, ima basi paleis tenuibus raris obsitus.* Frons *quadripollicaris bipinnata.* Pinnae *inferiores fere bipollicares, summae quadrilineares.* Pinnulae *bilineares et longiores lanceolatae obtusae integerrimae vix manifeste, nisi lentis ope, venosae, superiores basi obtusae sessiles, inferiores petiolatae hastato-auriculatae.* Sorus *continuus linearis.* Indusium *membranaceum subrepandum.* Capsulae *pallide cinamomeae. Similis sequenti, sed omnibus partibus quadruplo minor figuraque pinnularum diversa.* W.

82. PTERIS *hastata.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis subpetiolatis ovato-lanceolatis obtusis crenulatis, inferioribus hastato-trilobis, stipite glabro. W.

P. frondibus decompositis, foliolis remotis bipinnatifidis, pinnis ovato-lanceolatis subhastatis crenulatis, inferioribus trilobis, indusio plicato. *Swartz synop. filic.* 106.

P. frondibus bipinnatis, apice simpliciter pinnatis, foliolis crenulatis, terminalibus subhastatis. *Willd. enum.* 1074.

P. *(auriculata)* fronde bipinnata, pinnis auriculatis indivisis pinnulatisque. *Thunb. prod.* 172.

Pteris polymorpha. *Lam. encycl.* 5. *p.* 779.

Adiantum *(hastatum)* frondibus pinnatis, pinnis hastato-trilobis rectis. *Lin. suppl.* 447. *filix junior.*

Adiantum perelegans ex insula Joannae, pediculo atrovirente. *Pluk. phytog. t.* 403. *f.* 5. *mala.*

Spontonblättriger Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei *inque insulis* Mauritii *et* Borboniae. 24. *(v. v.)*

Stipes *quadri- vel quinquepollicaris atrofuscus nitidus glaber.* Frons *fere sesquipedalis bipinnata.* Pinnae *inferiores tripollicares et longiores, summae pollicares.* Pinnulae *pollicares ovato-oblongae vel ovato-lanceolatae obtusae crenulatae, tenuissime parallelo-venosae, summae sessiles, reliquae petiolatae, inferiores hastato-trilobae.* Sorus *linearis continuus crassus.* Indusium *membranaceum tenue crenulatum.* Capsulae *saturate cinamomeae.* Filix *junior gaudet fronde pinnata, pinnis ovatis obtusis obsolete trilobis, crenatis, infima ternata.* W.

* 83. PTERIS *cordata.*

P. frondibus bipinnatis, pinnis alternis, pinnulis suboppositis petiolatis cordato-ovatis obtusis. W.

P. frondibus alterne decompositis, pinnulis cordato-ovatis obtusis suboppositis petiolatis. *Swartz synop. filic.* 106.

P. foliis bipinnatis alternis, foliolis ovatis cordatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 662.

Herzblättriger Saumfarrn. W.

Habitat in Mexico. 24.

* 84. PTERIS *sagittata.*

P. frondibus bipinnatis, pinnis alternis, pinnulis petiolatis ovato-sagittatis acutiusculis. W.

P. frondibus alterne decompositis, pinnulis petiolatis sagittato-ovatis acutiusculis. *Swartz synop. filic.* 106.

P. foliis bipinnatis alternis, foliolis sagittatis petiolatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 661.

Pfeilblättriger Saumfarrn. W.

Habitat in Mexico. 24.

An pinnulae re vera sagittatae? Cl. Cavanilles enim in descriptionibus suis plantarum, folium hastatum sub nomine sagittati indicavit. W.

* 85. PTERIS *calomelanos.*

P. frondibus bipinnatis, pinnis pinnulisque oppositis petiolatis triangulari-cordatis rotundato-obtusissimis integerrimis, majoribus subtrilobis. W.

P. frondibus supradecompositis, pinnulis cordatis integris obtuse triangulis majoribus hastato-trilobis, stipite glaberrimo. *Swartz synop. filic.* 106.

P. *(hastata)* frondibus supradecompositis, pinnulis triangulari-hastatis. *Thunb. prod.* 172. *exclusis synonymis.*

Schwarzstrunkiger Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24. *(v. s.)*

* 86. PTERIS *capensis.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis linearibus obtusis integerrimis sessilibus subtus villosis, inferioribus subpinnatifidis, superioribus confluentibus, rachi muricato-aspera. W.

P. pinnulis apice elongatis, infimis pinnatifidis, subtus hirsutis. *Thunb. prod.* 172.

P. foliis bipinnatis subtus hirsutis, pinnulis linearibus coadunatis, terminalibus longioribus, rachi hispida. *Swartz synop. filic.* 101.

Capischer Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24. *(v. s.)*

* 87. PTERIS *mertensioides.* W.

P. frondibus bipinnatis, pinnulis lineari-lanceolatis sessilibus acutiusculis integerrimis subconfluentibus. W.

Mertensienartiger Saumfarrn. W.

Habitat in Amboina. 24. *(v. s.) Ventenat.*

Frons *bipedalis et forte altior bipinnata.* Pinnae *inferiores sex- vel septempollicares, summae tripollicares.* Pinnulae *semipollicares sessiles basi subconfluentes lineari-lanceolatae integerrimae membranaceae tenues.* Sori *angustissimi.* Indusium *margo inflexus. Dispositio pinnularum ut in Mertensiis.* W.

88. PTERIS *heterophylla.*

P. frondibus sterilibus bipinnatis, pinna infima bipinnata, pinnulis oblongis profunde serratis, basi inaequaliter cuneatis; fertilibus bipinnatis apice simpliciter pinnatis, pinnulis lineari-oblongis apice dentatis, basi cuneatis. W.

P. frondibus bipinnatis, pinnis ovato-oblongis serratis obtusis, fertilibus integerrimis. *Sp. pl.* 1534.

P. foliolis bipinnatis, pinnulis cuneato-oblongis, sterilium serratis, fertilium angulatis apice dentatis. *Swartz synop. filic.* 101.

Adiantum *(hexagonum)* frondibus supradecompositis, pinnis sexangularibus emarginatis integerrimis utrinque unifloris. *Sp. pl.* 1560.

Adiantum foliis hexagonis. *Plum. fil.* 84. *t.* 37.

Adiantum pinnis hexagonis furcatis. *Petiv. fil.* 94. *t.* 10. *f.* 2.

Ruta muraria major, foliis variis scilicet oblongis integris et subrotundis serratis. *Sloan jam.* 21. *hist.* 1. *p.* 92. *t.* 53. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 264.

Verschiedenblättriger Saumfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola. 24. *(v. s.)*

89. PTERIS *crispa.*

P. frondibus sterilibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis obovato-cuneatis apice inciso-dentatis; fertilibus bipinnatis inferne tripinnatis, pinnulis lineari-oblongis obtusiusculis integerrimis, basi angustatis. W.

P. foliolis bipinnatis, pinnulis sterilibus subrotundis incisis, fertilibus oblongo-linearibus integris. *Swartz synop. filic.* 101. *Schkuhr. crypt.* 90. *t.* 98.

P. fronde supradecomposita, pinnulis sterilibus cuneatis incisis, fertilibus ellipticis obtusis convexis. *Smith brit.* 3. *p.* 1137. *Engl. bot.* 1160.

Osmunda *(crispa)* frondibus supradecompositis, pinnis alternis subrotundis incisis. *Sp. pl.* 1512. *Huds. angl.* 450. *Lightf. scot.* 655. *Bolt. fil.* 10. *t.* 7. *Fl. dan. t.* 496.

Onoclea crispa. *Hoffm. germ. II. p.* 11. *Roth. germ. III. p.* 39.

Pteris Stelleri. *Amman in Nov. Comm. Petrop.* 12. *t.* 12. *f.* 1.

Adiantum foliis minutim in oblongum scissis, pediculo viridi. *Bauh. pin.* 755.

Adiantum album tenuifolium, rutae murariae accedens. *Bauh. hist.* 3. *p.* 743. *Raj. hist.* 3. *p.* 147.

Adiantum album alpinum crispum. *Raj. angl.* 126.

Adiantum album floridum s. Filicula petraea crispa. *Pluk. alm.* 9. *t.* 3. *f.* 2.

Filix botryoides s. Filicula petraea florida anglica, foliis plurifariam divisis. *Moris. hist.* 3. *p.* 593. *s.* 14. *t.* 4. *f.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 71.

Krauser Saumfarrn. W.

Habitat in alpibus et subalpinis Lapponiae, Norvegiae, Angliae, Silesiae, Austriae, Helvetiae, Pyrenaeorum. 24. *(v. s.)*

* 90. PTERIS *nigricans.* W. †

P. frondibus bipinnatis, pinnulis ovato-oblongis obtusis repando-dentatis, rachibus partialibus flexuosis. W.

Filix crenis rotundis et nigricante limbo praecinctis. *Plum. fil.* 32. *t.* 42.

Adiantum limbo nigro praecinctum. *Petiv. fil.* 136. *t.* 9. *f.* 15.

Schwärzlicher Saumfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. 24.

* 91. PTERIS *decursiva.* †

P. frondibus bipinnatis, pinnulis erecto-recurvis decurrentibus, infimis decussive pinnatis. *Swartz synop. filic.* 101.

P. fronde supradecomposita, pinnis secundariis erecto-recurvis decurrentibus, infimis decursive-pinnatis. *Forsk. desc.* 186.

Aegyptischer Saumfarrn. W.

Habitat in Aegypto. 24.

* 92. PTERIS *flabellata.*

P. frondibus subbipinnatis, pinnulis decurrenti-coadunatis linearibus apice serratis, infimis (pinnae baseos frondis) pinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 99.

P. pinnulis pinnatifidis serratis. *Thunb. prod.* 172.

Fächerförmiger Saumfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

* 93. PTERIS *incisa.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis adnatis lanceolatis sinuato-pinnatifidis, laciniis ovatis obtusis integerrimis, terminali lanceolata. *Swartz synop. filic.* 99.

P. pinnulis inferne inciso-dentatis integrisque. *Thunb. prod.* 171.

P. *(glaucescens)* fronde bipinnata, pinnulis pinnatifidis acutis, laciniis rotundatis obtusissimis. *Bory in litt.*

Eingeschnittener Saumfarrn. W.
Habitat ad Cap. b. spei *inque montibus altis insulae* Borboniae. 4. *(v. s.)*

Frons *bipinnata subtus levissime glaucescens.* Pinnulae *sesqui- vel bipollicares sessiles sinuato-pinnatifidae lobis ovatis obtusis integerrimis; lobus terminalis lanceolatus elongatus.* Sorus *saepe interruptus.* Indusium *membranaceum.* Capsulae *pallide cinamomeae.* Frons junior *sterilis pinnata, pinnis sesqui- vel bipollicaribus sinuato-pinnatifidis,* laciniis *ovatis obtusis integerrimis, inferioribus distinctis et distantibus, terminali ovata obtusa.* W.

* 94. PTERIS *farinosa.*

P. frondibus bipinnatis subtus farinoso-niveis, pinnulis lineari-lanceolatis sessilibus pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis crenulatis. W.

P. fronde subtus farinoso-nivea, inferne tripinnatifida, superne bipinnatifida, laciniis ovatis obtusis. *Vahl. symb.* 3. *p.* 103. *t.* 75.*

P. fronde inferne tripinnatifida, superne bipinnatifida, laciniis ovatis obtusis, subtus farinoso-niveis. *Swartz synop. filic.* 105.

P. pinnis primariis sessilibus oppositis, supremis concatenatis, inferioribus remotis, secundariis connatis, subtus farinoso-tomentosis. *Forsk. desc.* 187.

Mehliger Saumfarrn. W.
Habitat in Arabia *felici.* 4.

* 95. PTERIS *nivea.* †

P. frondibus subtripinnatis, pinnis subtrifalcatis, pinnulis ovalibus integris minutis subtus niveis, margine subciliatis. *Lam. encycl.* 5. *p.* 718. *Swartz synop. filic.* 104.

Schneefarbiger Saumfarrn. W.
Habitat in Peru. 4.

* 96. PTERIS *laciniata.* W.

P. frondibus bipinnatis, utrinque hirsutis, pin-

nulis oblongis confluentibus obtuse acuminatis leviter sinuato-pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis. W.

Zerschlizter Saumfarrn. W.

Habitat in India *orientali?* 4. *(v. s.) D. Flügge.*

Stipes *glaber.* Rachis *communis et partialis pubescenti-hirta.* Frons *sesquipedalis utrinque pilis diaphanis obsita, bipinnnata vel potius bipinnatifida.* Pinnae *inferiores quadri-, superiores bipollicares.* Pinnulae *pollicares et longiores oblongae obtuse acuminatae basi confluentes leviter sinuato-pinnatifidae.* Laciniae *ovato-oblongae obtusissimae integerrimae.* Sori *non continui sed semper interrupti, ad latus laciniarum siti, nunquam vero in sinu et apice.* Indusium *membranaceum breve fuscum.* Capsulae *fuscescentes. A P. hirsuta quoad descriptionem diversa videtur. Facies fere Lonchitidis hirsutae, sed est vera Pteridis species, licet sori sint interrupti.* W.

* 97. PTERIS *villosa.*

P. frondibus bipinnatis pubescentibus, pinnulis ovato-lanceolatis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis integerrimis, inferioribus sinuato-incisis, caudice arboreo. W.

P. foliolis bipinnatifidis pubescentibus, pinnis lato-lanceolatis decurrentibus, laciniis ovato-lanceolatis obtusis, baseos sinuato-incisis. *Swartz synop. filic.* 100. *et* 295.*

Zottiger Saumfarrn. W.

Habitat in America *meridionali.* ħ.

98. PTERIS *aculeata.*

P. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis acuminatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis serratis, caudice arboreo stipitibusque aculeatis. W.

P. frondibus supradecompositis, pinnis lato-lanceolatis pinnatifidis, caudice arboreo ra-

misque aculeatis. *Swartz prod.* 129. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1601.*

P. foliolis bipinnatifidis, pinnis lato-lanceolatis, laciniis serratis, terminali elongata, caudice arboreo ramisque aculeatis. *Swartz synop. filic.* 100.

P. *(arborea)* frondibus pinnatis, foliolis pinnatifidis, caudice arboreo aculeato. *Syst. veg.* 782?

Polypodium *(spinosum)* frondibus bipinnatis serratis, caudice arboreo aculeato. *Sp. pl.* 1554.

Filix arborea ramosa spinosa, caudice non diviso, pinnulis latis densis brevibus tenuibus minutim dentatis. *Sloan jam.* 24. *hist.* 1. *p.* 95. *t.* 56.

Filix arborescens ramosa et aculeata. *Plum. fil.* 6. *t.* 5. *et* 11.

Filix latifolia laciniata et ad lacinias molliter aculeata. *Plum. fil.* 9. *t.* 9.

Filix ramosa arborescens pinnis latis caudice spinoso. *Petiv. fil.* 42. *t.* 4. *f.* 1.

Filix lineata arborescens, caudice aculeato. *Petiv. fil.* 132. *t.* 4. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 103. 241.

Stachlicher Saumfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola, Martinica. ♄. *(v. s.)*

* 99. PTERIS *marginata.*

P. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis ovatis acutis apice serratis, caudice arborescente. W.

P. caule subarboreo, frondibus tripinnatis, pinnulis profunde pinnatifidis acuminatis serratis. *Bory itin.* 2. *p.* 192.*

Gerandeter Saumfarrn. W.

Habitat in monte ignivomo insulae Borboniae. ♄. *(v. s.)*

Frons *quadripedalis triplicato-pinnata.* Pinnulae *sesquipollicares oblongo-lanceolatae val-*

de acuminatae breve petiolatae pinnatifidae. Laciniae *ovatae acutae apice argute serratae.* Indusium *membranaceum album.* Capsulae *cinamomeae.* W.

* 100. PTERIS *vespertilionis.*

P. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis sessilibus apice confluentibus lanceolatis obtusis obsolete subrepandis. W.

P. foliis bipinnatis, pinnulis ovato-lanceolatis subrepandis decurrenti-coadunatis patentibus, rachi stipiteque glabris. *Billard. nov. Holl. 2. p. 96. t. 245.**

Neuholländischer Saumfarrn. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 24. *(v. s.)*

†††††††††† *Fronde tripartita pedatave, ramis bipinnatis.*

* 101. PTERIS *adscensionis.*

P. fronde subtripartita, ramis bipinnatis, pinnulis sessilibus subconfluentibus ovato-oblongis subpinnatifidis obtusis serratis. W.

P. foliolis subbipinnatis, pinnis decurrentibus ovato-lanceolatis obtusiusculis dentato-serratis, infimis pinnatifidis. *Swartz synop. filic. 100. et 294.* Schkuhr. crypt. 87. t. 94.*

Lonchitis *(adscensionis)* frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis crenatis. *Forst. in Comment. soc. Goett. 9. p. 72.**

Adscensions-Saumfarrn. W.

Habitat in monte calcareo insulae Adscensionis. 24. *(v. s.)*

* 102. PTERIS *tripartita.*

P. fronde tripartita, ramis pinnatis lateralibus bipartitis, pinnis lineari-lanceolatis profunde pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutiusculis obsolete serratis. W.

P. fronde tripartita, foliolis bipinnatifidis, late-

ralibus bipartitis. *Swartz synop. filic.* 100. *et* 293.*

Dreitheiliger Saumfarrn. W.

Habitat in Java. 4. (*v. s.*)

* 103. PTERIS *esculenta.*

P. fronde tripartita, ramis bipinnatis, pinnulis linearibus obtusis crenulatis rigidis subtus ad costam pilosiusculis decurrentibus, inferioribus basi subpinnatifidis. W.

P. foliolis bipinnatis, pinnulis linearibus decurrenti-coadunatis, terminalibus elongatis, rachi glabra. *Swartz synop. filic.* 101. *et* 296.* *Schkuhr. crypt.* 89. *t.* 97. *Billard. Nov. Holl.* 2. *p.* 95. *t.* 244.*

P. frondibus supradecompositis sulcatis, foliolis pinnatis, pinnis linearibus decurrentibus, summis brevioribus. *Forst. prod. n.* 418. *Ejusd. pl. esculent.* 74. *n.* 47.

Eſsbarer Saumfarrn. W.

Habitat in sylvis insularum Societatis *et in* Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 4. (*v. s.*)

104. PTERIS *caudata.*

P. fronde tripartita, ramis bipinnatis, pinnulis linearibus elongatis obtusis integerrimis, inferioribus bipinnatifidis. W.

P. frondibus supradecompositis, pinnis linearibus, infimis basi pinnato-dentatis, terminalibus longissimis. *Sp. pl.* 1533. *Hort. cliff.* 473. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 645. *Collect.* 2. *p.* 273.*

P. foliolis bipinnatis, pinnulis sublinearibus, infimis basi pinnatifidis, terminalibus longioribus. *Swartz synop. filic.* 101.

Filix ramosa, pinnulis longiusculis, partim auriculatis. *Plum. amer.* 14. *t.* 22. *fil.* 23. *t.* 29.

Filix femina vulgaris facie. *Petiv. fil.* 135. *t.* 3. *f.* 12.

Filix femina ramosissima jamaicensis, pinnula alas claudente longissima. *Pluk. alm.* 156.

Filix femina seu ramosa major, pinnulis angustis obtusis non dentatis, impari surculum terminante longissima. *Sloan jam.* 24. *hist.* 1. *p.* 101. *Moris. hist.* 3. *p.* 583.

Filix femina seu ramosa major, pinnulis angustissimis rarissimisque. *Sloan jam.* 24. *hist.* 1. *p.* 101. *t.* 63.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 117.

Geschwänzter Saumfarrn. W.

Habitat in India *occidentali.* 24.

105. PTERIS *aquilina.*

P. fronde tripartita, ramis bipinnatis, pinnis lineari-lanceolatis, superioribus indivisis, inferioribus pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis. W.

P. frondibus supradecompositis, foliolis pinnatis, pinnis lanceolatis, infimis pinnatifidis, superioribus minoribus. *Sp. pl.* 1533. *Hort. cliff.* 473. *Fl. suec.* 843; 940. *Dalib. paris.* 309. *Scop. carn. n.* 1269. *Guan. norv. n.* 30. *Gmel. it.* 1. *p.* 135. *Weis. crypt.* 982. *Pollich. pal. n.* 956. *Hoffm. germ. II.* 12. *Roth. germ. III.* 42. *Swartz synop. filic.* 100. *Schkuhr. crypt.* 87. *t.* 95.

Filix foliis triplicato-pinnatis, pinnis nervosis integerrimis, ultimis lanceolatis. *Hall. helv. n.* 1688.

Filix ramosa major, pinnulis obtusis non dentatis. *Bauh. pin.* 357, *Plum. fil.* 23. *t. A. f.* 1.

Filix ramosa major repens vulgatissima. *Moris. hist.* 3. *p.* 583. *s.* 14. *t.* 4. *f.* 3.

Filix femina. *Fuchs hist.* 596. *Cam. epit.* 992. *Matth.* 291. *Dod. pempt.* 462. *Blackw. t.* 325.

β. Pteris caudata. *Schkuhr. crypt.* 88. *t.* 96. *b.*
Pteris aquilina. *Mich. amer.* 2. *p.* 262.

γ. Filix saxatilis ramosa maritima nostras. *Raj. synop.* 125. *Pluk. phyt.* 182. *f.* 1.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 111.

Adler-Saumfarrn. W.

Habitat in sylvis sterilibus totius Europae, *atque* Asiae *et* Americae *borealis.* 4. *(v. v.)*

Varietatis β. frondes steriles sunt ciliatae sed ciliae etiam interdum in nostra observantur. Varietas γ. est omnibus partibus minor et solo sterili orta. Varietas a Cl. Schkuhr tab. 96. *depicta est status morbosus, quum frons Sphaeria quadam sit obducta.* W.

* 106. PTERIS *lanuginosa.*

P. fronde tripartita, ramis bipinnatis, pinnulis subtus piloso-lanuginosis lineari-lanceolatis obtusis, inferioribus pinnatifidis, laciniis obtusis, stipite laevi, rachibus partialibus lanuginosis. W.

Pteris lanuginosa. *Bory in litt.*

Wolliger Saumfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *altis montibus.* 4. *(v. s.)*

Stipes *pedalis laevis.* Frons *bipedalis et altior tripartita.* Rami *bipinnati.* Pinnulae *quadrilineares et longiores rigidae margine revolutae, subtus lanuginoso-pilosae lineari-lanceolatae obtusae, superiores indivisae, inferiores pinnatifidae, laciniis oblongis obtusis integerrimis.* Rachis *universalis ramorum inferne laevis, apicem versus lanuginosa; partiales lanuginosae.* Costa media *pinnularum in pagina superiore pilosiuscula. Valde similis P. aquilinae sed rigiditate pinnularum et lanugine diversa.* W.

107. PTERIS *podophylla.*

P. fronde pedata, ramis pinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis acuminatis, pinnatifidis, laciniis oblongis acutis serratis. W.

P. fronde pedata, foliolis bipinnatifidis, lateralibus tripartitis. *Swartz synop. filic.* 100.

Lonchitis *(pedata)* frondibus pedatis, pinnis pinnatifidis serrulatis. *Sp. pl.* 1536.

Lonchitis erecta tribrachiata, lateralibus bipartitis, medio recto simplici. *Brown jam.* 89. *t.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 130.

Gefingerter Saumfarrn. W.

Habitat in Jamaica. 24.

†††††††††††† *Fronde supradecomposito-dichotoma.*

* 108. PTERIS *cornuta.* †

P. fronde supradecomposito-dichotoma lineari, laciniis attenuatis. W.

P. fronde rotundata striata molli pellucida pinnata, pinnis alternis multoties dichotomis, pinnulis linearibus subulatis siliquaeformibus. *Bauvois fl. Oware et Benin. p.* 63. *t.* 38.*

Gehörnter Saumfarrn. W.

Habitat in Ovariae Africes *aquis salsis haud procul a mari remotis.* 24.

* 1971. VITTARIA.

Smith Act. taur. 5. *p.* 413. *t.* 9. *f.* 5.

Sori lineares continui longitudines in disco vel ad marginem frondis. *Indusium* duplex continuum, alterum exterius, alterum interius dehiscens.

1. VITTARIA *lineata.*

V. frondibus linearibus longissimis pendulis, soris solitariis intramarginalibus. *Swartz synop. filic.* 109. *Nov. Act. Soc. Nat. Scrut. Berol.* 2. *p.* 132.* *Schkuhr. crypt.* 93. *t.* 101. *b.*

V. *(angustifrons)* frondibus simplicibus integerrimis angustissime longissimeque linearibus debilibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 261.

Pteris *(lineata)* frondibus simplicibus linearibus integerrimis, longitudinaliter fructificantibus. *Sp. pl.* 1530.

Lingua cervina longissimis et angustissimis foliis. *Plum. amer.* 28. *t.* 41. *fil.* 123. *t.* 143. *Moris. hist.* 3. *p.* 558. *Raj. suppl.* 52.

Phyllitis lineata, graminis folio longissimo. *Petiv. fil.* 126. *t.* 14. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 103.

Schmaler Bindenfarrn. W.

Habitat in Florida, Jamaica, Hispaniola. 2. *(v. s.)*

Sorus *non in margine ipso, sed intra marginem frondis.* W.

* 2. VITTARIA *isoëtifolia.*

V. frondibus lineari-filiformibus acutis apice canaliculatis, pendulis strictissimis, soris solitariis marginalibus. W.

V. frondibus lineari-filiformibus strictissimis acutis. *Bory itin.* 2. *p.* 325.*

V. frondibus lineari-filiformibus strictissimis acuminatis pendulis. *Swartz synop. filic.* 109.

Brachsenkrautartiger Bindenfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *truncis arborum vetustis.* 2. *(v. s.)*

Caudex *caespitosus paleis fusco-rufis lanceolatis apice setaceis copiosissimis obtectus.* Frondes *subsessiles decem- usque octodecimpollicares pendulae strictissimae lineari-filiformes acutae, apicem versus canaliculatae, rigidae.* Sorus *continuus angustus in margine ipso frondis.* Indusia *brevia membranacea.* Capsulae *pallidae.* W.

* 3. VITTARIA *filiformis.* †

V. frondibus filiformibus tripedalibus glaucis. *Swartz synop. filic.* 109. *Cav. prael.* 1801. *n.* 671.

Fadenförmiger Bindenfarrn. W.

Habitat in Peru. 2.

Frons *bi- vel tripedalis et dimidiam lineam lata.* Cav. l. c.

* 4. VITTARIA *elongata.*

V. frondibus linearibus longissimis coriaceis pendulis, soris solitariis marginalibus. W.

V. frondibus linearibus longissimis tri- s. quadripedalibus pendulis, soris solitariis marginalibus. *Swartz synop. filic.* 109. *et* 302.*

Verlängerter Bindenfarrn. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

* 5. VITTARIA *zosteraefolia.* W.

V. frondibus linearibus longissimis membranaceis pendulis, soris solitariis marginalibus. W.

Vittaria angustifrons. *Bory itin.* 1. *p.* 238. *et* 2. *p.* 324.*

Wasserriemenblättriger Bindenfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *truncis arborum vetustis.* 24. *(v. s.)*

Caudex *crassitie pennae anserinae repens paleis lanceolato-setaceis atro-fuscis obtectus.* Frondes *quinquepedales tres vel quatuor lineas latae, membranaceae lineares pendulae, basi valde attenuatae.* Sori *tenuissimi solitarii continui in ipso margine.* Indusia *membranacea angustissima.* Frondes *facie exacte Zosterae.* W.

* 6. VITTARIA *ensiformis.*

V. frondibus lineari-ensiformibus subfalcatis erectis, soris solitariis marginalibus. *Swartz synop. filic.* 109. *Nov. Act. Soc. Nat. Scrut. Berol.* 2. *p.* 134. *t.* 7. *f.* 1.* *Schkuhr. crypt.* 94. *t.* 101. *b.*

V. *(incurvata)* foliis linearibus incurvatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 672.

Schwerdförmiger Bindenfarrn. W.

Habitat in India *orientali, insulisque* Mauritii, Marianis, Philippinis. 24. *(v. s.)*

* 7. VITTARIA *plantaginea.*

V. frondibus lineari-lanceolatis erectis, soris solitariis marginalibus in parte media frondis. W.

V. frondibus lineari-lanceolatis erectis. *Bory itin. 2. p. 325.**
Wegetrittblättriger Bindenfarrn. W.
Habitat in insula Borboniae. 4. *(v. s.)*
Caudex *caespitosus paleis atro-fusculis lanceolato-setaceis elegantissime reticulatis obtectus.* Frondes *decem- vel octodecimpollicares erectae lineari-lanceolatae, tres ad quinque lineas latae, basi et apice valde attenuatae.* Sori *solitarii continui in ipso frondis margine, tantum mediam hujus partem occupant, sunt modo quatuor ad quinque pollices longi crassiusculi.* Capsulae *pallide fuscae.* W.

* 8. VITTARIA *lanceolata.*
V. frondibus lanceolato-linearibus erectis, soris pluribus. *Swartz in Nov. Act. Soc. Nat. Scrut. Berol. 2. p. 133. t. 7. f. 2.* Ejusd. Fl. ind. occid. 3. p. 1603.* *Synop. filic.* 109. *Schkuhr. crypt.* 94. *t.* 101. *b.*
Hemionitis *(lineata)* fronde lanceolato-lineari, lineis fructificantibus subparallelis longitudinalibus. *Swartz prod.* 129.
Lanzettblättriger Bindenfarrn. W.
Habitat in Jamaicae *arboribus vetustis montium.* 4. *(v. s.)*

1972. BLECHNUM.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1627.

Sori lineares longitudinales continui costae frondis utrinque paralleli. *Indusium* superficiarum continuum interius dehiscens.

† *Fronde pinnatifida.*

* 1. BLECHNUM *unilaterale.*
B. frondibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis integerrimis, latere inferiore costae mediae sorifero, stipite paleaceo. W.
Asplenium *(blechnoides)* fronde subpinnata lan-

ceolata, pinnis coadunatis acutis, soro unico continuo nervo medio collaterali. *Swartz synop. filic.* 76.

Einseitiger Rippenfarrn. W.

Habitat in Peru. 4.

Potius hujus, quam Asplenii generis, ut bene in litteris monuit Clariss. Swartz, qui iconem unacum lacinia frondis et nomen supra indicatum, benevole mecum communicavit. Stipes *sesquipollicaris paleaceus.* Frons *septempollicaris pinnatifida fere ut frons sterilis Blechni borealis.* Laciniae *lanceolatae acutae integerrimae.* Sorus *linearis continuus longitudinalis solitarius ad latus inferius costae mediae laciniae frondis.* Indusium *costam versus, id est interius, dehiscens.* W.

2. BLECHNUM *boreale.*

B. frondibus sterilibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusiusculis parallelis, fructiferis pinnatis, pinnis linearibus acuminatis. *Swartz synop. filic.* 115. *Schkuhr. crypt.* 102. *t.* 110.

B. fronde pinnata glabra, pinnis linearibus obtusiusculis integerrimis basi subaequalibus. *Smith brit.* 3. *p.* 1135.*

Blechnum Spicant. *Roth. germ. III.* 44.

Onoclea Spicant. *Hoffm. germ. II.* 11.

Osmunda *(Spicant)* frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis confluentibus integerrimis parallelis. *Sp. pl.* 1522. *Fl. dan. t.* 99. *Huds. angl.* 450. *Bolt. fil.* 8. *t.* 6.

Pteris fronde pinnata lanceolata, laciniis parallelis integerrimis. *Fl. suec.* 844; 936. *Dalib. paris.* 310.

Pteris fronde pinnata, foliolis linearibus parallelis. *Roy. lugdb.* 497.

Struthiopteris. *Hall. helv. n.* 1687.

Struthiopteris Spicant. *Scop. carn. n.* 1258.

Struthiopteris *(Spicant)* frondibus pinnatifidis, pinnulis densis oblongis falcatis, fructificanti-

bus majoribus laxius pinnatis angustioribus. *Weis. crypt.* 287.

Polypodioides vulgaris foliis angustis. *Mich. florent.* 163. *Tozzet it.* 1. *p.* 197.

Lonchitis altera folio polypodii. *J. Bauh. hist.* 3. *p.* 736. *Moris. hist.* 3. *p.* 569. *s.* 14. *t.* 2. *f.* 23.

Lonchitis minor. *Bauh. pin.* 359.

Lonchitis aspera minor. *Cam. epit.* 665. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 70.

Nördlicher Rippenfarrn. W.

Habitat in Europae *borealis locis subudis, inque alpibus australioris, atque in* Canariis. 24. *(v. v.)*

* 3. BLECHNUM *onocleoides.*

B. frondibus sterilibus pinnatifidis, laciniis lanceolatis falcatis acuminatis, fructiferis pinnatis linearibus remotiusculis. *Swartz synop. filic.* 115.

Onoclea polypodioides. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1585.*

Osmunda *(polypodioides)* frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis confluentibus integris adscendentibus, punctis ad marginem elevatis, scapo lanceolato, pinnis remotis. *Swartz prod.* 127.

Fühlfarrnartiger Rippenfarrn. W.

Habitat in arboribus vetustis Jamaicae *interioris.* 24.

†† *Fronde pinnata, apice pinnatifida.*

* 4. BLECHNUM *punctulatum.*

B. frondibus pinnatis, pinnis e basi cordata lineari-lanceolatis subfalcatis integerrimis, margine punctatis, inferioribus sensim brevioribus. *Swartz synop. filic.* 114. *et* 313.*

Punktirter Rippenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

* 5. BLECHNUM *rigidum.*

B. frondibus pinnatis, pinnis rigidis amplexicaulibus cordato-lanceolatis obtusis, inferioribus distantibus, a medio ad apicem fructificantibus. W.

B. frondibus pinnatis, pinnis cordato-lanceolatis obtusis, summis confluentibus. *Swartz synop. filic.* 114. *et* 314.*

B. *(capense)* frondibus pinnatis, pinnis sessilibus cordato-lanceolatis integerrimis. *Burm. prod. fl. cap.* 28.

Steifer Rippenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24. *(v. s.)*

Sori *a medio pinnarum ad apicem extensi.* W.

6. BLECHNUM *australe.*

B. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis mucronatis basi auriculato-cordatis, margine scabris. W.

B. frondibus pinnatis, pinnis subsessilibus, cordato-lanceolatis integerrimis, infimis oppositis. *Mant.* 130.

B. frondibus pinnatis, pinnis cordato-lanceolatis mucronatis margine scabris. *Swartz synop. filic.* 114. *Schkuhr. crypt.* 103. *t.* 110. *b.*

B. pinnis sessilibus cordato-lanceolatis mucronatis. *Thunb. prod.* 172.

Filix minor africana lonchitidis folio, pinnulis auriculatis planis. *Pluk. alm.* 152. *t.* 89. *f.* 7. *frons sterilis.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst 13. *p.* 125.

Südlicher Rippenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24. *(v. s.)*

* 7. BLECHNUM *appendiculatum.* W.

B. frondibus pinnatis, pinnis lineari-lanceolatis acutis inaequaliter dentatis sessilibus basi utrinque auriculatis. W.

Anhängselblättriger Rippenfarrn. W.

Habitat ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *laevis*. Frons *pedalis pinnata*. Pinnae *pollicares vel parum longiores lineari-lanceolatae sessiles, basi non cordatae sed subtrilobo-auriculatae, margine praesertim versus auriculas grosse inaequaliter et obtuse dentatae, apice obtusae cum acumine brevi angusto, itaque re vera acutae nuncupandae. Habitu quodammodo similis B. australi.* W.

* 8. BLECHNUM *serrulatum*.

B. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis utrinque attenuatis, basi decurrentibus argute serratis. W.

B. frondibus pinnatis strictis, pinnis ensiformibus acutis argute rigideque serrulatis. *Swartz synop. filic.* 113.

B. majusculum, stricte erectum, frondibus pinnatis, pinnis longo-lanceolatis acutis, basi minime dilatatis, argute rigideque serrulatis. *Mich. amer. 2. p.* 264.

Gesägter Rippenfarrn. W.

Habitat in Florida. 4.

* 9. BLECHNUM *cartilagineum*.

B. frondibus pinnatis subcartilagineis, pinnis alternis lanceolatis attenuatis spinuloso-serrulatis, apice curvatis, basi adnatis subauriculatis, superioribus coadunatis, stipite muriculato. *Swartz synop. filic.* 114. *et* 312.*

Knorpelartiger Rippenfarrn. W.

Habitat in Nova Hollandia. 4.

* 10. BLECHNUM *caudatum*. †

B. frondibus pinnatis, pinnis falcatis subhastatis, infimis longioribus oppositis, summis confluentibus, terminali longissima. *Swartz synop. filic.* 114. *Cav. prael.* 1801. *n.* 649.*

Geschwänzter Rippenfarrn. W.

Habitat in insulis Philippinis, *inque monte* St. Antonii *ad* Chimborazum. 4.

11. BLECHNUM *occidentale.*

B. frondibus pinnatis, pinnis inferioribus oppositis lanceolatis integerrimis basi subcordatis, superioribns alternis coadunatis. *Swartz synop. filic.* 113.

B. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis oppositis, basi emarginatis. *Sp. pl.* 1534. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 644. *Collect.* 3. *p.* 228.* *Lam. illust. t.* 869.

Blechnum cartilagineum. *Schkuhr. crypt.* 101. *t.* 108. *b.*

Lonchitis juxta nervum pulverulenta. *Petiv. fil.* 128. *t.* 3. *f.* 9. *Moris. hist.* 3. *p.* 568. *s.* 14. *t.* 2. *f.* 16.

Lonchitis s. Hemionitis pinnata juxta nervum pulverulenta. *Raj. suppl.* 66. *Plum. fil.* 48. *t.* 62. *f. B. amer.* 20. *t.* 29. *f. B.*

Filix minor in pinnas tantum divisa crebras non crenatas auriculatas et lineis pulverulentis notatas. *Sloan jam.* 18. *hist.* 1 *p.* 87. *t.* 44. *f.* 2. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 122.

Westlicher Rippenfarrn. W.

Habitat in India *occidentali, inque aliis* Americae *calidioris regionibus.* 4. *(v. v.)*

Variat valde magnitudine frondis, pinnulis sub lente etiam integerrimis, vel apice, vel in tota circumferentia, scabrido-serrulatis, sed haec serratare aciem oculorum non armatorum fugiunt. W.

††† *Fronde ex toto pinnata.*

* 12. BLECHNUM *denticulatum.*

B. frondibus lineari-lanceolatis pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis striatis denticulatis, basi sursum obtusangulis. *Swartz synop. filic.* 113. *et* 311.*

Gezähnelter Rippenfarrn. W.

Habitat in Teneriffa. 4.

* 13. BLECHNUM *auriculatum.* †

B. frondibus pinnatis, pinnis acuminatis basi

utrinque auriculatis subhastatis, fructiferis angustioribus. *Swartz synop. filic.* 114.

B. foliis lanceolatis pinnatis, pinnulis basi utrinque auriculatis, fructiferis angustioribus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 647.*

Geöhrter Rippenfarrn. W.

Habitat in Panama *inque* Bonaria. 4.

Stipes *tripollicaris paleaceus.* Frons *decem- vel quindecimpollicaris.* Pinnae *pollicares.* Capsulae *maturae demum integram pinnam occupant.* Cav. l. c.

* 14. BLECHNUM *laevigatum.*

B. frondibus pinnatis subdiaphanis, pinnis lanceolatis subcrenatis ciliatis. *Swartz synop. filic.* 115. *Cav. prael.* 1801. *n.* 650.*

Glatter Rippenfarrn. W.

Habitat in Nova Hollandia. 4.

* 15. BLECHNUM *fraxineum.* W.

B. frondibus pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis subfalcatis integerrimis, superioribus sessilibus, terminali subrepanda. W.

Eschenblättriger Rippenfarrn. W.

Habitat ad Caracas. 4. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *laevis.* Frons *pedalis et altior pinnata.* Pinnae *tripollicares et longiores alternae, duo paria inferiora petiolata, reliquae breve petiolatae exceptis quatuor superioribus, oblongo-lanceolatae acuminatae, basi rotundatae inaequales, margine integerrimae, acumine longo producto subcrenato.* Pinna *terminalis subrepanda.* Sori *generis sed a basi vix ultra medium excurrunt. Sub lente margo apicem versus denticulis dissitis setaceis brevibus est obsitus.* W.

* 16. BLECHNUM *longifolium.*

B. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis integerrimis petiolatis oppositis, terminali longiore. W.

Blechnum longifolium. *Humboldt et Bonpland.* Langblättriger Rippenfarrn. W.
Habitat in America *calidiore, prope* Caripe. 24. *(v. s.)*

Stipes *quinquepollicaris laevis.* Frons *pinnata pedalis.* Pinnae *quinque vel sep temomnes petiolatae, laterales quinque - vel sexpollicares, terminalis octopollicaris et longior, pollicem latae, lanceolatae acutae integerrimae, laterales basi inaequaliter subangustatae, terminalis inaequaliter subcordata.* Sori *a basi ad apicem excurrunt.* W.

17. BLECHNUM *orientale.*

B, frondibus pinnatis, pinnis alternis linearibus integerrimis sessilibus basi inaequaliter cuneatis, apice attenuatis. W.
B. frondibus pinnatis, pinnis linearibus alternis. *Sp. pl.* 1535.
B. frondibus pinnatis, pinnis alternis linearibus apice attenuatis. *Swartz synop. filic.* 114. *Schkuhr. crypt.* 101. *t.* 109.
β. B. *(longifolium)* foliis pinnatis, pinnulis alternis lineari-lanceolatis longissimis, petiolis antice trisulcatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 651. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 122.
Oestlicher Rippenfarrn. W.
Habitat in India *orientali*, China; β. *in insulis* Marianis. 24. *(v. s.)*

* 18. BLECHNUM *angustifolium.* W.

B. frondibus pinnatis, pinnis inferioribus oppositis linearibus serratis subsessilibus, acutis, basi rotundatis. W.
Blechnum serrulatum. *Schkuhr. crypt.* 100. *t.* 108. *exclusis synonymis.*
B. *(serrulatum)* pinnis approximatis linearibus rectis rigide serrulatis. *Richard Act. Soc. hist. nat. Paris.* 1. *p.* 114?
Schmalblättriger Rippenfarrn. W.
Habitat in Gujana *belgica.* 24.

* 19. BLECHNUM *calophyllum.*

B. frondibus pinnatis, pinnis linearibus coriaceis acutis nitidis se silibus argute serratis, basi rotundatis; inferioribus oppositis. W.

Blechnum calophyllum. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 23.

Schönblättriger Rippenfarrn. W.

Habitat in insula St. Catharina Brasiliae. 24. *(v. s.)*

Frons *bipedalis et longior.* Pinnae *frondis sterilis bipollicares; fructificantis tripollicares, sessiles alternae, inferiores oppositae, lineares acutae, coriaceae nitidae, basi rotundatae, margine argute serratae.* W.

* 20. BLECHNUM *procerum.*

B. frondibus pinnatis, pinnis oppositis petiolatis coriaceis, sterilibus lanceolatis acuminatis subcordatis serrulatis, fructiferis linearibus angustissimis integerrimis sterilibus saepe oppositis. W.

B. frondibus pinnatis, pinnis sterilibus lato-lanceolatis acuminatis, basi subcordatis serrulatis, fructiferis linearibus, sterilibus saepe oppositis. *Swartz synop. filic.* 115. *Billard. Nov. Holland. 2. p.* 97. *t.* 247.*

Asplenium procerum. *Bernhard. Act. Erford.* 1802. *t.* 4. *f.* 1.

Osmunda *(procera)* frondibus pinnatis, pinnis remotis ovato-oblongis acuminatis serratis sessilibus. *Forst. prod. n.* 414.

Hoher Rippenfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia, *inque capite* Van Diemen Novae Hollandiae. 24. *(v. s.)*

Frondes *steriles a fructificantibus distinctae, saepe tamen in sterili pinnae oppositae sunt fructificantes.* W.

* 1973. WOODWARDIA.

Smith Act. Taur. 5. p. 411. t. 9. f. 5.

Sori oblongi distincti recti costae frondis utrinque paralleli. *Indusia* superficiaria fornicata interius dehiscentia.

1. WOODWARDIA *onocleoides.*

W. frondibus sterilibus pinnatifidis laciniis lanceolatis repandis tenuissime serrulatis, fructiferis pinnatis, pinnis linearibus integerrimis acutis. W.

W. *(angustifolia)* fronde pinnata, pinnis linearibus acutis integerrimis. *Smith Act. taur. 5. p. 411. Swartz synop. filic.* 116.

Woodwardia floridana. *Schkuhr. crypt.* 103. *t.* 111.

Onoclea (*nodulosa*) pinnis sessilibus linearibus pinnatifidis, fronde fertili pinnis quasi noduloso articulatis, urceolis contiguis. *Mich. amer. 2 p. 272.*

Onoclea (*nodulosa*) frondibus bipinnatifidis, pinnis sessilibus linearibus, fertilibus quasi noduloso-articulatis. *Swartz synop. filic.* 111.

Acrostichum (*areolatum*) frondibus pinnatis, pinnis alternis linearibus apice serratis. *Sp. pl.* 1526. *Gron. virg.* 124. *Amoen. acad. 1. p.* 274.

Osmunda (*caroliniana*) fronde pinnata, pinnis inferioribus undulato-dentatis lanceolatis distinctis, superioribus confluentibus. *Walt. carol.* 257.

Filix floridana praelongis et angustis pinnulis ad oras seminibus fimbriatis, pediculo splendente nigro. *Pluk. phytog. t.* 399. *f.* 1. *frons fructificans.*

Lonchitis major virginiana folio vario, aliis Polypodii in modum conjunctis. *Moris. hist. 3. p.* 569. *s.* 14. *t.* 2. *f.* 24.

Filix mariana, pinnulis seminiferis angustissimis. *Petiv. Act.* 246. *p.* 398.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 87.
Fühlfarrnartige Woodwardie. W.
Habitat in umbrosis limosis Pensylvaniae, Virginiae, Carolinae, Floridae. 24. *(v. s.)*

Caudex *repens horizontalis crassitie pennae pavonis lanceolatis obtectus.* Stipes *frondis sterilis sexpollicaris laevis basin versus fuscescens.* Frons sterilis *fere pedalis pinnatifida.* Laciniae *tripollicares lanceolatae utrinque angustatae repandae, tenuissime serrulatae, inferiores distinctae, ut in fronde pinnata.* Stipes *frondis fructificantis pedalis fere atro-purpureus nitidus.* Frons fructificans *sexpollicaris pinnata.* Pinnae *sesquipollicares lineares angustissimae acutae integerrimae subpetiolatae. Specimen Onocleae nodulosae Michauxii mecum benevole communicavit Illust. Richard.* W.

* 2. WOODWARDIA *caudata.* †

W. fronde pinnata, pinnis dentato-spinulosis brevibus, terminali longissima. *Cav. prael.* 1801. *n.* 653. *Swartz synop. filic.* 116.
Geschwänzte Woodwardie. W.
Habitat in Nova Hollandia. 24.

3. WOODWARDIA *japonica.*

W. fronde pinnata, pinnis basi adnatis subpinnatifidis, lobis coadunatis obtusis serratis, sororum lineolis approximatissimis. *Swartz synop. filic.* 116.
Blechnum (*japonicum*) frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis semipinnatifidis, lobis obtusiusculis serratis. *Lin. suppl.* 445.
Blechnum (*japonicum*) fronde bipinnatifida, pinnulis ovatis obtusis serratis. *Thunb. jap.* 333. *t.* 35.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 124.
Japanische Woodwardie. W.
Habitat in Japonia. 24.

* 4. WOODWARDIA *orientalis.*

W. fronde pinnata subcoriacea, pinnis pinnatifidis, lobis distinctis ovato-lanceolatis apice serratis. *Swartz synop. filic.* 117. *et* 315.*

Blechnum japonicum. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 125. *t.* 97. *f.* 1.

Oestliche Woodwardie. W.

Habitat in Japonia. 24.

5. WOODWARDIA *radicans.*

W. frondibus pinnatis, pinnis subpetiolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acuminatis subrepandis serrulatis, rachi prolifera. W.

W. fronde pinnata, pinnis pinnatifidis, lobis lanceolatis subfalcatis subrepandis serrulatis, apice attenuatis. *Swartz synop. filic.* 117. *Schkuhr. crypt.* 104. *t.* 112.

Blechnum (*radicans*) frondibus bipinnatis, pinnis lanceolatis crenulatis lineolis fructificantibus interruptis. *Mant.* 307.

Filix italica non ramosa glabra, Polypodii folio, gallas ferens. *Till. pis.* 62. *t.* 24.

β. W. (*stans*) fronde pinnata, pinnis pinnatifidis, lobis ovato-lanceolatis acute serratis subfalcatis. *Swartz synop. filic.* 117. *Schkuhr. crypt.* 104. *t.* 113.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 126.

Wurzelnde Woodwardie. W.

Habitat in Italia, Lusitania, Madera, Teneriffa. 24. *(v. v.)*

Specimina numerosa sicca, ex diversis regionibus, demonstrant varietatem β. *specie non differre.* W.

6. WOODWARDIA *virginica.*

W. frondibus pinnatis, pinnis sessilibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis obtusis crenulatis. W.

W. fronde pinnatifida, laciniis lanceolatis obtusis crenatis. *Willd. enum.* 1075.

W. fronde pinnata, pinnis pinnatifidis, nervo utrinque fructificante, lobis obtusis serrulatis. *Swartz synop. filic.* 117.

W. *(Banisteriana)* fronde pinnata, pinnis pinnatifidis, fructificatione juxta nervum pinnarum pinnularumque interrupta. *Mich. amer.* 2. *p.* 263.

W. (*Banisteriana*) fronde pinnata, pinnis pinnatifidis, lobis obtusis integris, baseos minoribus. *Swartz synop. filic.* 117.

Blechnum (*virginicum*) frondibus pinnatis, pinnis multifidis. *Mant.* 307.

Blechnum (*carolinianum*) frondibus bipinnatis. *Walt. carol.* 257.

Filix mas vulgaris similis, pinnulis amplioribus planis nec crenatis, virginiana. *Pluk. alm.* 151. *t.* 179. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 123.

Virginische Woodwardie. W.

Habitat in Virginia, Carolina. 24. *(v. v.)*

Laciniae *pinnarum lanceolatae obtusae repandae videntur integerrimae, sed attente adspectae irregulariter crenulatae sunt.* W.

* 7. WOODWARDIA *dispar.* W.

W. frondibus pinnatis, pinnis petiolatis lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutiusculis integerrimis, frondibus fructificantibus angustioribus. W.

Filix latifolia, pinnulis fere acuminatis, dentata. *Plum. fil.* 13. *t.* 16.

Ungleiche Woodwardie. W.

Habitat in Martinica. 24.

* 1974. LINDSAEA.

Dryander Act. Soc. Lin. Lond. 3. *p.* 40.

Sori lineares continui submarginales. *Indusium* superficiarum continuum exterius dehiscens.

† *Fronde simplici.*

* 1. LINDSAEA *sagittata.*

L. fronde simplici sagittata cordatave acuminata. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 40. *Swartz synop. filic.* 118.

Adiantum (*sagittatum*) frondibus simplicibus sagittatis stipitatis. *Aubl. guj.* 2. *p.* 964. *t.* 366.*

Pfeilblättrige Lindsaea. W.

Habitat in sylvis et fissuris rupium Gujanae. 24.

* 2. LINDSAEA *reniformis.*

L. fronde simplici reniformi obtusissima. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 40. *t.* 7. *f.* 1. *Swartz synop. filic.* 118.

Nierenförmige Lindsaea. W.

Habitat in Gujana *belgica.* 24.

†† *Fronde pinnata.*

* 3. LINDSAEA *ensifolia.*

L. fronde pinnata, pinnis lineari-ensiformibus basi angustatis obtusis integerrimis. W.

L. fronde pinnata, pinnis ensiformibus alternis. *Swartz synop. filic.* 118. *et* 317.

Schwerdblättrige Lindsaea. W.

Habitat in insula Mauritii. 24.

Filix *bipedalis et ultra.* Stipes *teres, supra canaliculatus glaber fusco-viridis rubescens.* Frons *pinnata.* Pinnae *alternae petiolatae spithamaeae erectae lineari-ensiformes, latitudine quadrilineari, basi angustiores, apice obtusae integerrimae, utrinque glabrae, venulosae.* Sori *ipso margine nec intra illum insidentes continui, a basi pinnarum fere usque*

ad apicem producti angustissimi. Capsulae *pallide ferrugineae.* Indusia *continua, juxta marginem inserta angustissima pallida, extus dehiscentia Pteridem vittatam omnino refert; fere solo indusio extus vere dehiscente distinguenda.* Swartz l. c.

* 4. LINDSAEA *lanceolata.*

L. fronde pinnata, pinnis lineari-lanceolatis subalternis basi cuneatis apice obtusis serratis. W.

L. fronde pinnata, pinnis lineari-lanceolatis obtusis serratis alternis subaequalibus. *Billard. Nov. Holl. 2. p. 98. t. 248. f. 1.**

Lanzettförmige Lindsaea. W.

Habitat in Nova Hollandia *ad caput* Van Diemen. 4. *(v. s.)*

In speciminibus meis pinnae fere oppositae. W.

* 5. LINDSAEA *lunata.* W.

L. fronde pinnata, pinnis oppositis lunatis basi cuneatis membranaceis, infimis repandis, reliquis denticulatis. W.

L. (*linearis*) fronde pinnata lineari, pinnis brevissimis subflabelliformibus antice crenulatis fructificantibus. *Swartz synop. filic.* 118. *et* 318. *t. 3. f. 3.*

Mondförmige Lindsaea. W.

Habitat in Nova Hollandia. 4. *(v. s.)*

Mutavi nomen triviale, quum forma linearis modo ad circumscriptionem spectet, et haec species pinnis lunatis distinctissima. W.

* 6. LINDSAEA *rigescens.* W.

L. fronde pinnata, pinnis oppositis lunatis basi cuneatis rigidis distichis repandis. W.

Steife Lindsaea. W.

Habitat ad Caracas *in collibus apricis sterilibus.* 4. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *laevis rufescens.* Frons *sesqui- vel*

bipedalis erecta pinnata. Pinnae *suboppositae trilineares lunatae basi cuneatae, rigidae, margine repandae, disticho-patentes.* Sorus *a margine parum remotus.* Indusium *breve.* W.

* 7. LINDSAEA *heterophylla.*

L. fronde pinnata, pinnis inferioribus ovato-oblongis acuminatis serratis basi cuneatis, superioribus integerrimis ovato-rhombeis vel subrotundo-cuneatis, extimis confluentibus. W.

L. fronde pinnata, pinnis integerrimis serrulatisve, inferioribus rhombeo-lanceolatis acuminatis, superioribus rhombeis obtusissimis, extimis confluentibus. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 41. *t.* 8. *f.* 1.* *Swartz synop. filic.* 118.

Verschiedenblättrige Lindsaea. W.

Habitat in India *orientali*, Malacca. 24.

* 8. LINDSAEA *falcata.*

L. fronde pinnata, pinnis lunato-falcatis integerrimis, stipite tetragono. W.

L. fronde pinnata, pinnis falcatis integerrimis. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 41. *t.* 7. *f.* 2. *Swartz synop. filic.* 118.

Adiantum 7. *Aubl. gujan.* 2. *p.* 965. *excluso synonymo.*

Sichelförmige Lindsaea. W.

Habitat in Gujanae *sylvis.* 24.

* 9. LINDSAEA *cultrata.*

L. fronde pinnata, pinnis dimidiato-oblongis obtusis basi truncatis margine superiore inciso-dentatis, terminali elongata. W.

L. fronde pinnata, pinnis deltoideo-lanceolatis obtusis, terminali elongata. *Swartz synop. filic.* 119. *Schkuhr. crypt.* 105. *t.* 114.

Adiantum (*cultratum*) frondibus pinnatis, pinnis deltoideo-lanceolatis obtusis dentatis, terminali elongata. *Willd..phytog.* 14. *t.* 10. *f.* 2.*

Messerförmige Lindsaea. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

* 10. LINDSAEA *flabellulata.*

L. fronde pinnata, pinnis orbiculato-lunatis denticulatis, inferioribus pinnatifidis. W.

L. fronde pinnata, pinnis flabelliformibus denticulatis, adultiorum inferiorum pinnatifidis. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 41. *t.* 8. *f.* 2.* *Swartz synop. filic.* 119.

Adiantum orbiculatum. *Lam. encycl.* 1. *p.* 41?

Fächerförmige Lindsaea. W.

Habitat in China, Sumatra. 24.

††† *Fronde bipinnatifida.*

* 11. LINDSAEA *cuneata.* W.

L. fronde pinnata, pinnis lanceolatis apice elongatis pinnatifidis, laciniis cuneiformibus apice rotundatis integerrimis. W.

Lindsaea heterophylla. *Bory in litt.*

Keilblättrige Lindsaea. W.

Habitat in insulae Borboniae *sylvis.* 24. *(v. s.)*

Stipes *tripollicaris trigonus laevis fuscescens.* Frons *quadri- vel quinquepollicaris pinnata.* Pinnae *suboppositae sesquipollicares angusto-lanceolatae apice valde attenuatae pinnatifidae.* Laciniae *bilineares oblongae cuneatae apice rotundatae integerrimae.* Sorus *continuus in margine rotundato laciniae pinnarum.* Capsulae *saturate fuscae.* Indusium *membranaceum fuscum. In litteris adnotavit Illust. Bory de St. Vincent, frondem esse valde polymorpham.* W.

†††† *Fronde bipinnata.*

* 12. LINDSAEA *nitidissima.*

L. fronde bipinnata, pinnis alternis, pinnulis lunato-falcatis integerrimis, stipite tetragono. W.

Lindsaea nitidissima. *Richard in litt.*

Glänzende Lindsaea. W.

Habitat in Gujana. 24. *(v. s.)*

Frons *bipinnata pinnis tribus tantum composita.* Pinnulae *exacte ut pinnae L. falcatae, sed parum obtusiores.* W.

* 13. LINDSAEA *trapeziformis.*

L. fronde bipinnata, pinnis suboppositis patentibus, pinnulis oblongo-trapeziformibus, infimis cuneiformibus. W.

L. fronde bipinnata, pinnis patentibus lanceolatis, pinnulis trapeziformibus, infimis flabelliformibus. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 42. *t.* 9.* *Swartz synop. filic.* 119.

Habitat in Indiae *occidentalis insula* Granada. 24.

Adianto umbroso habitu valde similis. W.

* 14. LINDSAEA *gujanensis.*

L. fronde bipinnata, pinnis patentibus subulatis, pinnulis inferioribus lunatis, mediis trapeziformibus, supremis flabelliformibus. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 42. *Swartz synop. filic.* 119.

Adiantum (*gujanense*) fronde pinnata, pinnis oppositis, pinnulis reniformibus. *Aubl. guj.* 2. *p.* 963. *t.* 365.

Gujanische Lindsaea. W.

Habitat in sylvis Gujanae. 24.

* 15. LINDSAEA *javitensis.*

L. fronde bipinnata, pinnis patentibus, pinnulis lunato-cuneatis obtusis rigidis integerrimis uniformibus, apicem versus decrescentibus, terminali minutissima. W.

Lindsaea javitensis. *Humboldt et Bonpland.*

Javitasche Lindsaea. W.

Habitat in America *meridionali prope* Javitam. 24. *(v. s.)*

Stipes *laevis semiteres rigidus flavescens.* Frons *bipinnata sesquipedalis et altior.* Pinnae *tripollicares patentes.* Pinnulae *coriaceae rigidae lunato-cuneatae obtusae inferiores bili-*

neares, superiores sensim minores, summa minutissima. Sorus *continuus crassus.* Capsulae *fuscae.* Indusium *membranaceum.* W.

* 16. LINDSAEA *stricta.*

L. fronde bipinnata, pinnis erectis strictis, pinnulis lunato-cuneatis acutiusculis integerrimis, apicem versus decrescentibus. W.

L. fronde bipinnata, pinnis erectis strictis, pinnulis trapeziformibus. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 42.

L. fronde bipinnata, pinnis erectis strictis, pinnulis trapeziformibus deorsum sublunatis integris. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1722. *Synop. filic.* 119. *Schkuhr. crypt.* 105. *t.* 114.

Adiantum (*strictum*) fronde bipinnata, pinnis tetragonis fastigiatis erectis, pinnulis alternis lunatis integris, fructificationibus superioribus continuatis. *Swartz prod.* 135.

Steifästige Lindsaea. W.

Habitat in Jamaicae *australis montibus summis ad radices arborum.* 24. *(v. s.)*

* 17. LINDSAEA *decomposita.* W.

L. fronde bipinnata, pinnis erectis, pinnulis oblongo-lunatis basi cuneatis subrepandis, terminali lanceolata. W.

Zusammengesetzte Lindsaea. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.) D. Klein.*

Caudex *repens crassitie fili emporetici articulatus.* Stipes *sexpollicaris laevis subtetragonus.* Frons *sexpollicaris bipinnata.* Pinnae *plerumque quinque erectae quadripollicares.* Pinnulae *quadrilineares membranaceae oblongae lunatae basi cuneatae, margine superiore subrepandae.* Sorus *continuus.* Capsulae *fuscescentes.* Indusium *breve.* W.

* 18. LINDSAEA *trichomanoides.*

L. fronde bipinnata, pinnis patentibus, pinnu-

lis lanceolato-cuneatis obtusis indivisis emarginatisve. W.

L. frondibus bipinnatis, pinnulis lineari-clavatis. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 43. *t.* 11.*

L. fronde bipinnata, pinnulis cuneatis sublinearibus retusis. *Swartz synop. filic.* 119. *Schkuhr. crypt.* 106. *t.* 114.

Adiantum (*cuneatum*) frondibus pinnatis, foliolis oppositis subpinnatis, pinnis cuneiformibus retusis alternis. *Forst. prod. n.* 461.

Dünne Lindsaea. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 24. (*v. s.*)

* 19. LINDSAEA *tenera.*

L. fronde tripinnatifida, laciniis obovato-rhombeis incisis. *Dryand. Act. Soc. Lin. Lond.* 3. *p.* 42. *t.* 10.* *Swartz synop. filic.* 120.

Zarte Lindsaea. W.

Habitat in Indiae *orientalis insulis* Nicobaricis. 24.

* 20. LINDSAEA *microphylla.*

L. fronde tripinnatifida lanceolata, laciniis cuneatis apice dilatatis crenulatis. *Swartz synop. filic.* 120. *et* 319.

Kleinblättrige Lindsaea. W.

Habitat in Nova Hollandia. 24.

Stipes *filiformis striatus pallidus.* Frons *lanceolata tenera laxa semipedalis subtripinnatifida.* Pinnae *pollicares alternae flexuosae.* Pinnulae *remotiusculae petiolatae cuneatae, linea vix longiores, antice dilatatae crenulatae simplices vel partitae.* Laciniis *pinnis similibus, venulosae, saturate virides.* Sori *intra marginem pinnularum dilatatum, continui.* Capsulae *pallidae, gyris ferrugineo-nitidis.* Indusia *continua membranacea, pallide viridia, intra marginalia, juxta lineam fructificantem, extus hiantia.* Swartz l. c.

1975. ADIANTUM.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1633.

Sori oblongi vel subrotundi, *Indusiis* membranaceis, e margine ortis, interius dehiscentibus, inserti.

† *Fronde simplici.*

1. ADIANTUM *reniforme.*

A. frondibus simplicibus reniformi-orbiculatis crenatis, diametro transversali longitudinalem aequante. W.

A. frondibus reniformibus simplicibus indivisis stipitatis multifloris. *Sp. pl.* 1556.

A. frondibus orbiculato-reniformibus indivisis crenatis. *Swartz synop. filic.* 120.

A. monophyllum, foliis asari rotundis. *Moris. hist.* 3. *p.* 592.

Filix Hemionitis dicta maderensis, foliis asari rotundioribus, crenarum segmentis oblongo-quadratis, per ambitum circumcirca reflexa. *Pluk. alm.* 155. *t.* 287. *f.* 5.

Hemionitis asari folio. *Sloan jam.* 14. *hist.* 1. *p.* 15.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 246.

Nierenförmiger Krullfarrn. W.

Habitat in Maderae, Teneriffae *rupibus.* 24. *(v. s.)*

* 2. ADIANTUM *asarifolium.* W.

A. frondibus simplicibus reniformi-orbiculatis integerrimis, diametro transversali longitudinalem superante. W.

Adiantum orientale. *Bory in litt.*

Adiantum reniforme. *Bory itin* 1. *p.* 358. *Lam. illustr. gen. t.* 870. *f.* 2. *frons junior. Schkuhr. crypt.* 107. *t.* 115. *frons imperfecta.*

Haselwurzblättriger Krullfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae, Mauritii *rupibus.* 24. *(v. s.)*

Stipes *quadripollicaris atro-fuscus basi paleis longis lineari-lanceolatis apice setaceis et superne lanugine obductus.* Frons *simplex orbiculata reniformis, latior quam longa, semper integerrima.* Sori *oblongi* indusiis *oblongis marginalibus fuscis inserti. Valde simile A. reniformi sed diversum:* stipite *tenuiore in adulta fronde lanuginoso,* fronde *tenuiore latiore quam longa semper integerrima. In antiquis frondibus margo videtur repandus, sed re vera non est.* W.

3. ADIANTUM *philippense.* †

A. frondibus simplicibus reniformi-orbiculatis incisis, caudice repente. W.

A. frondibus reniformibus simplicibus alternis petiolatis lobatis multifloris. *Sp. pl.* 1556. *Swartz synop. filic.* 120.

A. philippense, folio rotundo laciniato. *Petiv. gazoph.* 8. *t.* 4. *f.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 247.

Philippinischer Krullfarrn. W.

Habitat in Philippinis. 2.

Praeeunte Linnaeo hoc ad divisionem fronde simplici amandavi, licet figura Petiverii frondem pinnatam depingere videatur. W.

†† *Fronde ternata.*

* 4. ADIANTUM *triphyllum.*

A. fronde ternata, foliolis sessilibus lanceolatis profunde crenatis, crenis emarginatis. W.

A. fronde triphylla, foliolis sessilibus lanceolatis pinnatifidis crenatis. *Smith ic. ined.* 74. *t.* 74.* *Swartz synop. filic.* 120. *Lamarck encycl.* 1. *p.* 41.*

Dreiblättriger Krullfarrn. W.

Habitat in Bonaria. 2. *(v. s.)*

Foliola *frondis minime pinnatifida, tantum profunde crenata, crenis emarginatis.* W.

††† *Fronde pinnata.*

* 5. ADIANTUM *macrophyllum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis ovatis acuminatis basi cuneatis apice dentatis, soris continuis in utroque pinnae margine. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis oppositis trapezoideis acutis, summa majore, infimis subhastatis reflexis, fructificationibus superne anticeque continuis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1707.* *Ejusd. prod.* 135.

A. frondibus pinnatis, pinnis oppositis trapeziis acutis, sterilibus incisis, summa majori, infimis subhastatis reflexis, linea fructificante superne et antice continua. *Swartz synop. filic.* 122.

A. simplex aut vix divisum, caule tereti, foliis amplis triangularibus impetiolatis. *Brown jam.* 87. *t.* 38. *f.* 1. *pinna sterilis.*

Trichomanes majus nigrum, pinnis trapezii figura latissimis tenuibus. *Sloan cat.* 17. *n.* 1. *p.* 31.

Grofsblättriger Krullfarrn. W.

Habitat in sylvis umbrosis Jamaicae *et* Americae *meridionalis ad* Caracas *et* Caripe. 24. *(v. s.)*

Frons *variat valde pinnis ovatis acuminatis et ovato-oblongis, in fructificante apex est denticulatus, in sterili dentatus, quandoque fere inciso-dentatus.* Sori *sunt continui ut in Pteride, pro qua facile habetur, sed character Adianti: sorus nempe indusio insertus, non aegre deprehenditur.* W.

* 6. ADIANTUM *obliquum.* W.

A. frondibus pinnatis, pinnis ovato-lanceolatis obtusiusculis basi superiore truncato-cuneatis, inferiore longissime subdimidiato-cuneatis, superne et antice fructificantibus, rachi villoso-paleacea. W.

A. *(lucidum)* frondibus pinnatis, pinnis trape-

ziis acuminatis apice serratis, soris superne et antice continuis. *Swartz synop. filic.* 121?

Pteris *(lucida)* foliis pinnatis, pinnulis ovato-lanceolatis crenulato-serratis nitidis petiolatis, basi inaequalibus. *Cav. prael.* 1801. *p.* 266?

Schiefer Krullfarrn. W.

Habitat in insula Portorico *et ad* Caracas. 4. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *quinque- vel septempollicaris atro-fuscus tetragonus, inferne nitidus subglaber, superne pilis brevibus paleaceis fuscis obsitus.* Rachis *densissime pilis paleaceis tenuibus brevibus fuscis villosa.* Frons *octopollicaris pinnata.* Pinnae *petiolatae fere sesquipollicares, summae semipollicares, terminalis pollicaris, ovato-lanceolatae obtusae, basi superiore truncato-cuneatae, inferiore subdimidiatae longissime cuneatae, margine ob soros dentatae.* Pinna *terminalis rhombeo-lanceolata dentata.* Sori *lineares numerosi in utroque margine pinnae.* Capsulae *nigricantes.* Indusia *transversim striata. Ab Adianto lucido Swartzii diversum videtur, quum apex non serratus, in specimine meo, quod ex toto fructificationibus obsitum et in quo sori non continui. Pteris lucida Cavanilles, quae sine dubio Adianti species, ab hoc etiam soris continuis differre videtur.* W.

* 7. ADIANTUM *lunulatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis oblongis lunatis obtusis repando-dentatis, fructificantibus subintegerrimis, soris confluentibus. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis lunulatis subintegris radiato-venosis, margine superiore integro incisoque repando-fructificantibus, soris confluentibus. *Swartz synop. filic.* 121.

A. frondibus pinnatis, pinnis lunulatis inciso-crenatis. *Burm. ind.* 235. *Lam. encycl.* 1. *p.* 41. *Willd. phytog.* 14. *t.* 9. *f.* 1.*

Pteris *(lunata)* fronde pinnata, pinnulis alternis

petiolatis lunulatis striatis. *Retz. obs.* 2. 28. *t.* 4.

Capillaris malabarica non ramosa, folio rotundo dentato. *Petiv. gazoph. t.* 54. *f.* 10.

Avenka. *Rheed. mal.* 12. *p.* 72. *t.* 40.

Mondförmiger Krullfarrn. W.

Habitat in Malabaria. 24. *(v. s.)*

* 8. ADIANTUM *arcuatum.* †

A. frondibus pinnatis, pinnis alternis petiolatis lunatis, margine superiore fructiferis, soris oblongis. *Swartz synop filic.* 122.

A. *(lunatum)* foliis pinnatis, pinnulis alternis petiolatis lunatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 676.

Gekrümmter Krullfarrn. W.

Habitat in Philippinis, Marianis, *et ad* Acapulco. 24.

* 9. ADIANTUM *pumilum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis cuneatis obtusis serrulatis, terminali rhombeo-obovata, soris margine superiore subsolitariis. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis serrulatis, terminali majori trapezoidea, soris margine superiore subsolitariis. *Swartz synop. filic.* 122. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1703.* *prod.* 134.

A. minimum erectum simplex, foliis trapezoideis subimbricatis. *Brown jam.* 37.

A. s. Filix trichomanoides jamaicensis pumila, pinnulis auriculatis, ad petiolum angustis, per ambitum minutissime denticulatis. *Pluk. alm.* 9. *t.* 251. *f.* 4.

Niedriger Krullfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *rupestribus umbrosis inque truncis arborum vetustis.* 24. *(v. s.)*

10. ADIANTUM *caudatum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis subtus hirsutis oblongis obtusis dimidiatis, basi truncatis, margine superiore incisis, laciniis approximatis

apice emarginatis, indusiis hirtis, rachi pubescente apice nuda elongata radicante. W.

A. frondibus pinnatis falcatis apice caudatis. *Mant.* 308. *Vahl. symb.* 1. *p.* 85.

A. frondibus pinnatis apice caudatis radicantibus, pinnis deorsum falcatis, superne incisis, laciniis emarginatis. *Swartz synop. filic.* 122. *Schkuhr. crypt.* 109. *t.* 117.

A. *(incisum)* fronde pinnata, pinnis sessilibus alternis semiovatis, superne incisis intus et subtus rectis integris. *Forsk. descr.* 187.

A. caule reflexo, pinnulis alternis striatis in summo crenatis et frugiferis. *Burm. zeyl.* 8. *t.* 5. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 251.

Geschwänzter Krullfarrn. W.

Habitat in Arabia *felici*, Malabaria, Zeylona, Java. 24. *(v.. s.)*

Stipes *bipollicaris atropurpureus teres nitidus paleaceo-hirsutus.* Rachis *teres superne leviter canaliculatus pilis paleaceis brevibus pubescens, in apice frondis nuda elongata, extremitate demum radicante.* Frons *octopollicaris vel pedalis pinnata.* Pinnae *fere semipollicares alternae sessiles, supra pilis raris obsitae, subtus pilosae, oblongae obtusae dimidiatae, basi truncatae, margine superiore incisae, laciniis valde approximatis linearibus apice emarginatis, margine inferiore integerrimae.* Sori *oblongi.* Indusia *oblonga hirta.* W.

* 11. ADIANTUM *hirsutum.*

A. frondibus pinnatis apice radicantibus, pinnis utrinque hirsutis oblongis obtusis dimidiatis, basi truncatis, margine superiore incisis, laciniis distantibus apice bifidis, indusiis hirtis, stipite rachique pubescentibus. W.

A. frondibus pinnatis extremitate radicantibus, pinnulis alternis, superne crenato-laceris hirsutis. *Bory itin.* 1. *p.* 198.

Haariger Krullfarrn. W.

Habitat in rupibus insulae Mauritii. 24. *(v. s.)*

Stipes *pollicaris atropurpureus teres nitidus pubescens basi paleaceus.* Rachis *teres pilis paleaceis rufis pubescens, apice nec nuda nec elongata.* Frons *sex- vel octopollicaris pinnata.* Pinnae *quadri- vel quinquelineares utrinque pilis rufescentibus obsitae, oblongae obtusae dimidiatae, margine superiore profunde incisae, laciniis linearibus elongatis distantibus, apice bifidis, margine inferiore integerrimae.* Sori *oblongi.* Indusia *oblonga hirta. A praecedente satis diversum:* statura *minori,* rachi *apice non nuda,* fronde *apice radicante,* pinnis *profunde incisis,* laciniis *sinu acuto distantibus bifidis.* W.

* 12. ADIANTUM *rhizophorum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis glabris oblongis obtusis dimidiatis, basi truncatis, margine superiore incisis, laciniis subdistantibus subretusis, indusiis laevibus, rachi glabra apice nuda elongata radicante. W.

A. frondibus pinnatis glaberrimis apice caudato-radicantibus, pinnis cuneato-deltoideis, sursum incisis, laciniis integris. *Swartz synop. filic.* 422. *et* 320.*

Adiantum caudatum. *Bory itin.* 1. *p.* 198.

Wurzelnder Krullfarrn. W.

Habitat in rupibus insulae Mauritii *et* Borboniae. 24. *(v. s.)*

Stipes *sesqui- vel bipollicaris atropurpureus teres nitidus glaber.* Rachis *teres glabra nitida, hinc inde pilis capillaceis paleaceis tenuibus longis valde dissitis obsita, apice nuda elongata, extremitate radicante.* Frons *pinnata octopollicaris.* Pinnae *quadrilineares oblongae obtusae dimidiatae, basi truncatae, margine superiore incisae, laciniis parum distantibus brevibus obtusis subretusis, margine inferiore integerrimae, utrinque glaberrimae, ter-*

minales minutissimae obcordatae vel cuneiformes. Sori *subrotundi,* Indusia *subrotunda glabra.* W.

†††† *Fronde pinnata, basi composita; vel pinnata, et bipinnata, ex eodem caudice.*

* 13. ADIANTUM *deltoideum.*

A. frondibus pinnatis, pinnis rhombeo-ovatis obtusis integerrimis, summa triangulari, inferioribus ternatis pinnatisve, soris in margine superiore et inferiore subcontinuis. W.

A. frondibus pinnatis inferne subbipinnatis, pinnulis deltoideis obtusis, summa triangulari, soris ad marginem superiorem et inferiorem subcontinuis. *Swartz synop. filic.* 122. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1705.* *prod.* 134.

Deltaförmiger Krullfarrn. W.

Habitat in rupibus calcareis Jamaicae *australis.* 24. *(v. s.)*

* 14. ADIANTUM *denticulatum.*

A. frondibus pinnatis bipinnatisve, pinnis ovato-oblongis acutis serratis, basi inaequaliter cuneatis, terminali acuminata, margine superiore fructificantibus, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis bipinnatisve, pinnulis trapezoideis oblongis acuminatis subcrenato-denticulatis, margine superiore fructificantibus. *Swartz synop. filic.* 123. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1711.* *prod.* 135.

Adiantum latifolium. *Lam. encycl.* 1. *p.* 42. *excluso synonymo.*

Lonchitis serrata et retusa. *Plum. fil.* 40. *t.* 52. *frons simpliciter pinnata.*

A. jamaicense Lonchitidis amplioribus foliis, non ramosum, pediculo atro-nitente. *Pluk. alm.* 11. *t.* 252. *f.* 2. *frons simpliciter pinnata.*

Gezähnelter Krullfarrn. W.

Habitat in umbrosis montosis Martinicae, Jamaicae. 24.

* 15. ADIANTUM *falcatum.*

A. frondibus pinnatis bipinnatisve, pinnis oblongo-lanceolatis acutis apice serratis, basi inaequaliter cuneatis, margine superiore et inferiore fructificante, soris continuis, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis bipinnatisve, pinnulis ad basin sursum rectangulis trapezoideis acuminatis falcatis apice serratis, soris antice et superne continuis. *Swartz synop. filic.* 123. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1715.*

A. nigrum maximum non ramosum, pinnis crebris majoribus et trapezii in modum figuratis. *Sloan jam. hist.* 1. *p.* 94. *t.* 55. *f.* 1.

A. jamaicense Lonchitidis falcatis foliolis ramosum, pediculis splendentibus nigris. *Pluk. alm.* 11. *t.* 253. *f.* 1.

Sichelförmiger Krullfarrn. W.

Habitat in sylvis opacis Jamaicae *montosae.* 24.

* 16. ADIANTUM *varium.*

A. frondibus pinnatis bipinnatisve, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis apice serratis, basi inaequaliter cuneatis, margine superiore et inferiore fructificante, soris continuis, stipite scabro, rachi pubescente. W.

Asplenium varium. *Humboldt et Bonpland.*

Abwechselnder Krullfarrn. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 24. *(v. s.)*

Stipes *octopollicaris atro-fuscus nitidus scaber canaliculato-triqueter.* Rachis *proprius et partialis atque* Petioli *pilis paleaceis copiosis brevibus rufis patentibus dense obsiti.* Frons *pinnata et bipinnata ex uno eodem caudice.* Frons *pinnata octopollicaris; bipinnata pedalis.* Pinnae *frondis bipinnatae quatuor vel quinque, quinquepollicares* Pinnulae *sesqui- vel bipollicares oblongo-lanceolatae acuminatae, apice serratae, basi superiore truncato-cuneatae,*

inferiore abscisso-cuneatae. Sori *in margine superiore et inferiore continui.* Indusium *continuum fuscum. Valde simile praecedenti, sed rachi pubescente, et pinnulis acuminatis diversum. Ab A. villoso diversum:* fronde *simpliciter pinnata bipinnatave,* pinnulis *non trapeziis acuminatis,* soris *semper continuis.* W.

17. ADIANTUM *serrulatum.*

A. frondibus pinnatis bipinnatisve, pinnis oblongo-lanceolatis dimidiatis basi truncatis serrulatis, margine superiore fructificantibus, stipite glabro. W.

A. frondibus pinnatis, pinnis obtusis obovatis serratis unifloris. *Sp. pl.* 1557.

A. frondibus pinnatis bipinnatisve, pinnulis dimidiatis deltoideis oblongis subfalcatis serrulatis, margine superiore fructificantibus. *Swartz synop. filic.* 122. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1709.*

A. barbadense auriculatum ramosum, segmentis crassioribus minutissime denticulatis. *Pluk. alm.* 11. *t.* 125. *f.* 2.

Trichomanes majus nigrum, pinnis leviter dentatis, trapezii figura. *Sloan jam.* 17. *hist.* 1. *t.* 35. *f.* 2. *frons simpliciter pinnata.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 251.

Feingesägter Krullfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *saxosis nemorosis.* 4.

†††††† *Fronde tripartita, digitata vel pedata, ramis pinnatis.*

* 18. ADIANTUM *ternatum.*

A. fronde tripartita, ramis pinnatis, pinnis oblongo-lanceolatis acuminatis dimidiatis margine superiore grosse serratis, basi truncatis, rachi pubescente. W.

Adiantum ternatum. *Humboldt et Bonpland.*

Gedreiter Krullfarrn. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe. 4. (*v. s. s. fructif.*)

Stipes *quadri- vel sexpollicaris atro-fuscus inferne glaber superne pilis paleaceis rufis obtectus.* Rachis *dense pilis paleaceis rufis obsita.* Frons *tripartita, ramis pinnatis.* Ramus *intermedius quinque- vel sexpollicaris, laterales sesqui- vel bipollicares.* Pinnae *semipollicares vel pollicares oblongo-lanceolatae acuminatae dimidiatae, basi truncatae, margine superiore grosse et obtuse serratae, margine inferiore integerrimae excepto apice, qui serratus.* Fructificationem *non vidi.* W.

19. ADIANTUM *radiatum.*

A. fronde digitata, ramis pinnatis, pinnis lineari-oblongis obtusis subdimidiatis crenatis, basi sursum truncatis auriculatis, stipite glabro. W.

A. fronde digitata, foliolis pinnatis, pinnis unifloris. *Sp. pl.* 1556.

A. fronde digitata, foliolis pinnatis, pinnis oblongis sursum auritis subcrenatis. *Swartz synop. filic.* 121.

A. alis radiatis. *Petiv. fil.* 93. *t.* 14. *f.* 3.

A. ramosum radiatum. *Plum. amer.* 33. *t.* 49.

A. nigrum majus non ramosum, surculis e pediculi summitate tanquam e centro stellae in modum radiatis. *Sloan jam.* 22. *hist.* 1. *p.* 95.

A. jamaicense, pinnulis auriculatis ramosum, quinis ramulis ex eodem caulis puncto expansis. *Pluk. alm.* 11. *t.* 253. *f.* 3.

Lonchitis radiata, polytrichi facie. *Plum. fil.* 55. *t.* 100.

Trichomanes americanum radiatum. *Moris. hist.* 3. *p.* 590. *s.* 14. *t.* 4. *f.* 9.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 284.

Strahlenförmiger Krullfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola, Martinica *et ad* Caracas. 24. *(v. s.)*

Stipes *tri- vel quinquepollicaris atro-fuscus nitidus glaber teres.* Rachis *semiteres nitida glabra, utrinque membrana tenui, demum secedente, alata.* Frons *digitata ramis plerum-*

que quinque pinnatis, quorum intermedius tripollicaris, laterales bipollicares, et infimi pollicares. Pinnae *trilineares lineari - oblongae obtusae subdimidiatae basi superiore truncatae et breviter auriculatae, margine superiore, quandoque etiam inferiore crenatae.* Sori *plerumque in margine superiore sex, in inferiore tres, subrotundi.* Indusia *membranacea.* W.

20. ADIANTUM *pedatum.*

A. fronde pedata, ramis pinnatis, pinnis dimidiatis oblongis lunatis margine superiore incisis, laciniis sterilibus dentatis, fertilibus integerrimis, soris linearibus, stipite glabro. W.

A. frondibus pedatis, foliolis pinnatis, pinnis antice gibbis incisis fructificantibus. *Sp. pl.* 1557. *Kalm. it.* 3. *p.* 338.

A. fronde pedata, foliolis pinnatis, pinnis rhombeo-oblongis sublunatis inciso-lobatis. *Swartz synop. filic.* 121. *Schkuhr. crypt.* 107. *t.* 115.

A. glaberrimum, fronde pedata, partialibus pinnatis, pinnis subtriangulis, superiore latere incisis, lacinulis subquadratis, apice truncato-fructificantibus. *Mich. amer.* 2. *p.* 263.

A. fronde bifida, foliolis alternis pinnatis, pinnis obtusis recurvis, superne incisis multifloris. *Roy lugdb.* 500.

A. fronde supradecomposita bipartita, foliis partialibus alternis, foliolis trapeziformibus. *Gron. virg.* 123.

A. fruticosum americanum, summis ramulis reflexis in orbem expansis. *Pluk. alm.* 10. *t.* 124. *f.* 2. *Moris. hist.* 3. *p.* 588. *s.* 14. *t.* 5. *f.* 12.

A. fruticosum brasilianum. *Bauh. pin.* 355. *prod.* 150.

A. americanum. *Corn. canad.* 7. *t.* 6. *Raj. hist.* 3. *p.* 148.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 248.

Fufsförmiger Krullfarrn. W.

Habitat in Canada, Pensylvania, Virginia. 24. *(v. v.)*

* 21. ADIANTUM *Lindsaea.* †

A. fronde pedata, ramis pinnatis, pinnis inferioribus rotundatis, superioribus trapeziis, soris linearibus, stipite glabro. W.

A. foliis pedatis, laciniis pinnatis, foliolis inferioribus rotundatis, superioribus trapeziis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 675.

A. frondibus pedatis, foliolis pinnatis, pinnis inferioribus rotundatis, superioribus trapeziis. *Swartz synop. filic.* 121.

Quitoscher Krullfarrn. W.

Habitat in Quito. 24.

* 22. ADIANTUM *patens.* W.

A. fronde pedata, ramis pinnatis, pinnis inferioribus deltoideis, superioribus oblongis dimidiatis sublunatis obtusis, margine superiore arcuato-crenatis, soris lunatis, stipite glabro. W.

Offener Krullfarrn. W.

Habitat ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *sexpollicaris atro-fuscus nitidus glaberrimus.* Frons *pedata, ramis pinnatis, ramus intermedius sexpollicaris, extimi sesquipollicares.* Pinnae *quadri- seu quinquelineares infimae semicirculares truncatae vel deltoideae, superiores oblongae dimidiatae lunatae obtusae, margine superiore crenatae, crenis rotundato-uncinatis.* Sori *lunati subrotundi.* Indusia *subrotundo-reniformia membranaceo-fusca. Valde simile A. pedato.* W.

* 23. ADIANTUM *pubescens.*

A. fronde pedata, ramis pinnatis, pinnis oblongo-cuneatis, margine superiore dentatis, soris subrotundis, stipite pubescente. W.

A. fronde pedata pubescente, foliolis pinnatis, pinnis inferioribus subrotundis, superioribus subdeltoideis oblongis, margine superiore fructificantibus, indusiis reniformibus, stipite

trigono pubescente. *Schkuhr. crypt.* 108. *t.* 116.

Adiantum pedatum. *Forst. prod. n.* 458.

Haarstrunkiger Krullfarrn. W.

Habitat in Societatis *insulis.* 24.

* 24. ADIANTUM *flabellulatum.*

A. fronde pedata, ramis pinnatis, pinnis subrotundis basi truncatis integerrimis, stipite superne pubescente. W.

A. frondibus decompositis, pinnis alternis rhombeis rotundatis multifloris, stipitibus supra pubescentibus. *Sp. pl.* 1558. *Osb. it.* 247.*

A. fronde subpedata, foliolis pinnatis, pinnis rhombeo-oblongis sublunatis inciso-lobatis. *Swartz synop. filic.* 121.

A. *(fuscum)* frondibus pedatis, foliis pinnatis, pinnis rhombeo-rotundatis subquadrifloris. *Retz. obs.* 2. *p.* 28. *t.* 5?

A. chinense perelegans ramosum, folio flabelliformi cum rubedine perfuso. *Pluk. alm.* 11. *t.* 4. *f.* 3.

A. foliis coriandri ramosum. *Raj. hist.* 3. *p.* 1853. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 253.

Fächerartiger Krullfarrn. W.

Habitat in China. 24.

An Clariss. Retzii planta diversa, cui stipes glaber? W.

†††††† *Fronde bi- tri- vel quadripinnata.*

25. ADIANTUM *Lancea.* †

A. frondibus bipinnatis, pinnis pinnulisque oppositis oblongis, terminalibus triangulari-hastatis. *Swartz synop. filic.* 123.

A. frondibus pinnatis, pinnis oppositis oblongis, terminalibus triangulari-hastatis. *Sp. pl.* 1557.

A. album maximum americanum. *Seb. thes.* 2. *p.* 65. *t.* 64. *f.* 7. 8.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 249.

Lanzenförmiger Krullfarrn. W.
Habitat Surinami. 24.

Stipes *laevis.* Frons *pinnata, foliolis lateralibus oppositis brevioribus, saepe duorum parium, impari longiore.* Pinnae *recurvatae oblongae obtusae, terminales majores cordato-s. hastato-triangulares oblongae acutae.* Sp. pl. l. c.

* 26. ADIANTUM *striatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis infimis bipartitis, pinnulis ovato-rhombeis obtusis rigidis, margine inferiore et superiore fructiferis, stipite scabro. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis infimis bipartitis, pinnulis deltoideis rhomboideisque subfalcatis striatis rigidis, stipite tereti scabro. *Swartz synop. filic.* 124. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1717.* *prod.* 135. *Jacq. ic. rar.* 3. *t.* 646. *Collect.* 3. *p.* 245.*
Gestreifter Krullfarrn. W.
Habitat in sylvis umbrosis Jamaicae *et ad* Caracas *in rupium fissuris.* 24.

* 27. ADIANTUM *tetraphyllum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis quatuor vel sex subalternis, pinnulis oblongis dimidiatis basi truncatis margine superiore et apice oblique truncato serratis, soris oblongo-linearibus, rachibus hirtis. W.
Adiantum tetraphyllum. *Humboldt et Bonpland.*
Vierblättriger Krullfarrn. W.
Habitat in India *occidentali, inque* America *meridionali prope* Caripe. 24. (*v. s.*)

Stipes *quinquepollicaris subtetragonus atrofuscus nitidus glabriusculus frondem versus leviter pubescens.* Rachis *pinnarum pilis tenuibus brevibus hirta.* Frons *bipinnata.* Pinnae *plerumque quatuor raro sex suboppositae, terminalis sexpollicaris subopposita tripollicaris, reliquae quadripollicares.* Pinnulae *octolinea-*

res oblongae apice obliquo-truncatae, dimidiatae, basi truncatae, margine et apice serratae. Sori *oblongo-lineares in margine superiore quinque ad septem, in apicis truncata parte duo vel tres.* Pinnis *constanter quatuor ab affinibus diversum.* W.

* 28. ADIANTUM *politum.*

A. frondibus bipinnatis, pinna infima bipinnata, pinnulis oblongis dimidiatis obtusis basi truncatis, margine superiore subinciso-dentatis, dentibus obtusis bifidis, indusiis lunatis, stipite rachibusque nitidis glabris. W.

Adiantum politum. *Humboldt et Bonpland.*

Glattstrunkiger Krullfarrn. W.

Habitat in America *ad* Cumanam. 24. *(v. s.)*

Stipes *decempollicaris atro-fuscus nitidissimus glaber.* Frons *pedalis usque bipedalis bipinnata.* Pinnae *quadri- vel septempollicares, inferiores saepe bipinnatae.* Pinnulae *quadrilineares oblongae dimidiatae obtusae, basi truncatae, margine superiore et apice subinciso-dentatae, dentibus bifidis obtusis, margine inferiore integerrimae.* Sori *parvi subrotundi.* Indusia *membranacea fusca lunata.* W.

29. ADIANTUM *pyramidale.* †

A. frondibus bipinnatis, pinna infima bipinnata, pinnulis rhombeo-ovatis serratis, terminali longissima lineari-lanceolata grosse serrata, stipite aculeato, caudice repente. W.

Polypodium *(pyramidale)* frondibus supradecompositis, pinnis terminalibus lanceolatis longissimis serratis, stipite inferne aculeato. *Sp. pl.* 1554.

Lonchitis ramosa tenuis, pediculis spinosis. *Plum. filic.* 42. *t.* 54.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 242.

Pyramidali cher Krullfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. 24.

* 30. ADIANTUM *melanoleucum.* W. †

A. frondibus bipinnatis, pinna infima bipinnata, pinnulis oblongis dimidiatis lunatis obtusis, repando-dentatis, dentibus serrulatis, terminali cordato-lanceolata serrata, indusiis lunatis, stipite glabro, caudice repente. W.

A. lunulis albicantibus signatum. *Plum. fil.* 79. *t.* 96.

A. ramosius mas, pinnis crispis, lunulis albicantibus. *Petiv. fil.* 87. *t.* 5. *f.* 11.

Schwarzweifser Krullfarrn. W.

Habitat in Hispaniola. 4.

31. ADIANTUM *cristatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis infimis subbipartitis, pinnulis oblongis dimidiatis obtusis, basi truncatis, margine superiore crenato-incisis, crenis fructiferis emarginatis, indusiis lunatis, stipite rachibusque muricato-asperis. W.

A. frondibus bipinnatis, foliolis infimis bipartitis, pinnis lunatis superne multifloris. *Sp. pl.* 1558.

A. frondibus bipinnatis, pinnis infimis bipartitis, pinnulis oblongis postice truncatis, superne inciso-crenatis, crenis fructiferis, soris excisis. *Swartz synop. filic.* 123.

Adiantum striatum. *Schkuhr. crypt.* 109. *t.* 118?

A. ramosum, ramis simplicibus longis alternis reflectentibus, foliis trapeziformibus angustioribus. *Brown jam.* 87.

A. ramosum foliis trapeziis dentatis. *Plum. amer.* 31. *t.* 46. *fil.* 80. *t.* 97.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 259.

Kammförmiger Krullfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola. 4. *(v. s.)*

Stipes *muricato-asper nec pubescenti-villosus ut in affinibus.* W.

* 32. ADIANTUM *nervosum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis rhombeo-ob-

longis striato-nervosis, sursum rectangulis, superne crenatis, crenis fructiferis, soris ovatis, stipite rachique pubescente. *Swartz synop. filic.* 123.

Adriger Krullfarrn. W.

Habitat in Nova Hollandia. 24.

* 33. ADIANTUM *hispidulum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnis infimis bipartitis, pinnulis rhomboideis acutis subfalcatis striatis hispidulis, stipite rachive angulato-hispido. *Swartz synop. filic.* 124. *et* 321.

Scharfblättriger Krullfarrn. W.

Habitat in Nova Hollandia. 24.

Stipes *filiformis rigidus angulatus hispidulus scaber niger spithamaeus.* Frons *bipinnata vel decomposita.* Rachis *angulata hispidula.* Rami *alterni, infimi bipartiti, quorum inferior brevior.* Pinnulae *brevissime petiolatae rhombeae seu basi (versus rachin) et sursum deorsumque truncatae, apice parum productiore seu obtusae, margine superiore crenulatae, utrinque striatae e nervis radiato-dichotomis hispidulae rigidae.* Sori *in apice crenarum marginis anterioris et superioris pinnulae* Capsulae *pallide ferrugineae nitidae, insertae* Indusio *reniformi crenae unicuique adnato, demum revoluto. Proximum A. striato, sed minus,* pinnulae *distincte rhombeae hispido-pubescentes et* stipes *angulatus.* Swartz l. c.

34. ADIANTUM *villosum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis dimidiatis basi et anterius truncatis apice serratis, margine superiore et antice fructificantibus, soris subcontinuis, stipitibus rachibusque villosis. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis rhombeis, antice extusque fructificantibus, stipite villoso. *Sp. pl.* 1558.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis trapezio-ob-

longis obtusis, antice et superne fructificantibus, soris oblongis, stipite rachibusque villosis. *Swartz synop. filic.* 124. *Schkuhr. crypt.* 111. *t.* 120. *non optima.*

A. simpliciter ramosum, foliis majoribus, caule hirsuto. *Brown jam.* 87.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 258.

Haariger Krullfarrn. W.

Habitat in Jamaica. 4. *(v. s.)*

Sori *oblongo-lineares saepius continui, quandoque duo vel tres in margine superiore.* W.

* 35. ADIANTUM *monosoratum.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis dimidiatis basi et anterius truncatis, margine superiore et anterius grosse serratis, soro oblongo solitario, stipitibus glabriusculis, rachibus villosis. W.

Einhäufiger Krullfarrn. W.

Habitat ad Caracas. 4. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *quadripollicaris et longior atro-fuscus nitidulus subtrigonus glabriusculus.* Rachis *pilis paleaceis rufis villosus.* Frons *sesquipedalis et altior.* Pinnae *quinquepollicares et longiores.* Pinnulae *semipollicares oblongae dimidiatae basi rectangule truncatae, anterius obliquae truncatae, margine superiore et anterius grosse serratae, margine inferiore integerrimae.* Sorus *oblongus solitarius in margine superiore ad angulum baseos truncatae positum, ita ut quinta vel sexta pars tantum marginis superioris pinnulae sit soro obducta.* W.

* 36. ADIANTUM *serrato-dentatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis dimidiatis basi truncatis, sterilibus margine superiore et antice serratis, serraturis denticulatis, fructiferis crenatis, soris oblongis, stipite glabro, rachibus hirsutis, caudice repente. W.

Adiantum serrato-dentatum. *Humboldt et Bonpland.*

Doppeltgezähnter Krullfarrn. W.

Habitat in America *meridionali prope* Caripe *inque* Brasilia. 24. *(v. s.)*

Caudex *crassitie fili emporetici repens, paleis lineari-subulatis rufis villosus.* Stipes *sexpollicaris tetragonus atropurpureus glaber, superne scabriusculus.* Rachis *paleaceo-hirsuta.* Frons *quadri- vel quinquepollicaris bipinnata.* Pinnae *sex vel octo, tripollicares oblongae dimidiatae obtusae, frondis sterilis margine superiore et antice grosse serratae, serraturis denticulatis, frondis fructiferae grosse crenatae, crenis integerrimis fructificantibus.* Sori *oblongi in margine pinnulae superiore et antice, in qualibet crena unicus.* W.

* 37. ADIANTUM *crenatum.* W. †

A. frondibus bipinnatis, pinnis inferioribus bi- seu tripartitis, pinnulis ovato-oblongis basi superiore truncatis, inferiore abscisso-cuneatis, margine superiore crenatis, antice et apice serratis, soris oblongis, stipite glabro. W.

A. nigrum, pinnulis Lonchitidis serratis minus. *Plum. amer.* 32. *t.* 48.

Lonchitis ramosa rotunde crenata. *Plum. fil.* 41. *t.* 53.

Gekerbter Krullfarrn. W.

Habitat in Hispaniola, Martinica. 24.

38. ADIANTUM *pulverulentum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis inferioribus deltoideis, superioribus oblongis dimidiatis, basi et anterius truncatis apice et antice serratis, soris continuis, stipite rachibusque pubescentibus. W.

A. frondibus bipinnatis, pinnis ovalibus antice truncatis unifloris, stipite hirto. *Sp. pl.* 1559.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis rhombeo-ovalibus, apice serratis, soro lineari margini superiori solitario, stipite hirto. *Swartz synop. filic.* 124. *Schkuhr. crypt.* 110. *t.* 119.

A. mas, caule squamoso et pediculo pulverulento. *Petiv. fil.* 84. *t.* 5. *f.* 7.

A. nigrum ramosum pulverulentum et falcatum. *Plum. amer.* 32. *t.* 47. *fil.* 42. *t.* 55. *Raj. suppl.* 100.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 259.

Bestäubter Krullfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola, Martinica. 4. (*v. s.*)

* 39. ADIANTUM *umbrosum.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis lineari-oblongis dimidiatis basi et anterius truncatis apice serratis, soris continuis, stipite rachibusque pubescentibus. W.

Schatten-Krullfarrn. W.

Habitat ad Caracas *locis umbrosis.* 4. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *tripollicaris teres paleis setaceis obsitus.* Frons *sexpollicaris, circumscriptione oblongo-lanceolata bipinnata.* Pinnae *pollicares lanceolatae acuminatae.* Pinnulae *bi- vel trilineares profunde pinnatifidae, laciniis linearibus integerrimis angustissimis, omnibus apice*

bifidis acutis. Axillae *pinnularum membrana tenui instructae.* Rachis *primaria setis tenuibus obsita; secundaria glabra vel setis nonnullis raris basi tantum instructa.* Indusia *cyathiformia obovata pedicellata in pinnularum axillis.* Receptaculum *capsularum indusio brevius. Valde simile habitu T. rigido, sed satis diversum:* laciniis *pinnularum angustioribus, omnibus etiam terminalibus bifidis.* W.

* 28. TRICHOMANES *achilleaefolium.*

T. frondibus bipinnatis, pinnulis decurrentibus pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis subemarginatis, rachi alata. W.

Trichomanes achilleaefolia. *Bory in litt.*

Garbenblättriger Becherfarrn. W.

Habitat in insula Mauritii, Borboniae. 24. (*v. s.*)

Stipes *bi- vel quadripollicaris teres subanceps ob membranam angustissimam decurrentem, vix nisi lentis ope conspicuam, basi setis paleaceis instructus.* Frons *tri- vel sexpollicaris, circumscriptione oblonga bipinnata.* Pinnae *pollicares lanceolatae.* Pinnulae *trilineares lanceolatae pinnatifidae.* Laciniae *lineares obtusae subemarginatae.* Rachis *universalis alata; partialis pinnulis basi confluentibus cincta.* Indusia *turbinata ad laciniarum apices sessilia.* Receptaculum *filiforme indusio triplo longius. Accedit valde ad T. rigidum, sed differt abunde:* rachi *alata.* W.

* 29. TRICHOMANES *rigidum.*

T. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis inciso-dentatis acutis, rachi ancipiti subsetosa. W.

T. frondibus subquadripinnatifidis deltoideis erectis, laciniis linearibus incisis acutis, urceolis axillaribus pedicellatis, stipite tereti rigido. *Swartz synop. filic.* 144. *Fl. ind. occid.* 3. p. 1738.* *prod.* 137.

T. frondibus erectis opposite pinnatim divisis,

divisionibus alterne pinnatifoliis, foliis pinnatifidis, laciniis linearibus incisis, scyphis axillaribus pedicellatis, columnula frugifera clavata. *Hedwig fil.*

Steifer Becherfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *altis montibus, ad arborum radices.* 24. (*v. s.*)

* 30. TRICHOMANES *radicans.*

T. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus bifidis obtusis, rachi alata, stipite marginato, caudice scandente radicante. W.

T. frondibus tripinnatifidis, laciniis obtusis bifidis, urceolis subpedicellatis, stipite rachideque marginatis, surculo scandente. *Swartz synop. filic.* 143. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1736.*

T. *(scandens)* trunco gracili villo radicoso, frondium alternarum alternatimque lenissime alatarum angulis fasciculatim insidentibus, pinnis pinnulisque alternis, decussive pinnatifidis, laciniarum extremitate obtusa, columnula exserta clavata. *Hedwig fil. exclusis synonymis.*

Wurzelnder Becherfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *montibus ad arborum truncos.* 24. (*v. s.*)

31. TRICHOMANES *scandens.*

T. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, stipite rachique teretibus nudis, caudice scandente radicante. W.

T. frondibus supradecompositis, foliolis alternis, pinnis alternis oblongis serratis. *Sp. pl.* 1562.

T. frondibus tripinnatifidis, laciniis obtusis integris, urceolis insertis, stipite rachideque teretibus, surculo scandente radicante. *Swartz synop. filic.* 144. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1737.*

Adiantum ramosum scandens, pinnulis s. foliis

oblongis profunde laciniatis pellucidis. *Sloan jam.* 22. *hist.* 1. *p.* 96. *t.* 58.
Adiantum scandens ramosissimum, laciniis retusis dissectum. *Plum. fil.* 76. *t.* 93.
Darea ramosissima scandens. *Petiv. fil.* 102. *t.* 12. *f.* 5.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 272.
Kletternder Becherfarrn. W.
Habitat in Hispaniola. 24.

* 32. TRICHOMANES *speciosum.* W.

T. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis pinnatifidis confluentibus, laciniis obtusiusculis, rachi alata, receptaculis filiformibus indusio quadruplo longioribus. W.
Ansehnlicher Becherfarrn. W.
Habitat in Teneriffa. 24. *(v. s.) Broussonet.*

Caudex *repens crassitie fili emporetici mediocris, setis paleaceis nigro-fuscis tomentosus.* Stipes *sexpollicaris semiteres canaliculatus, tenuissime marginato-anceps, glaber.* Frons *quadri- vel quinquepollicaris, circumscriptione subrotundo-ovata, triplicato-pinnata.* Pinnae *primariae inferiores tripollicares, superiores sensim breviores.* Pinnae *secundariae semipollicares.* Pinnulae *tri- vel quadrilineares confluentes pinnatifidae, laciniis lineari-lanceolatis obtusiusculis integerrimis, inferioribus interdum emarginatis.* Rachis *primaria et secundaria margine foliaceo alata.* Indusia *cyathiformia turbinata, laciniis sub apice inserta.* Receptaculum *filiforme trilineare indusio quadruplo longius.* W.

* 33. TRICHOMANES *giganteum.*

T. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis pinnatifidis decurrentibus, laciniis linearibus inferioribus bifidis, superioribus obtusis emarginatis, rachi primaria tereti, secundaria alata. W.
T. frondibus decompositis, stipite canaliculato. *Bory in litt.*

Trichomanes mauritianum. *Flügge.*
Riesenartiger Becherfarrn. W.

Habitat in unica sylva ad lacum m[illegible] in insulae Borboniae *in arborum trunci.* 2. *(v. s.)*

Caudex *crassitie pennae repens tomentosus.* Stipes *quadripollicaris teres canaliculatus glaber.* Frons *sexpollicaris, saepe vero pedalis et longior, circumscriptione oblonga vel lato-lanceolata, triplicato-pinnata.* Pinnae *primariae tripollicares alternae parum distantes.* Pinnae *secundariae octolineares.* Pinnulae *tri- vel quadrilineares pinnatifidae decurrentes.* Laciniae *lineares obtusae, inferiores bifidae, superiores emarginatae, summae indivisae.* Rachis *primaria teretiuscula lineis duabus decurrentibus setis tenuissimis valde raris articulatis patentibus instructa; secundaria margine foliaceo alata. Accedit ad sequens, sed compositione frondis satis diversum.* W.

* 34. TRICHOMANES *tamarisciforme.*

T. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, rachi stipiteque teretibus pilosis. W.

T. fronde bipinnata, pinnulis pinnatifido-lobatis, costa pilosa. *Jacq. collect.* 3. *p.* 285. *t.* 21. *f.* 2.*

T. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifido-lobatis, lobulis oblongis, urceolis insertis, stipite rachique teretibus pilosiusculis. *Swartz synop. filic.* 144.

Tamariskenblättriger Becherfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 2.

* 1982. HYMENOPHYLLUM.

Smith Act. Taur. 5. p. 418. t. 9. f. 8.

Sorus marginalis receptaculo cylindraceo insertus. *Indusium* bivalve sorum includens.

† *Fronde simplici.*

* 1. HYMENOPHYLLUM *cruentum.*

H. frondibus ovato-lanceolatis crenatis rubris. *Swartz synop. filic.* 145. *Cav. prael.* 1801. *n.* 684.

Blutfarbener Hautfarrn. W.

Habitat in insulae St. Carlos de Chiloë *truncis arborum.* 4.

Frons *tri- vel quadripollicaris et pollicem lata.* Stipes *capillaris.* Cav. l. c.

* 2. HYMENOPHYLLUM *asplenioides.*

H. frondibus oblongo-lanceolatis pinnatifidis pendulis, laciniis infimis sinuato-lobatis, reliquis bilobis. W.

H. frondibus pendulis lanceolatis pinnatifidis, laciniis lobatis. *Swartz synop. filic.* 145. *Fl. ind. occid. 3. p.* 1743.* *Lam. illust. gen. t. 8. f. 1.*

Trichomanes frondibus pendulis lanceolatis pinnatifidis glaberrimis, laciniis bilobis, lobis obtusis, fructificationibus bivalvibus. *Swartz prod.* 136.

Trichomanes trunco repente, frondibus pendulis lanceolatis pinnatis alternis decurrentibus laevibus, dentato-lobatis, superioribus decurrendo-confluentibus, lobis obtusis integerrimis, perisporangiis terminalibus bivalvibus obovatis. *Hedwig fil.*

Trichomanes simplex repens foliis erectis incisis, capsulis diphyllis. *Brown jam.* 86.

Streifenfarrnartiger Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *altis montibus ad arborum truncos muscosos.* 4. *(v. s.)*

†† *Fronde bi- s. tripinnatifida pilosa vel margine ciliata.*

3. HYMENOPHYLLUM *hirsutum.*

H. frondibus pinnatis utrinque hirtis, pinnis bifidis pinnatifidisve laciniis linearibus retusis, rachi alata, stipite marginato hirto. W.

H. frondibus pinnatis lanceolatis laxis hirtis, costa marginata, pinnis simplicibus linearibus digitatisque. *Swartz synop. filic.* 146. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1746.*

Trichomanes *(hirsutum)* frondibus pinnatis, pinnis alternis pinnatifidis pilosis. *Sp. pl.* 1561.

Trichomanes *(rigidum)* frondibus simplicibus pinnatis et bipinnatis pilosis, pinnis alternis decurrentibus integris hispidis, perisporangiis terminalibus ovato-cordatis, ad medium hiantibus convexis. *Hedwig fil. in icone T. fragile est nuncupatum.*

Filicula digitata. *Plum. fil.* 73. *t.* 50. *f. B.*

Darea americana major pubescens. *Petiv. mus.* 762.

Dareae affinis digitata. *Petiv. fil.* 105. *t.* 15. *f.* 5. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 269.

Rauher Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae, Hispaniolae *altis montibus ad arborum truncos.* 4. *(v. s.)*

* 4. HYMENOPHYLLUM *sericeum.*

H. frondibus pinnatis supra densissime hirsutis subtus hirtis pendulis, pinnis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, infimis bifidis, rachi marginata, stipite tereti glabro. W.

H. frondibus bipinnatifidis lanceolatis subtomentosis pendulis, laciniis linearibus obtusis integris, baseos bifidis, indusiis hirsutis. *Swartz synop. filic.* 146. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1745.*

Trichomanes sericeum. *Swartz prod.* 136.

Trichomanes *(sericeum)* trunco superficiali repente, frondibus dependulis membranaceis composito-pinnatifidis, alternatim divisis lan-

ceolatis, tomentoso-sericeis, pinnularum laciniis alternis integri sinuatis obovatis, perisporangiis cyathiformibus terminalibus, columnula fructifera truncata. *Hedwig fil.*

Trichomanes pendulum serici instar molle. *Plum. fil.* 56. *t.* 73.

Seidenartiger Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *umbrosis altissimorum montium ad arborum truncos.* 24. (*v. s.*)

* 5. HYMENOPHYLLUM *lineare.*

H. frondibus pinnatis pendulis, pinnis distantibus pinnatifidis, laciniis linearibus retusis bipartitisve remote ciliatis, rachi superne alata, inferne tereti hirta, stipite glabro. W.

H. frondibus bipinnatis pendulis, pinnulis linearibus integris bipartitisve subciliatis. *Swartz synop. filic.* 147. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1749.*

Trichomanes *(lineare)* frondibus subbipinnatis pendulis lanceolatis glabris, foliolis remotis, pinnulis linearibus bipartitis, fructificationibus bivalvibus, stipite capillari. *Swartz prod.* 137.

Linienförmiger Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *altis montibus ad arborum truncos.* 24. *(v. s.)*

* 6. HYMENOPHYLLUM *Boryanum.* W.

H. frondibus pinnatis, pinnis infimis et terminalibus minoribus pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, infima bifida, ciliatis, venis hirtis, rachi stipiteque alatis ciliatis. W.

Hymenophyllum hirsutum. *Bory in litt.*

Boryscher Hautfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 24. (*v. s.*)

Caudex *filiformis repens setis sparsis obsitus.* Stipes *quadri- vel sexlinearis alatus pilis stellatis ciliatus.* Frons *bipollicaris circumscriptione oblonga, pinnata.* Pinnae *inferiores et superiores minores, intermediae quinquelineares pinnatifidae.* Laciniae *lineares obtusae subretusae, infima bifida, margine pilis stellatis ci-*

liatae, venis vel potius costis mediis utrinque pilis stellatis sparsis obsitis. Rachis *alata ciliata. Accedit valde ad H. ciliatum sed* pinnis *inferioribus semper minoribus diversissimum. Ab H. hirsuto toto habitu diversum ut et charactere indicato. H. decurrens ab hoc valde glabritie, ut patriam taceam, discrepat.* W.

* 7. HYMENOPHYLLUM *ciliatum.*

H. frondibus pinnatis, pinnis infimis majoribus, superioribus sensim minoribus pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis bifidisve ciliatis, venis hirtis, rachi stipiteque alatis ciliatis. W.

H. frondibus bipinnatis deltoideis, pinnis decurrentibus, pinnulis linearibus obtusis subbipartitis ciliatis, stipite marginato. *Swartz synop. filic.* 147. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1753.*

Trichomanes *(ciliatum)* frondibus erectis bipinnatifidis deltoideis, pinnis ovatis, laciniis linearibus obtusis ciliatis, fructificationibus terminalibus bivalvibus hirtis, stipite marginato. *Swartz prod.* 136.

Trichomanes *(ciliatum)* frondibus erectis alatis compressiusculis bipinnatifidis deltoideis ciliatis, pinnatis, pinnis ovatis alternis decurrentibus, pinnarum divisionibus linearibus obtusiusculis integris, margine ciliato, perisporangiis bivalvibus terminalibus obovato-ciliato-hirtis. *Hedwig fil.*

Gefranzter Hautfarrn, W.

Habitat in truncis arborum montium Jamaicae, *inque* Antillis *minoribus et* Pensylvania. 2. (*v. s.*)

* 8. HYMENOPHYLLUM *hirtellum.*

H. frondibus bipinnatis, pinnis infimis majoribus, pinnulis pinnatifidis decurrentibus, laciniis linearibus obtusiusculis, costa media hirtis, margine ciliatis, rachi alata, stipite tereti hirto. W.

H. frondibus tripinnatis siccitate circinatis, rachi

marginata, pinnulis linearibus acutiusculis hirtis. *Swartz synop. filic.* 149. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1755.*

Feinhaariger Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *montibus excelsis, sylvisque umbrosis, inter muscos.* 24. (*v. s.*)

Distinguitur primo intuitu ab H. ciliato: frondibus *pulchre circinatis,* stipite *tereti.* Swartz l. c.

* 9. HYMENOPHYLLUM *elasticum.*

H. frondibus bipinnatis, pinnis inferioribus et superioribus minoribus, acuminatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, costa media pilosis, margine ciliatis, rachi tereti hirta, stipite glabro. W.

H. fronde subtripinnata villoso-ciliata. *Bory in litt.*

Elastischer Hautfarrn. W.

Habitat in insulae Mauritii *et* Borboniae *arboribus magnis.* 24. (*v. s.*)

Stipes *tripollicaris teres glaber.* Frons *quinque- vel sexpollicaris, circumscriptione oblonga, tam recens quam sicca valde elastica, bipinnata.* Pinnae *inferiores minores, superiores sensim decrescentes, intermediae sesquipollicares, omnes acuminatae.* Pinnulae *quinquelineares pectinato-pinnatifidae.* Laciniae *duas lineas longae lineares obtusae infima quandoque bifida.* Costa media *pilis sparsis obsita.* Margo *ciliatus.* Rachis *universalis teres pilosa, partialis alata.* Sori *sub apice laciniarum.* Indusia *margine ciliata subrotunda.* W.

††† *Fronde bi- s. tripinnatifida glabra, margine serrata.*

10. HYMENOPHYLLUM *tunbridgense.*

H. frondibus pinnatis, pinnis digitato-pinnatifidis, laciniis linearibus serratis, soris supra-

axillaribus solitariis, indusiis serratis, rachi alata subintegerrima, stipite tereti. W.

H. frondibus subbipinnatis ovatis, pinnis decurrentibus pinnulisque serratis, soris supraaxillaribus solitariis. *Swartz synop. filic.* 147. *Schkuhr. crypt.* 134. *t.* 135. *d. Decand. fl. franc.* 2. *p.* 548.

H. fronde alternatim bipinnatifida, laciniis involucroque serratis, fructificationibus solitariis margini axillarum pinnarum insidentibus. *Smith brit.* 3. *p.* 1141.* *Engl. bot. t.* 162.

Trichomanes *(tunbridgense)* frondibus pinnatis, pinnis oblongis dichotomis decurrentibus dentatis. *Sp pl.* 1561. *Huds. angl.* 461. *Fl. dan. t.* 954. *Bolt. fil.* 58. *t.* 31. *Host. synop.* 560.

Trichomanes frondibus pinnatis bipinnatisque, pinnis ovato-oblongis serratis alternis dichotomis decurrentibus, perisporangiis obovatis obtusis serratis, ad margines pinnarum sitis, membrana ad medium disjunctis. *Hedw. fil.*

Adiantum petraeum perpusillum anglicum, foliis bifidis trifidisque. *Raj. angl.* 3. *p.* 123. *suppl.* 77.

Adiantum radicosum humisparsum s. Filicula pellucida nostras coriandri foliolis mollicellis globuliferum. *Pluk. alm.* 10. *t.* 3. *f.* 5. 6.

Darea tunbridgensis. *Petiv. mus.* 761.

Muscus palustris anglicus, foliis integris bifidis et trifidis sparsim nascentibus. *Moris. hist.* 3. *p.* 627. *s.* 15. *t.* 7. *f.* 50.

Muscus montanus italicus adianti foliis. *Bocc. mus.* 2. *p.* 24. *t.* 2. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 270.

Tunbridger Hautfarrn. W.

Habitat in saxosis humidis umbrosis Angliae, Hiberniae, Scotiae, Norvegiae, Carniae, Italiae, Galliae. 24. (*v. s.*)

* 11. HYMENOPHYLLUM *unilaterale.*

H. frondibus pinnatis, pinnis digitato-pinnati-

fidis secundis, laciniis linearibus subbifidis serratis, soris supraaxillaribus solitariis. indusiis integerrimis, rachi stipiteque teretibus glabris. W.

H. frondibus pinnatis linearibus, pinnulis cuneiformibus dentatis, interne laciniatis et soriferis. *Bory in litt.*

Einseitiger Hautfarrn. W.

Habitat in insulae Borboniae *montibus mille orgyas supra mare elevatis, ad rupes humidas.* 2. *(v. s.)*

Caudex *repens filiformis crassitie capilli.* Stipes *pollicaris capillaris teres glaber.* Frons *sesqui- vel bipollicaris pinnata, circumscriptione lineari-lanceolata.* Pinnae *inferiores et superiores minores intermediae tri- vel quadrilineares digitato-pinnatifidae glabrae secundae.* Laciniae *lineares indivisae vel bifidae obtusiusculae serratae.* Rachis *teres glabra.* Sori *supraaxillares sessiles.* Indusia *oblonga obtusa integerrima.* W.

* 12. HYMENOPHYLLUM *cupressiforme.*

H. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis linearibus bifidis acutiusculis serratis secundis, soris supraaxillaribus solitariis, indusiis serratis, rachi alata subserrata, stipite tereti. W.

H. frondibus pinnatis oblongis, soris supraaxillaribus solitariis, indusiis ut pinnae subpinnatifidae serratis. *Billard. Nov. Holl. 2. p. 102. t. 250. f. 2.**

Cypressenartiger Hautfarrn. W.

Habitat in Novae Hóllandiae *capite* Van Diemen. 2. *(v. s.)*

Laciniae *pinnarum hujus, nec pinnae, secundae.* W.

* 13. HYMENOPHYLLUM *fucoides.*

H. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis linearibus indivisis bifidisve acutiusculis

serratis patentibus, soris supraaxillaribus subgeminatis, indusiis serratis, rachi alata integerrima, stipite marginato. W.

H. frondibus bipinnatis ovatis, pinnis decurrentibus, pinnulis simplicibus bipartitisve serratis, soris supraaxillaribus geminatis. *Swartz synop. filic.* 146. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1747.*

Trichomanes fucoides. *Swartz prod.* 136.

Trichomanes *(fucoides)* frondibus erectis pinnatifidis patentibus glabris decurrentibus, pinnis ovatis bipartitis digitatis serratis, apice obtuse emarginatis coloratis, pinnarum fissuris obtusangulis sinuatis, perisporangiis bivalvibus obovatis, pinnarum basi insertis, membranis serratis, columnula perisporangium superans exserta. *Hedwig fil.*

Tangartiger Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *montibus altis, ad truncos arborum vetustos.* 2. *(v. s.)*

Stipes *ancipiti-marginatus, quandoque pilis raris obsitus, saepius fere glaber.* W.

* 14. HYMENOPHYLLUM *bivalve.*

H. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus serratis, soris supraaxillaribus solitariis, indusiis integerrimis, rachi alata serrata, stipite tereti. W.

H. frondibus bipinnatis ovatis acutis, pinnis decurrentibus dichotomis, laciniis linearibus serratis. *Swartz synop. filic.* 146. *et* 372.* *Schkuhr. crypt.* 132. *t.* 135. *b.*

Trichomanes *(bivalve)* frondibus subbipinnatis, pinnis alternis decurrentibus dichotomis, segmentis linearibus serratis, fructificationibus subrotundis bivalvibus. *Forst. prod. n.* 466.

Trichomanes *(pacificum)* frondibus bipinnatis et subbipinnatis pellucidis glabris, pinnis alternatim dispositis dichotomis elongatis decurrentibus, pinnarum segmentis alternis linearibus obtusis exacte serratis, perisporangiis ova-

to-ventricosis ad medium dimidiatis. *Hedwig fil. absque icone.*
Zweiklappiger Hautfarrn. W.
Habitat in Societatis *insulis.* 24. *(v. s.)*

* 15. HYMENOPHYLLUM *multifidum.*
H. frondibus bipinnatis, pinnulis digitato-pinnatifidis, laciniis linearibus acutiusculis bifidis serratis, soris supraaxillaribus, indusiis integerrimis, rachi marginata, stipite tereti. W.
H. frondibus decompositis, pinnis decurrentibus dichotomis, laciniis linearibus argute serratis, soris supraaxillaribus solitariis. *Swartz synop. filic.* 149. *et* 378.* *Schkuhr. crypt* 133. *t.* 135. *b.*
Trichomanes *(multifidum)* frondibus decompositis, foliolis alternis pinnatis, pinnis dichotomis linearibus decurrentibus argute serratis, fructificationibus ovato-subrotundis dehiscentibus. *Forst. prod. n.* 473.
Vieltheiliger Hautfarrn. W.
Habitat in insulis Maris pacifici. 24.

* 16. HYMENOPHYLLUM *dichotomum.* †
H. frondibus bipinnatis, pinnulis digitato-pinnatifidis, laciniis linearibus bifidis margine undulato-spinulosis, soris supraaxillaribus, rachi alata. W.
H. frondibus subtripinnatis, pinnis dichotomis pinnulisque decurrentibus, laciniis linearibus undulato-spinosis, soris supraaxillaribus. *Swartz synop. filic.* 147.
H. foliis bipinnatis, pinnulis dichotomis, foliolis decurrentibus linearibus spinulosis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 688.*
Gabelblättriger Hautfarrn. W.
Habitat in insula St. Carlos de Chiloë. 24.

* 17. HYMENOPHYLLUM *denticulatum.*
H. frondibus bipinnatis, pinnulis digitato-pinnatifidis, laciniis linearibus bifidis emarginatis

sinuato-denticulatis, soris supraaxillaribus, rachi superne alata, stipite tereti. W.

H. frondibus tripinnatifidis ovatis, pinnis dichotomis pinnulisque decurrentibus, laciniis linearibus obtusiusculis sinuato-denticulatis, soris supraaxillaribus. *Swartz synop. filic.* 148. *et* 375.*

Gezähnelter Hautfarrn. W.

Habitat in Java. 24.

H. dichotomum huic simile, sed differt: pinnulis *distinctioribus*, laciniis *angustioribus*, margine *magis flexuoso-undulato*, denticulis *subspinulosis remotioribus*, fructificationibus *majoribus*. Swartz l. c.

* 18. HYMENOPHYLLUM *dentatum.*

H. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis lineari-capillaceis remote dentatis, soris strobiliformibus, indusiis patulis. W.

H. frondibus decompositis, pinnulis alternis lineari-angustissimis subdentatis, soris strobiliformibus cernuis, indusiis patulis. *Swartz synop. filic.* 149.

H. surculis repentibus, foliis tripinnatis, pinnulis alternis capillaribus, capsularum acervis strobiliformibus, *Cav. prael.* 1801. *n.* 687.*

Gezähnter Hautfarrn. W.

Habitat in insula S. Carlos de Chiloë. 24.

†††† *Fronde pinnata bi-* s. *triplicato-pinnatifida glabra, margine integerrima.*

* 19. HYMENOPHYLLUM *pectinatum.* †

H. frondibus lanceolatis pinnatis, pinnis sursum profunde incisis, laciniis linearibus. *Swartz synop. filic.* 146.

H. foliis lanceolatis pinnatis, pinnulis profunde incisis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 685.*

Kammförmiger Hautfarrn. W.

Habitat in insula St. Carlos de Chiloë. 24.

* 20. HYMENOPHYLLUM *alatum.*

H. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis subemarginatis, infima superiore subbifida, soris supraaxillaribus, rachi stipiteque alatis. W.

H. frondibus subbipinnatis oblongo-ovatis, pinnis decurrentibus, laciniis linearibus obtusis integris partim subemarginatis s. bifidis, stipitibus alatis, soris subaxillaribus solitariis ovatis. *Engl. bot. t.* 1417. *Schkuhr. crypt.* 133. *t.* 135. *b.*

Hymenophyllum tunbridgense *β. Smith brit.* 3. *p.* 1142.

Trichomanes pyxidiferum. *Huds. angl.* 461. *Bolt. fil.* 56. *t.* 30.

Filix humilis repens, foliis pellucidis et splendentibus, caule alato. *Raj. synop.* 127. *t.* 3. *f.* 3. 4.

Geflügelter Hautfarrn. W.

Habitat in Hibernia. 24.

* 21. HYMENOPHYLLUM *fumarioides.*

H. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis bifidis, soris terminalibus, indusiis retusis, rachi alata, stipite marginato. W.

Hymenophyllum fumarioides. *Bory in litt.*

Erdrauchartiger Hautfarrn. W.

Habitat in sylvis insulae Mauritii, Borboniae. 24. (*v. s.*)

Caudex *repens filiformis crassitie setae equinae.* Stipes *sesquipollicaris marginato-anceps.* Frons *bipollicaris pinnata.* Pinnae *semipollicares pinnatifidae.* Laciniae *lineares obtusae bifidae.* Rachis *alata.* Sori *in apicibus laciniarum.* Indusia *elliptica apice retusa, vel si mavis levissime emarginata.* W.

* 22. HYMENOPHYLLUM *flabellatum.*

H. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis basi

cuneatis, superioribus confluentibus, laciniis subtripartitis linearibus obtusis, soris terminalibus, indusiis subrotundo-ellipticis, rachi subalata, stipite tereti. W.

H. frondibus pinnatis ovatis acutis, pinnis conformibus subbipinnatifidis, superioribus decurrentibus, lacinulis obtusis integris bifidisve, indusiis ovatis. *Billard. Nov. Holland. 2. p. 101. t. 250. f. 1.**

Fächerförmiger Hautfarrn. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 24. *(v. s.)*

* 23. HYMENOPHYLLUM *gracile.*

H. frondibus bipinnatis, pinnis pinnulisque distantibus, pinnulis inferioribus bipartitis, laciniis linearibus bifidis obtusis, superioribus bifidis linearibus, summis simplicibus linearibus, soris terminalibus, rachi marginata, stipite tereti. W.

Hymenophyllum gracile. *Bory in litt.*

Schlanker Hautfarrn. W.

Habitat in sylvis insulae Mauritii. 24. *(v. s.)*

Stipes *teres capillaris pollicaris et altior glaber.* Frons *sesquipollicaris bipinnata.* Pinnae *octolineares vel pollicares plerumque quatuor, raro quinque in fronde, distantes.* Pinnulae *majores quinquelineares, inferiores tripartitae, laciniis linearibus obtusis bifidis; superiores bifidae laciniis linearibus; summae simplices lineares obtusae remotae, apicem versus sensim minores.* Sori *in apicibus laciniarum.* Indusia *subrotundo-ovata obtusa.* Rachis *marginata.* W.

* 24. HYMENOPHYLLUM *australe.* W.

H. frondibus bipinnatis, pinnulis linearibus obtusis, inferioribus bifidis, soris terminalibus, indusiis emarginato-bidentatis, rachi alata, stipite marginato. W.

Südlicher Hautfarrn. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 2. (*v. s.*) *La Billardiere.*

Caudex *repens capillaris laevis.* Stipes *sesqui - vel bipollicaris marginato - subanceps.* Frons *bipollicaris bipinnata rubicundo-fuscescens.* Pinnae *semipollicares inferiores et superiores minores.* Pinnulae *bilineares, inferiores bifidae, laciniis linearibus obtusis, superiores simplices lineares obtusae.* Sori *in apicibus pinnularum solitarii.* Indusia *ovata apice emarginata vel obtuse bidentata.* Rachis *alata.* W.

* 25 HYMENOPHYLLUM *Filicula.*

H. frondibus bipinnatis, pinnulis bifidis linearibus, infima pinnatifida, laciniis linearibus, soris supraaxillaribus, indusiis ovatis, rachi alata, stipite marginato. W.

H. frondibus supradecompositis, pinnulis linearibus integerrimis. *Bory in litt.*

Zierlicher Hautfarrn. W.

Habitat in sylvis insulae Mauritii, Borboniae. 2. (*v. s.*)

Caudex *filiformis repens paleis minutissimis nigro-fuscis tomentosus.* Stipes *octolinearis margine foliaceo tenui basin versus fere evanescente cinctus.* Frons *pollicaris vel sesquipollicaris bipinnata.* Pinnae *semipollicares patentes.* Pinnulae *lineares bifidae obtusiusculae, infima pinnatifida, laciniis linearibus.* Sori *supraaxillares.* Indusia *ovata apice parum attenuata.* Rachis *alata.* W.

* 26. HYMENOPHYLLUM *demissum.*

H. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, soris terminalibus, indusiis subrotundis subretusis, rachi alata, stipite tereti. W.

H. frondibus bipinnatis ovatis strictis, pinnis dichotomis, laciniis linearibus obtusis integris apice bifidis, indusiis globosis. *Swartz synop. filic.* 147. *et* 374.* *Schkuhr. crypt.* 135. *t.* 135. *c.*

Trichomanes *(demissum)* frondibus bipinnatis, foliolis alternis strictis pinnatis, pinnis pinnatifido-dichotomis, segmentis linearibus obtusis integris, fructificationibus globosis terminalibus. *Forst. prod. n.* 468.

Trichomanes *(demissum)* frondibus erectis glabris subbipinnatisque, inferne ad elongationem oppositis, deinceps alternis decurrentibus integerrimis, laciniis lineari-obtusis integris dichotomis, perisporangiis terminalibus ovato-obtusis variis, columnula brevi non exserta. *Hedwig fil.*

Niedriger Hautfarrn. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 4.

* 27. HYMENOPHYLLUM *sanguinolentum.*

H. frondibus bipinnatis, pinnulis cuneato-subrotundis pinnatifido-palmatis, laciniis obtusis linearibus bifidis emarginatisve, soris terminalibus, indusiis ovatis obtusis, rachi marginata, stipite tereti. W.

H. frondibus dichotome subtripinnatifidis rhombeis, pinnis decurrentibus, lacinulis obtusis lineari-oblongis integris bipartitisve. *Swartz synop filic.* 148. *et* 376.* *Schkuhr. crypt.* 136. *t.* 135. *c.*

Trichomanes *(sanguinolentum)* frondibus subbipinnatis, foliolis alternis pinnatifidis, pinnis dichotomis lineari-oblongis obtusis integris decurrentibus, fructificationibus ovato-subrotundis dehiscentibus. *Forst. prod. n.* 465.

Trichomanes *(sanguinolentum)* frondibus bipinnatis patentibus, pinnis alternis elongatis decurrentibus pinnatifidis, pinnulis alternis dichotomis glabris lineari-oblongis rotundatis integerrimis decurrentibus. *Hedwig fil.*

Blutfarbiger Hautfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 4.

* 28. HYMENOPHYLLUM *fuciforme.* †

H. frondibus tripinnatis, pinnis alternis longis-

simis, pinnulis linearibus subemarginatis, stipitibus alatis. *Swartz synop. filic.* 148.

H. *(fucoides)* foliis tripinnatis, pinnulis alternis, foliolis linearibus emarginatis, petiolis alatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 686.*

Tangförmiger Hautfarrn. W.

Habitat in insula St. Carlos de Chiloë. 24.

Frons *octo- vel quatuordecimpollicaris unacum stipite alato.* Pinna *inferior tripollicaris.* Cav. l. c.

* 29. HYMENOPHYLLUM *emarginatum.*

H. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis bipartitis linearibus emarginatis, terminalibus elongatis, soris supraaxillaribus, rachi alata, stipite tereti. W.

H. frondibus dichotome subtripinnatis oblongis, pinnis decurrentibus, pinnulis bipartitis, laciniis linearibus emarginatis, terminalibus elongatis, soris supraaxillaribus. *Swartz synop. filic.* 148. *et* 377.*

Ausgerandeter Hautfarrn. W.

Habitat in montibus Javae. 24.

* 30. HYMENOPHYLLUM *decurrens.* †

H. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-ovatis cuneatis pinnatifido-lobatis, laciniis linearibus obtusis, soris terminalibus, rachi stipiteque alatis. W.

Hymenophyllum decurrens. *Swartz synop. filic.* 146. *nec diagnosis.*

Adiantum *(decurrens)* fronde bipinnatifida. *Jacq. collect.* 2. *p.* 103. *t.* 2. *f.* 1. 2.*

Herablaufender Hautfarrn. W.

Habitat in Martinica. 24.

* 31. HYMENOPHYLLUM *polyanthos.*

H. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, infimis bifidis, soris terminalibus, indusiis ovatis, rachi alata, stipite marginato. W.

H. frondibus tripinnatis deltoideis, rachide stipiteque marginatis, pinnis decurrentibus, pinnulis linearibus obtusis integris. *Swartz synop. filic.* 149. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1757.*

Trichomanes *(polyanthos)* frondibus quadripinnatifidis deltoideis erectis, pinnis pinnulisque decurrentibus, laciniis linearibus obtusis, fructificationibus bivalvibus numerosis, stipite marginato. *Swartz prod* 137.

Trichomanes *(polyanthos)* elongatio erecta marginata flexuosa, frondibus compositis pinnatifidis patentibus deltoideis, pinnis alternis decurrentibus quadripinnatis, pinnarum fissuris integerrimis linearibus obtusis, perisporangiis obovatis bivalvibus confertis. *Hedwig fil.*

Vielblüthiger Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *sylvis umbrosis montium.* 24. (*v. s.*)

* 32. HYMENOPHYLLUM *ricciaefolium.*

H. frondibus bipinnatis, pinnis secundis, pinnulis inferioribus pinnatifidis, superioribus tripartitis, laciniis linearibus obtusis, soris terminalibus, indusiis obovatis, rachi alata, stipite marginato. W.

H. frondibus pinnatis, pinnulis decompositis decurrentibus, soris terminalibus. *Bory in litt.*

Adiantum *(tenellum)* frondibus bipinnatis, pinnulis lobatis, lobis oblongis. *Jacq. collect.* 3. *p.* 287. *t.* 21. *f.* 3.*

Riccienblättriger Hautfarrn. W.

Habitat in sylvis insulae Borboniae. 24. (*v. s.*)

Caudex *repens filiformis laevis.* Stipes *pollicaris marginatus.* Frons *bipollicaris, circumscriptione oblongo-lanceolata, bipinnata.* Pinnae *fere semipollicares secundae.* Pinnulae *bilineares vel parum longiores, inferiores pinnatifidae, superiores tripartitae, summae denique bifidae, laciniis linearibus obtusis.* Sori *in apice frondis ad apicem laciniarum.* Indusia *obovata.* Rachis *alata. Jacquini figura, licet*

frondem minorem repraesentet, habitum satis bene exprimit. W.

* 33. HYMENOPHYLLUM *axillare.*

H. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus subemarginatis, soris axillaribus pedicellatis globosis, rachi marginata, stipite tereti. W.

H. frondibus subtripinnatis lanceolatis, pinnulis linearibus obtusis subemarginatis, soris axillaribus pedicellatis globosis. *Swartz synop. filic.* 148. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1750.*

Winkelfrüchtiger Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *altissimis montibus, locis umbrosis, ad arborum truncos muscosos.* 4.

* 34. HYMENOPHYLLUM *clavatum.*

H. frondibus, bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus bifidis obtusis, soris terminalibus, indusiis ovatis levissime retusis, rachi submarginata, stipite subancipiti. W.

H. frondibus tripinnatis oblongis acutis, rachide submarginata, partialibus flexuosis, pinnis decurrentibus, pinnulis linearibus emarginatis, soris ovatis terminalibus. *Swartz synop. filic.* 149. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1756.*

Trichomanes *(clavatum)* frondibus quadripinnatifidis oblongo-lanceolatis laxis, pinnis pinnulisque decurrentibus, laciniis linearibus emarginatis, fructificationibus terminalibus bivalvibus subrotundis, stipite teretiusculo. *Swartz prod.* 137.

Trichomanes *(clavatum)* frondibus quadripinnatifidis lanceolatis sparsis integerrimis obtusis emarginatis decurrentibus, pinnis pinnarumque divisionibus obtusangulis linearibus furcatis, decurrendo-confluentibus, perisporangiis terminalibus bivalvibus ovatis emarginatis, columnula fruticulosa clavaeformi, non exserta. *Hedwig fil.*

Keulförmiger Hautfarrn. W.

Habitat in Jamaicae *australis montibus, locis muscosis.* 24. *(v. s.)*

* 35. HYMENOPHYLLUM *undulatum.*

H. frondibus bipinnatis pendulis, pinnulis bifidis linearibus repandis undulatis emarginatis, soris terminalibus, indusiis subrotundo-ovatis, rachi alata, stipite tereti. W.

H. frondibus bipinnatis tripinnatifidisve laxis, pinnis decurrentibus, lacinulis linearibus retusis crenulato-undulatis. *Swartz synop. filic.* 148. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1751.*

Trichomanes undulatum. *Swartz prod.* 137.

Trichomanes *(undulatum)* frondibus compositis pendulis lanceolato-pinnatis et pinnatifidis sessilibus, pinnulis alternis crenato-undulatis, obtuso-emarginatis sinuatis decurrentibus, lissuris pinnarum linearibus patentibus confertis, perisporangiis terminalibus marginatis bivalvibus. *Hedwig fil.*

Wellenblättriger Hautfarrn. W.

Habitat in summis montibus Jamaicae *ad latera cavernarum.* 24. *(v. s.)*

Hedwigius hanc speciem bis depinxit. W.

* 36. HYMENOPHYLLUM *dilatatum*

H. frondibus bipinnatis, pinnis distantibus, pinnulis confertis oblongis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, inferioribus bifidis, soris terminalibus, indusiis inflatis, rachi alata, stipite basi tereti superne alata. W.

H. frondibus bipinnatis ovato-lanceolatis, pinnis cuneiformibus decurrentibus dichotomis, lacinulis obtusis integris, indusiis inflatis. *Swartz synop. filic.* 147. *et* 373.* *Schkuhr. crypt.* 131. *t.* 135.

Trichomanes *(dilatatum)* frondibus subbipinnatis, pinnis alternis dichotomis decurrentibus cuneiformibus incisis, fructificationibus bivalvibus orbicularibus inflatis. *Forst. prod. n.* 467.

Erweiterter Hautfarrn. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24.

HYDROPTERIDES.

1983. ISOËTES.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1620.

Capsula membranacea non dehiscens, frondis basi immersa, unilocularis. *Semina* angulata receptaculis pluribus filiformibus inserta.

1. ISOËTES *lacustris.*

I. frondibus subulatis semiteretibus. W.

I. frondibus subulatis semiteretibus recurvis. *Lin. suppl.* 448.

I. frondibus subulatis semicylindraceis, capsulis subrotundis bilocularibus, seminibus undique granulatis. *Smith brit.* 3. *p.* 1144.

Isoëtes lacustris. *Sp. pl.* 1563. *Fl. scan.* 417. *t.* 419. *Fl. suec.* 2. *n.* 951. *Fl. dan. t.* 191. *Huds. angl.* 462 *Lightf. scot.* 2. *p.* 683. *Bolt. fil.* 74 *t.* 41. *Hoffm. germ. II.* 2. *Roth. germ. III* 25. *Schkuhr crypt.* 182. *t.* 173. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 194. *t.* 5. *f.* 41. *Decand fl. franc.* 2. *p.* 576.

Marsilea foliis subulatis semicylindricis articulatis. *Fl. suec.* 996.

Calamaria folio breviore et crassiore. *Dill. musc.* 520. *t.* 80. *f.* 1.

Subularia vulgaris erecta, folio rigidissimo. *Raj. synop.* 306.

Subularia lacustris s. Calamistrum herba aquatica alpina. *Raj. synop. ed.* 1. *p.* 210. *t.* 2.

β. Calamaria folio longiore et graciliore. *Dill. musc.* 541. *t.* 80. *f.* 2.

Subularia fragilis folio longiore et tenuiore. *Raj. synop.* 307.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 283.

Sumpf-Brachsenkraut. W.

Habitat in fundo lacuum Angliae, Scotiae, Norvegiae, Sueciae, Holsatiae, Galliae. 4. *(v. s.)*

Capsulae *in speciminibus gallicis et suecicis sunt uniloculares, specimina mea anglica capsulas imperfectas habent. Gallica planta tenuior frondibus strictis est, in suecica frondes apice recurvatae sunt.* W.

2. ISOËTES *coromandelina.* †

I. frondibus filiformibus teretibus. W.

I. foliis filiformibus erectis glabris. *Lin. suppl.* 447.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 284.

Coromandel-ches Brachsenkraut. W.

Habitat in Coromandeliae *locis humidis tempore pluvioso.* 4. *(v. s.)*

Hujus capsulae etiam uniloculares sunt. Valde similis speciminibus gallicis, sed frondes videntur teretes. W.

1984. PILULARIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1619.

Indusia imbricata connata capsulam quadriloculare quadrivalvem mentientia. *Semina* numerosa.

1. PILULARIA *globulifera.*

Pilularia globulifera. *Sp. pl.* 1563. *Fl. suec.* 2. *p.* 950. *Fl. dan. t.* 223. *Pall. it.* 1. *p.* 431. *Bolt. fil.* 72. *t.* 40. *Huds. angl.* 462. *Smith brit.* 4. *p.* 1143. *Decand. fl. franc.* 2. *p.* 577. *Schkuhr. crypt.* 178. *t.* 173. *Hoffm. germ. II.* 2. *Roth. germ. III.* 24. *Weber et Mohr crypt. germ.* 81.

P. palustris juncifolia. *Vaill. paris.* 159. *t.* 15. *f.* 6. *Dill. musc.* 538. *t.* 79. *f.* 1. *Juss. act.* 1739. *p.* 240. *t.* 11.

Graminifolia palustris repens, vasculis grano-

rum piperis aemulis. *Raj. hist.* 1325. *angl.* 3. *p.* 136. *Moris. hist.* 3. *p.* 608. *s.* 15. *t.* 7. *f.* 49.

Gramen piperinum. *Petiv. herb. t.* 9. *f.* 8.

Muscus aureus capillaris palustris, inter folia folliculis rotundis quadripartitis. *Pluk. alm.* 246. *t.* 48. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 281.

Kugelntragendes Pillenkraut. W.

Habitat in inundatis Germaniae *occidentalis*, Sueciae, Daniae, Angliae, Galliae, 24. *(v. v.)*

*1985. SALVINIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1617.

Indusia imbricata connata capsulam unilocularem mentientia. *Semina* receptaculo centrali inserta.

1. SALVINIA *natans.*

S. foliis ellipticis obtusis supra fasciculato-setosis, petiolis pilosis, fructibus subsessilibus aggregatis. W.

Salvinia natans. *Hoffm. germ. II. p.* 1. *Roth. germ. III.* 22. *Host. synop.* 552. *Schkuhr. crypt.* 181. *t.* 173. *Weber et Mohr crypt. germ.* 62. *Allion ped. n.* 2419. *Lam. illust. gen. t.* 863. *Decand. fl. franc.* 2. *p.* 579.

S. vulgaris aquis innatans, foliis subrotundis punctatis laete virentibus. *Mich. gen.* 107. *t.* 58.

Marsilea *(natans)* foliis oppositis simplicibus. *Sp. pl.* 1562. *Scholl. barb. n.* 826. *Guettard Act. gall.* 1762. *p.* 543. *t.* 29. *f.* 1.

Marsilea *(salvinioides)* foliis oppositis utrinque pilosis longe radicatis globiferis. *Neck. in Act. pal.* 3. *phys. p.* 297. *t.* 21.

Lenticula palustris latifolia punctata. *Bauh. pin.* 362.

Lens palustris patavina. *Bauh. hist.* 3. *p.* 785.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 277.
Schwimmende Salvinie. W.
Habitat in stagnis fossis aquisque lente fluentibus Germaniae, Italiae, Galliae. ☉ *(v. v.)*

* 2. SALVINIA *laevigata.*

S. foliis ellipticis obtusis crassiusculis petiolisque glabris, fructibus subrotundis pedunculatis subgeminatis. W.
Salvinia laevigata. *Humboldt et Bonpland.*
Glatte Salvinie. W.
Habitat in aquis ad St. Fe de Bogota Americes *meridionalis.* ☉ *(v. s.)*

Caulis *filiformis natans radiculas longissimas tenuissime pinnatas exserens.* Folia *opposita petiolata semipollicaria elliptica utrinque obtusa crassiuscula glabra.* Petioli *bi- vel trilineares glabri.* Fructus *globosi laevigati magnitudine pisi majoris, solitarii vel geminati, pedunculo semipollicari vel longiori suffulti.* W.

* 3. SALVINIA *rotundifolia.* W.

S. foliis subrotundis cordatis obtusis, supra fasciculato-setosis, fructibus ovatis racemosis pedunculisque setosis. W.
Rundblättrige Salvinie. W.
Habitat in aquis Brasiliae. ☉ *(v. s.) Comes de Hoffmannsegg.*

Caulis *natans filiformis radiculas ramosas pinnatas exserens.* Folia *septem- vel octolinearia subrotunda obtusa basi leviter cordata petiolata, supra densissime setis fasciculatis obsita, subtus pilis adpressis praecipue in venis tecta.* Petioli *trilineares setis sparsis obtecti.* Fructus *magnitudine seminis Sinapis ovati acutiusculi setis perquam raris et dissitis obsiti, racemosi.* Pedunculi *parce setis instructi.* W.

* 4. SALVINIA *auriculata.* †

S. foliis subrotundis cordatis emarginatis, supra

fasciculato-setosis, fructibus ovatis racemosis pedunculisque villosis. W.

S. foliis subrotundis ad basin auriculatis, pedunculis florum femineorum villosis erectis et multifloris. *Aubl. guj.* 2. *p.* 969. *t.* 367.* Geöhrte Salvinie. W.

Habitat in aquis Gujanae. ⊙.

Valde similis praecedenti et forte eadem, sed differre videtur: petiolis *brevioribus,* foliis *emarginatis subpeltatis,* fructibus *baccae Ribesii magnitudine,* pedunculis*que villosis.* W.

* 1986. MARSILEA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1618.

Indusia imbricata connata pericarpium biloculare dissepimentis transversis numerosis interstinctum mentientia. *Semina* numerosa.

* 1. MARSILEA *quadrifolia.*

M. foliis quaternis integerrimis, fructibus pedunculatis subternis obtusis. W.

M. foliis quaternis. *Sp. pl.* 1563. *Allion ped. n.* 2418. *Schrank bav. n.* 1342. *Desf. atl.* 2. *p.* 409. *Bory itin.* 1. *p.* 200. *Decand. fl. franc.* 2. *p.* 578. *Hoffm. germ. II.* 1. *Roth. germ. III. p.* 23. *Schkuhr. crypt.* 180. *t.* 173. *Weber et Mohr crypt. germ.* 61. *Willd. enum.* 1076.

Pteris *(quadrifoliata)* fronde quaternata subrotunda integerrima, surculis repentibus. *Sp. pl.* 1531.

Zaluzianskia *(marsiloides)* foliis terminalibus quaternis utrinque glabris, capitulo petiolari solitario. *Neck. Act. pal.* 3. *phys. p.* 303.

Lemna. *Juss. Act.* 1740. *p.* 263. *Guett. stamp.* 1. *p.* 62.

Filicula repens quadrifolii phaei facie oris sper-

matophoris ex India orientali. *Pluk. amalth.* 95. *t.* 401. *f.* 5.
Lenticula palustris quadrifolia. *Bauh. pin.* 362. *Mapp. alsat.* 166. *t.* 166.
Lens palustris quadrifolia. *Bauh. hist.* 3. *p.* 789. *Moris. hist.* 3. *p.* 619. *s.* 15. *t.* 4. *f.* 5.
Lens palustris altera. *Cam. epit.* 853.
Houttuyn Lin Pfl. Syst. 13. *p.* 278. *et* 103.
Gemeine Marsilea. W.
Habitat in humidis et fossis Germaniae *australis*, Italiae, Galliae, Barbariae, *insulae* Mauritii, Borboniae. 24. *(v. v.)*

* 2. MARSILEA *coromandelina.*

M. foliis quaternis subintegerrimis, fructibus pedunculatis solitariis, basi bidentatis. W.
Marsilea quadrifolia coromandelina. *Burm. ind.* 237. *t.* 62. *f.* 3.
Coromandelsche Marsilea. W.
Habitat in humidis Coromandeliae. 24. *(v. s.)*

Caulis *filiformis repens glaber.* Folia *quaterna.* Folia *lineam vel parum ultra longa, glabra, obovato-truncata, margine superiore integerrima, sub lente vero perquam obscure subcrenulata.* Petioli *communes semipollicares filiformes tenuissimi.* Fructus *magnitudine seminis Sinapis oblongus obtusus pilis brevissimis hirtus, basi bidentatus, pedunculo quinquelineari suffultus.* W.

* 3. MARSILEA *strigosa.* W.

M. foliis quaternis integerrimis, petiolis strigosis, fructibus brevissime pedunculatis solitariis obtusis. W.
Striegliche Marsilea. W.
Habitat prope Sapetam. 24. *(v. s.) D. Fischer.*

Caulis *filiformis repens glaber. Folia quaterna.* Foliola *bi- s. trilinearia obovata obtusissima integerrima, adulta fere glabra, juniora utrinque strigoso-pilosa.* Petioli *pollicares vel sesquipollicares strigoso-pilosi.* Fructus *mag-*

nitudine seminis Cannabis, oblique ovati obtusi dense pilis strigosis tecti, pedunculo brevissimo suffulti. W.

4. MARSILEA *erosa.* W.

M. foliis quaternis apice eroso-dentatis, fructibus pedunculatis subcorymbosis basi bidentatis. W.

M. *(minuta)* foliis quaternis denticulatis. *Mant.* 308.

Ausgenagte Marsilea. W.

Habitat in Tranquebariae *humidis.* 2. (*v. s.*)

Caulis *repens filiformis pubescens.* Folia *quaterna magnitudine varia glabra.* Foliola *in plantis locis humidis crescentibus obovata semipollicaria margine superiore erosodentata, in plantis vero inundatis pollicaria subintegerrima.* Petioli *communes basi pubescentes in humidis tri- vel quadripollicares, in aquis semipedales et longiores.* Fructus *magnitudine M. quadrifoliae parce strigosus obtusus basi bidentatus.* Pedunculus *communis lineam longus quatuor vel quinque fructus proferens, petiolus partialis ejusdem longitudinis.* W.

* 5. MARSILEA *aegyptiaca.* W.

M. foliis quaternis utrinque strigosis, foliolis apice trifidis, laciniis truncatis. W.

Egyptische Marsilea. W.

Habitat in Aegypto. 2. (*v. s. s. fructif.*)

Caulis *repens filiformis pilis albidis paleaceis obsitus.* Folia *quaterna utrinque pilis adpressis strigosa.* Foliola *quadrilinearia obovata apice trifida, raro bifida, lobis truncatis.* Petiolus *communis pollicaris et longior, pilis adpressis strigosus.* Fructum *non vidi.* W.

* 6. MARSILEA *biloba.* W.

M. foliis quaternis subtus strigosis, foliolis profunde bilobis, lobis subemarginatis. W.

Zweilappige Marsilea. W.

Habitat ad Cap. b. spei *prope* Musselbay. 24. *(v. s. s. fructif.)*

Caulis *filiformis repens strigosus.* Folia *quaterna supra glabra subtus pilis adpressis strigosa.* Foliola *bilinearia obovata apice profunde biloba, lobis obtusis, uno saepe emarginato.* Petioli *pollicares vel sesquipollicares strigosi.* Fructum *perfectum non vidi.* W.

* 1987. AZOLLA.

Lam. encycl. 1. p. 340.

Capsula unilocularis radicalis globosa polysperma?

* 1. AZOLLA *magellanica.* W.

A. foliis imbricatis adpressis. W.

Azolla filiculoides. *Lam. encycl. 1. p. 340.**

Muscus squamosus aquaticus elegantissimus. *Feuill. peruv. ed. germ. 2. p. 59. t. 35. Dill. musc. t. 43. f. 72.*

Magellanische Azolle. W.

Habitat in aquis regni Peruviani, Chilensis *et freti* Magellanici. 24. *(v. s.)*

Caulis *radiatim divisus natans alternatim ramosus radiculas longas capillares simplices fusco-nigricantes exserens.* Folia *oblonga obtusa margine membranacea undique caulem et ramos arcte obtegunt.* Capsulam *imperfectam subrotundam examinavi, sed de charactere non certus sum.* W.

* 2. AZOLLA *caroliniana.* W.

A. foliis patentibus. W.

Carolinische Azolle W.
Habitat in aquis Carolinae. 2. (*v. s.*) *Richard.*

Caulis *ut in praecedente.* Folia *ovato-oblonga obtusa margine non membranacea supra viridia subtus rubra, patentia.* W.

D. H. HILL LIBRARY
North Carolina State College